2 J.

MUSEUM
VERONENSE

MUSEI VERONENSIS PROSPECTUS ET ICHNOGRAPHIA.

Doricae Porticus *Orthographia*

Fr. Zucchi sculp.

MUSEUM VERONENSE

HOC EST

ANTIQUARUM INSCRIPTIONUM
ATQUE ANAGLYPHORUM

COLLECTIO

CUI TAURINENSIS ADIUNGITUR ET VINDOBONENSIS.

ACCEDUNT

MONUMENTA ID GENUS PLURIMA
NONDUM VULGATA, ET UBICUMQUE COLLECTA.



VERONAE MDCCXLIX
TYPIS SEMINARII.

Superiorum Permiſſu.



BENEDICTO XIV PONTIFICI EX OMNI PARTE SUMMO

SCIPIO MAFFEIUS



Ovum fortasse & insuetum videri poterit, BENEDICTE MAXIME, vetera Ethnicorum monumenta, & paganorum memorias temporum collectas undecumque, tantoque labore congestas supremo Christianae

ſtianae religionis Principi, ac moderatori exhibere, venerandoque eius nomine inſignire univerſas, & quodammodo conſecrare. Verumtamen in hanc profecto cogitationem non incidet, qui probe ſciat, quam in omne literarum genus propenſus, quam in omni praeſtans, verſatuſque ſis; nec qui praeterea norit, quot, & quanta veritati ſubſidia e mendaciis ipſis hauſta quandoque fuerint, atque etiamnum erui poſſint. Sed alia inſuper cauſa impulit, quamobrem me Pontificio throno volumen hocce praeferens ſiſterem. Conſilium meum ſtatim aperire, atque exponere, nequaquam vereor. Huius, ut ita dicam, oblationis qualicumque merito precem, ac obſecrationem admovere, & magnum quid a Sanctitate Tua petere, diutius quidem a me perpenſum, atque exoptatum conſtitui. Id autem eſt, ut poſt decantatas Gentilium cimeliorum, non ſine ingenti pecu-

niae

niae profusione, tot in locis a multis coactas congeries, Museum Christianum, novo quidem exemplo sed magno pietatis incremento, auctoritate, ac sapientia tua Romae demum adornare, atque exstruere velis. Quanta hinc, Beatissime Pater, immortalis gloriae tuae, quanta praestantissimorum, qui ubique praedicantur, in Christianam Rempublicam meritorum accessio fiet! neque enim de recreandis solummodo piorum animis, ac de sacrae eruditionis cultoribus iuvandis agitur. Dogmata ipsa catholica, incorruptamque disciplinam mirum est, quantum contra veteres, recentesque oppugnatores monumenta antiqua, & quod reliquum a priscis seculis habetur, sive marmoreum, sive aeneum, sive eburneum, sive denique figlinum, aut vitreum sit, confirmet, corroboret, patefaciat. Ex veteribus profecto inscriptionibus quid hauriri possit, ac disci, paucae, quas mihi adipisci contigit, non contemnendum specimen

p.179. cimen praebent: in illis enim DEO CHRISTO Licinia teſtimonium reddens, Apoſtolo concinit, Arianoſque profligat. In illis Daciana Diaconiſſa, quae MULTA PROPHETAVIT, Spiritus Sancti dona adhuc permanentia oſtendit, & Origenis contra Celſum de
l. 1. n. 46. Chriſtianis ſanctitate conſpicuis enuntiatum comprobat. In illis DEO AETERNO MAGNO tam primaeva Chriſtianorum aetate, adeoque praecoci religione votum, palma, & oleagina corona ornatus, ſolvit Diodorus, ut ab uſitata Gentilibus formula, & modo cavere nondum ſciret, & abſtinere. In illis Maria
p. 66. ΘΕΟΤΟΚΟΣ praedicatur, atque ut Imperatorem, & Corinthi incolas, apud Filium ſuum tueatur, poſcitur. At non verbis tantum, ſed aeque anaglypticis operibus, & ſculpturis loquuntur marmora, & contemplantes erudiunt. Paſtor bonus e Pario marmore Muſeum noſtrum nobilitat, inventam ovem

im-

imponens in humeros ſuos. *Quot hiſto-* Io. X. 11. Luc. XV. 3.
riis praeditos, quot documentis refertos eru-
diti viri in lucem ſarcophagos protulere?
Conditoria id genus eo maxime intereſt col-
ligere, & conſervare, quod cum ſaepe illauda-
torum artificum fuerint opera, contemptui ha-
bentur, quapropter non pauca ex iis evanue-
re iam, & neglecta, aut miſerandum in mo-
dum adhibita periere. Ne a Veronenſibus
monumentis diſcedam, in eadem ſepulcralis
arcae fronte, qua collectionem hanc clauſi, pag. 484.
duplex conſpicitur imaginum ordo, quorum
unus novi Teſtamenti repraeſentat facta, al-
ter veteris. Hinc docemur, in idem conſpi-
rare utrumque, unumque ad aliud referri.
Serpens ante aram ad dexteram viſitur, eſ-
cas ab homine excipiens ore; quo fit, ut unica
neutiquam haberi debeat huiuſmodi repræſen-
tatio apud Arringhium, qui ne Apollinem l. 2. c. 10.
quidem *quid ſignificet divinaturum dixit:*

 ſed

ſed procul dubio Daniel exhibetur, *qui* maſ-
Dan. XIV. 26. ſas dedit in os draconis. *Hinc autem conii-
cere in promptu eſt*, *Danielis capita poſtre-
ma duo communiter tunc quoque pro authen-
ticis habita*, *quamvis in Hebraico textu non
appareant*, *qui huic Prophetae verbis illis*
לְקֵץ הַיָּמִין *finem imponit*. *In ſarcophago altero*,
*quem vetuſtiorem eſſe exquiſitius artificium
prodit*, *Petrus Apoſtolus Clavium Symbolo*
Matt. XVI. 19. *deſignatur* : tibi dabo claves regni Caelo-
rum. *Marmoreo teſti ærea Lucerna addatur*,
Muſeum Mediceum condecorans, *quam huic
Epiſtolae delineatam praefixi*. *Navis ſpecie*
XIV. 11. *repraeſentatur Eccleſia*. *Paullus*, *qui* Dux
Verbi *in Actis dicitur*, *e prora concionatur*;
Petrus in puppi ſedet, *&* *gubernaculum regit*:
nonne facundo volumini, *ad Pontificium aſſe-
rendum Primatum antiquis temporibus elu-
cubrato*, *vetuſta haec navicula aequivalet* ?

Priſca marmora, *quae in Gallia exſcrip-*

ſi

ſi, exhibere memini quieſcentem in pace, Qui poſt acceptam poenitentiam migravit ad Dominum: *item alium*, Qui reſurget in Chriſto Domino: *alium*, Qui Percepit, *Baptiſmatis ſuppreſſo nomine; unde diſcimus, etiam myſterium iſtud ad Arcani diſciplinam pertinuiſſe, quod etiam ex iis formulis*, Ex die acceptionis ſuae, *et* Gratiam ſanctam conſecutus, *quas in aliis lapidibus habemus, colligi poteſt. Religionem Romanam quam item perſpicue ac nitide eccleſiaſtica Diptycha eloquuntur? in iis ſiquidem Epiſcoporum illius, aut illius Eccleſiae nomina, ab origine initio ducto, ſucceſſioniſque ordine ſervato, inſcribebantur, ut pro illis iam requieſcentibus inter Miſſarum ſolemnia oraretur, ſi qui a recta doctrina deflexiſſent, expunctis. In Actis Mopſueſtenae Synodi, Concilio Conſtantinopolitano II inſertis* recitentur nobis ſacra

Gall. Ant. pp. 90. 93. 94.

Conc. tom. 6. p. 116.

Diptycha, quae declarant ſanctae memoriae connumerationem Sacerdotum iſtius Civitatis, ex quo immaculata, & orthodoxa Fides praedicatur, uſque ad hunc. *Ab his ergo tabulis diſcimus, ſervata in Eccleſiis ab aevo uſque Apoſtolico, quaſi per manus tradita deinceps dogmata, & inſtituta. Ex Diptychis huiuſmodi unum*
pag. cx. *Novariae vidi, de quo in hac collectione verba feci. Conſulare fuerat, ut ſaepe uſuvenit. Conſulare prius fuit Brixianum quoque, in cuius faciebus interioribus non nomina, ſed ab una parte precem ſcripſerunt, MEMENTO DOMINE OMNIUM DEFUNCTORUM PONTIFICUM &c. Lazari ad vitam revocati miraculo ſuperius depicto, ut in Veneto eruditorum Dia-*
om. 8. *rio oſtenſum fuit; ab altera tres collucent imagines his adiectis nominibus GERONIMU AGUSTINU GREGORIU. quarum*

rum

rum poſtrema Pallii antiquam formam, albumque colorem docet. Pete pro parentes tuos, *hoc eſt*, ora pro parentibus tuis, *exſcripſi Romae e funereo lapide, quem in* p.264. 13. *hac collectione referre non ſum oblitus. Marmorea Hippolyti Epiſcopi ſede, Paſchalem cyclum, & illius ſcriptorum catalogum continente, quis monumentum illuſtrius vidit? At nonne ipſa vitreorum poculorum picturata fragmina, a primaevis Chriſtianis adhibitorum, multa, & praeclara docent? vidiſti abunde, Pater ſancte, in egregio Philippi Bonarrotii volumine, & collaudaſti. Inauratam columbam aliquando conſpexi, in qua antiquitus, velut in pyxide, Euchariſtia ſervabatur: eius divinitatis opinio, & cuſtodiendi mos inde apparent. Frequentem ſacrarum imaginum uſum, & cultum plurimae quidem & variae priſcorum temporum reliquiae ob oculos ponunt. Notum eſt, Ne-*

ſtorii

ſtorii haereſin ut contererent, puerum Ieſum in immaculatae matris gremio pingere coepiſſe Graecos. Eccleſiaſtica denique, & vetus traditio, in quam praecipue religio innititur, & Chriſtiana incumbit doctrina, ex huiuſcemodi monumentis, ac lipſanis mirum eſt quam certo deducatur, & quam nitide eluceat. Non minimum eapropter eximiis, atque in omnem aetatem celebrandis Sanctitatis tuae decretis, & factis additamentum habebitur, ſi ſplendidam id genus rerum collectionem iubebis fieri. Id quidem Romae praeſtare haud arduum fuerit. Inſtrumenta ad Martyres cruciandos adhibita, vaſcula eorum ſanguine conſecrata, figuratas laminas, muſiva opera, anulos, ſacra vaſa, Chriſtiana ſymbola in dies antiqua coemeteria ſuppeditant. Multa in iis reperiuntur, quae incruentum ſacrificium a primitivis Chriſtianis in latebroſis eis ſpecubus peragi conſueviſſe,

viſſe, perſpicue oſtendunt: in illo autem potiora Fidei Romanae dogmata, & quae ad Eccleſiae Sacramenta pertinent, quibus divinitus aut confertur Gratia, aut augetur, includi conſtat. Quid de picturis dicam, quarum magna & praeclara vulgavit Boſius ſpecimina? earum non pauca fruſta diligenter ſecta alicubi ſervantur. Nec gemmae perfunctorie erunt perquirendae: non inclinati aevi tantummodo exſtant plures, ſed ſuperioris etiam aliquas contrectavi, literis praecipue inſignitas, Inſcriptioni quoque a Fabretto allatae praefixis, ΙΧΘΥϹ. *Piſcis figuram Chriſtianos veteres in anulis geſtaſſe, Clemens docet Alexandrinus.* Paed. l. 3. c. 10. *In piſcis nomine* ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΣΩΤΗΡ *latet: hinc Tertullianus:* de Bapt. c. 1. nos piſciculis ſecundum ΙΧΘΥΝ noſtrum Ieſum Chriſtum in aqua naſcimur. *Numiſmata quoque Chriſtianis notis inſignita huic ſupellectili aggregare par erit,*

rit, cum ſacro in illis uti monogrammate, Graeciſque prima, & poſtrema literis Conſtantini iam incoeperint filii, Conſtantius, & Conſtans, documento ab Apocalypſi accepto, Apoc. I. 8. Ego ſum Alpha & Omega, principium & finis. *Quin Romanorum Pontificum nummi, quos uſque ab Hadriano I qui colligerent non defuere, quorumque ſine Imperatorum etiam nomine ſpectantur plures, Muſeum augeant oportet; nec eorum profecto aere cuſas effigies, quas, ab illa Martini V initio ſumpto, in ſcrinium digeſtas olim inſpexi, fas erit praetermittere.*

At ſera adveniet luſtris labentibus aetas,
Cum tua complures inter, quocumque metallo,
Lux hominum BENEDICTE, *olim fulgebit imago.*
Tum vero extremis fortaſſe profectus ab oris
Advena, perluſtrans omnes, quiſnam, inquiet, hic eſt,
Cuius magnum animum prodit frons ipſa? renidens
Tunc gazae cuſtos, ille eſt, eſt ille, reponet,
Quo Clavem geminam, & triplicem geſtante Tiaram,
Auri dira fames, furor impius, invida peſtis,
Fraus bifrons, vanae laudis maleſana cupido,

Inte-

Inteſtina odia, & ſcelerum tetra agmina, ubique
Nequidquam infremuere, imum detruſa ſub Orcum;
Rurſus & inviſit noſtras Themis aurea terras.
Ille eſt, qui totum divinis iuſſibus orbem
Cum regeret, Chriſtoque addictis Oceanum ultra,
Et qua perpetuus Boreas vaga flumina durat,
Et qua Phoebeo campi fervore dehiſcunt,
Proſpiceret, cura velut eſſet liber ab omni,
Aurea dictabat populis documenta, & in aevum
Admiranda, perampla volumina, Numine dextro,
Tradebat. Fines extendere vera ſub illo
Religio viſa eſt; morum incorrupta ſub illo
Illuxit norma: o felicia tempora! felix,
Cui tunc iucunde mortali veſcier aura
Contigit, aeternaeque ſimul praeludere vitae.



PRAEFATIO

NNI, heu quam propere, quinque ac triginta effluxere, ab inventis in Veronenſi agro priſcis quibuſdam Epigrammatis, quae cum exſcriberem, alia plane me cupido inceſſit, ac quoſcumque huic literarum generi deditos ſollicitare ſoleat. Nihil enim aliud iis, qui ſedulo in antiquis Inſcriptionibus operam ponunt, ut plurimum cordi eſt, quam ut illas typis committant, publicaque luce donent: laudabili profecto, ac literariae Reipublicae perutili conſilio. Verum me, qui ad eiuſmodi oblectamenta nondum acceſſeram, mirus quidam ſtatim ipſorum lapidum tunc amor invaſit, ita ut de iis a temporis, atque hominum iniuriis vindicandis, collocandiſque ubi in poſterum occultari, aut interire amplius non poſſent, iam ab eo tempore impenſe cogitare coeperim. Re vera nonne mirificum quiddam eſt, magnifacere exempla, autographa vero negligere? non eadem vi penetrant animos, neque eadem voluptate afficiunt, quae in archetypis legimus, & quae in apographis. Id perpendebam quoque: poſtquam vetuſtos e marmoribus ſumptos in millenas chartas transfudimus titulos, ubi de verborum fide, ut ſaepe uſuvenit, fortaſſis ambigatur, quo confugiemus, ſi marmora, aut æra, eaſdem illas a Graeca vel Romana manu inſculptas olim literarum notas praeſeferentia evanuerint? neque enim idem, eiuſdemque omnino continentiae uſquam gentium monumentum occurrat, ſpes ſupereſt ulla; plures ſcilicet haberi quidem poſſunt eiuſdem Auctoris veteres codices, plura eiuſdem formae numiſmata, at Inſcriptionum longe diverſa ratio eſt. Quandocumque non niſi perſcripta, chartiſque tradita iſtiuſmodi elogia ſerventur, in eaſdem prorſus dubitationes adducimur, in eaſdem quaeſtiones revolvimur, ac e veterum Auctorum libris oriri perpetuo ſoleant, quod a librariorum inſcitia, & a Criticorum licentia immutati, aucti, diminuti perſaepe fuerint. His argumentis, ipſorum lapidum curam ſuadentibus, forte eve-

nit, ut novus poſt dies aliquot ſtimulus adderetur: nam duas inſcriptas baſes in fundamenta cuiuſdam aedificii a murorum ſtructoribus tunc coniectas fuiſſe, ad me perlatum eſt; quod haud infrequenter accidere, facile credi poteſt, mire ſiquidem ingentia iſta, & complanata ſaxa fabricantibus quadrant. Multa etiam comminuuntur, atque ut variis inſerviant uſibus, mutilantur; multa obruuntur iterum, vel abditis tenebricoſiſque in locis deliteſcunt; nec deſuere qui de aliquibus calcem coquerent. Eapropter mirari nequaquam debemus, Inſcriptionum poſt literas reſtitutas partem maximam periiſſe. Earum quae Mazochius, quae Panvinius, quae Gruterus exhibuerunt, quota pars ſupereſt?

Cum igitur quotquot mihi liceret, tueri ex his cimeliis, atque excidio eximere conſtituiſſem, primùm quae forte in agris, aut viis *ſub Iove frigido* adhuc iacerent, conquirenda duxi, ut in concluſum tutumque locum comportarentur; deinde ut quam plura undecumque colligerem, operam dare coepi. Illa vero intra lares meos congerere nequaquam volui, nec quem coacervare theſaurum meditabar, domui meae credere. Privatis in locis ob frequentes familiarum viciſſitudines, nihil diutius perſtat: nimirum quae magno tibi ſteterunt pretio, quaeque tu admiraris, & colis, heres fortaſſe, aut ſucceſſor tuus aſpernabitur, ac deribebit. Antiquitus quo-
pigr. que monuit Lucianus:

Ἀλλ' ὃ σὺ θαυμάζεις, τοῦτ' ἑτέροισι γέλος.

Quod tibi mirificum eſt, ridiculum eſt aliis.

Fabretti collectionem, quam *ad aedes paternas* tranſmiſit, Urbini diviſam, & ita collocatam, ut maior eius pars nec ſpectari quiverit, deflevi. Privatae domus, quamvis nobiles, impares ſunt ut plurimum, & ad eiuſmodi congeries continendas, & explicandas nequaquam aptae. Ego quidem de nomine ipſo cavi, ita ut illos, qui Muſeum Maffeianum appellare coeperant, rogarim, ut Publicum potiùs dicerent, cum cuicumque, ſive municeps ſit, ſive advena, hos lapides conſulere, quandocumque liceat. Quin quod Academia amore nimio, & longe ſupra meritum, veſtibulo in medio ſtatuerat, rubore ſuffuſus abſtuli. Nihil mihi tam magnificum videtur, & nobile, quam Auguſti effatum in marmoribus Ancyranis: *Capitolium, & Theatrum refeci* SINE VLLA IN-

SCRI-

SCRIPTIONE NOMINIS MEI. Caeterum quae publicum praeſtant bonum, meo iudicio publicare oportet, ibique ſiſtere, unde nemo unus potis ſit avellere, aut deturbare. Aſinius Pollio *primus bibliothecam dicando*, *ingenia hominum rem publicam fecit*. M. Agrippa *de tabulis omnibus*, *ſigniſque publicandis* orationem habuit *magnificam*, *& maximo civium dignam*. Mihi quidem cui Societati, cui Collegio quam parabam eruditorum marmorum collectionem dono darem, quove in ſacrario collocarem, nequaquam ambigendum fuit. Academia Veronenſis, cui, cum a coetu in artis Muſicae gratiam coalito ante annos viginti ac ducentos initium duxerit, Philarmonicae adhaeſit nomen, aedificium nobile avorum memoria exſtruxit, ſtudiis omnibus, eorumque exercitationibus deſtinatum. Ante ipſum impluvium amplum, ſive area protenditur, cuius partem fere tertiam domunculae occupabant, quibus opera mea deiectis platea in quadrum redacta eſt, ita ut aptiſſima huius generis Muſeo circumquaque excipiendo fieret.

Plin. l. 35. c. 2.

Quicumque literatos lapides conſervare in longum aevum contendit, ac nititur, id caveat ante alia, ne ſoluti, ac liberi relinquantur, adeoque facillime quocumque impellendi, traiiciendique. In permanentem figantur murum opus eſt, alteque adigantur, at non in quemcumque: domos ſcilicet, aedes, atque aedificia caetera, vel ut inſtaurentur, vel ut aliter conſtruantur, non raro contingit, ut immutent domini, aut demoliantur. Contingit etiam, ut Inſcriptiones in iis defixae a menſulis, aut ſcabellis, aut ianuis operiantur quandoque, occultenturque. Sed neque in cubiculorum, aularumque parietibus ab imo ad ſummum ita incluſas velim, ut niſi ſcalis admotis, & difficulter admodum legi, perpendique poſſint. Antiquarum legum conſuetudo in his quoque obſervanda eſt, qua ita proponendae, ac fingendae erant, *ut de plano recte legi poſſent*. Brevi murum in hunc unice uſum, atque his ſtylobatis ipſis, marmoreiſque tabulis ſtruere oportet; epigraphaſque, nec minus toreumata, agmine in longum acto, ordine etiam in quantum licet, ac diſpoſitione quadam ſervata reponere, & diſtribuere. Haec omnia, quae nemo adhuc ulla in regione praeſtiterat, videbatur mihi ab Academia noſtra praeſtari poſſe beneficio loci: magnam ſcilicet

in

in longitudinem muri porriguntur, quibus a tribus lateribus quadrata area praecingitur. Deterrebat quidem me, quo minus rem tantam aggrederer, maxima monumentorum series, numerusque incredibilis, quem immane spatium exigebat: verumtamen magnis potius ausis excidere decrevi, quam cogitationem adeo iucundam, consiliumque rei literariae tam commodum deserere, atque eliminare. Perquirere incoepi non in proximis tantùm regionibus, sed & in valde dissitis: perduravi ad hanc usque diem pervestigans, flagitans, comparans. Multa a viris praestantissimis, & splendidissimi ac supremi ordinis sponte oblata sunt: videsis *Veronae Illustratae* Partem tertiam cap. VII. ubi multorum nomina recensentur. Multa aliorum generum cimelia tradens commutando acquisivi, plurima denique nec exiguo quidem saepe pretio coemi. Non semel etiam itinera in hunc finem, atque his mercibus inhians suscepi: quamobrem constantiae demum, ac diligentiae annis procedentibus datum aliquando est, ut supellex loco par coacervata sit, atque ut triplicem aut inscriptis, aut sigillatis marmoribus complere prorsus, & contegere licuerit murum.

Arcenda a tot praeclaris monumentis pluviarum inclementia erat, providendumque, ne inimicum imbrem umquam acciperent. Dorica propterea porticus, nobiles, magnosque spiritus gerentium expensis, quorum sub huius voluminis finem recensentur nomina, circum circa constructa est: huius partes architectonicas nequaquam undulatas volui, aut novitiis monstrosas inventis, sed sicut meus est mos, puras ut a maioribus accepimus, & quae Romanas, Graecasque dedecere haud viderentur antiquitates. Has qui consultum veniet, atque exploratum, eleganti porticula commode protectus, genio ac studio indulgere poterit suo. Beneficium hinc aliud quoque emanat, nam columnae, aut teretes cippi Imperatorum inscripti nomina, quos infigere haud possumus; tum bases, quibus, quod ab omni parte loquantur, debetur ambitus, in intercolumniis aptissime statuuntur. Caeterum Etrusca primo locavi marmora, exinde Graeca: inter Romana prius votiva comparent; subsequuntur Imperatoria, postea magistratus, honoresque alios memorantia, militaria, ad spectaculorum notitiam pertinentia, artibus & officiis praedita, funebria

bria demum, poſtremiſque curis devota. Chriſtianas quoque, aevoque medio exaratas inſcriptiones coniunxi; poſt quas miſcellam videas congeriem, illa ſcilicet cuiuſcumque generis monimenta complectentem, quae cum tardius advenerint, ſuis locis aptari non potuerunt. Huicne accenſebimus exotica, ut ita nuncupem, quaedam, quibus extremam porticus faciem inſignivi? Quid quod ad erudiendos ſtudioſorum oculos, ita ut falſa a veris internoſcere aſſueſcant, ſpuriorum item lapidum claſſi, marmoreis lineis ab aliis diſcretae, ſedem adſignavi, eo tamen artificio elaboratorum, ut doctis etiam hominibus fucum facere poſſint, & fecerint. Magnum quoque aedis veſtibulum utrimque monumenta decorant ſelecta. Ut finem faciam, duo tantùm ad ultimum, quod animo ſtatueram, operis complementum adhuc deſunt: antiquae Portae translatio, cuius, ait Gruterus, *altitudo, ac maieſtas in ſtuporem convertunt*, & qua pro- pag. fecto, cum inſcriptionem in fronte praeferat, ad inſcrip- 187.1. tionum ſedem nihil aptius: & labri porphyretici deportatio, ex quo marmore haud ſcio an maiorem uſquam viderim molem, cum eius diameter pedes habeat octo cum dimidio. Inſignes hae veteris magnificentiae reliquiae occultae fere, & vix ipſis civibus ſatis notae, in Civitate nunc iacent: videſis *Veronae Illuſtratae* Part. III. p. 42. & 68. Porphyreticus quidem lacus areae medium eo concinnius nobilitaret, quod ea, Seguierio meo inter Botanicos percelebri operam dante, in hortum botanicum aliquando, ut cupio, & ſpero, evaſura ſit.

Verumtamen collectione demum, itemque collocatione, ad exitum ſatis fauſtum perductis, tertius reſtat nec aſpernandus quidem labor, nempe ut monumenta haec ſingula ante eruditorum oculos typographorum ope ordinatim proponantur, publicique vere iuris fiant. Id tam enixe, tam vehementer quam plurimi non poſtulant modo ſed flagitant, ut in hodierna librorum deſpicientia, ac faſtidio haud minimum in me ea cupiditas aliquando excitarit admirationis. Cur tam multa, aiebam ego, rurſus edere epigrammata properem, quae pluries edita noverunt omnes? At reponebatur mihi, nemini tamen conſtare quo nunc devenerint, intereſſe autem Reipublicae, ut cuivis innoteſcat, circa ve-

ritatem horum monumentorum quaestiones omnes in posterum hoc in loco ipsis oculis diremptum iri. Reponebatur, quam plura ex vulgatis, recenter etiam, & ab illustribus viris, a quibus inspecta non sunt nondum haberi sincere excusa, sed erratis scatere non paucis. Addi item poterat, quam plurima ex iis nondum in lucem venisse, quae cum edere oporteat, a caeteris seiungi haud decere. Inter monumenta numquam emissa fere omnia computes velim maioris in hoc Museo pretii anaglypha: ex anaglyphis autem non minus quam e scriptis lapidibus, antiquam eruditionem hauriri, his initiati sacris haud ignorant.

Monere non praetermittam, repraesentanda solummodo, non etiam enucleanda, & illustranda in hac editione monumenta me suscepisse. De quibusdam tantum peculiari aliqua ex causa verba faciam. Qui magnam inscriptionum phalangem afferens, commentario insuper augeret singulas, ut aliqui expectant, & cupiunt, exitum vix inveniret. De usu, & praestantia inscriptionum agere meditabar olim: quantam in hunc finem ὕλην congesserim, vix habeatur mihi fides, si dixero. Ex rudi, indigestaque mole si potiora aliquando excerpere aggrediar, in titulos praesertim inquiram ab hoc volumine exhibitos. Graecas epigraphes cum adduco, earumdem exemplum minusculis literis repetitum adiungere soleo, quem morem Seldenus in Arundelianis, & Falconerius in Athleticis praeivere: ea diligentia ad earum rectam intelligentiam nihil utilius autumo. Latinae subsequuntur versiones, quas ut plurimum de novo adornare satius visum est. Adnotationes adduntur breviloquentes interdum, ut de lectionis, atque interpretationis fide, ac ratione constet. De anaglyphis, sigillatisque marmoribus idoneum heic non erat, explicationes ingredi. Tam diverse procedunt, quae verbis loquuntur monumenta, & quae sculpturis tantum, figurisque, ut nequeant utraque commixtim pertractari, minusque apte possimus eodem tempore, eodemque in opere de utrisque rem habere. Diutissime est ac meditor de figuratis Antiquorum operibus fuse disserere: nihil quidem ad genuinae antiquitatis amatores beneficio perutili demerendos, magis hodie expetendum, multi sunt qui opinentur, ac necessarium magis. Hoc si umquam,

ut

ut sedet animo, praestare Deo favente dabitur, quae nunc anaglypha profero, singillatim enitar exponere. Ea quidem cum undequaque, sed ab urbe Roma praecipue, quo ob hanc causam anno MDCCXXXIX me contuli, ad Musei amplificationem accerserem, nequaquam temere, & fortuito ut ita dicam, conquisivi, sed cum in effigiatis sarcophagis animadvertissem, argumenta quaedam priscis sculptoribus, publicae etiam eruditioni gratificantibus, acceptiora fuisse, atque ab iis libentius, ac frequentius arrepta, ut unumquodque in hac congestione appareret, operam dedi; quod etiam consequi tandem licuit. Illa vero enumerari sic ferme possunt: Bacchica. Circensia. Nereides. Musae. Venantes. Phaethon. Extremo laborantes morbo, supremisque affinium officiis circumsessi.

Iam vero de inscriptionibus praefari oportet, quae post tria Musea *Variarum* nomine consequuntur. Qui Graecorum Siglas meas edidit, promiserat in Prooemio Capitolinum quoque, & in Collegio Romano collectum; nimirum quia parata erant, antequam Novus Thesaurus prodiret. Hocce studii genus olim fortuito ingressus (quomodo id acciderit in Opusculis Ecclesiasticis Theologicae Historiae annexis pag. 109. exponitur) cum in illud serio incumberem, quam utilis, immo eruditioni universae quam necessaria foret generalis veterum inscriptionum collectio, dilucide perspicere mihi visum est. Qui per sexcenta dispersas volumina in unum quasi corpus compingeret, recteque ordinaret, interpretis simul quodammodo suppleret vicem, nam eiusdem generis, eiusdemque classis si congregamus omnes, explicant sese invicem, & una ab alia lucem mutuatur. Quam iucundum esset, Graecas separatim intueri, ita quidem dispositas, ut praecederent antiquissimae, consequerentur quae ad Reges pertinent, quae ad Graecas urbes, & ad Asiaticas, earumque Respublicas, rectores, foedera, decreta, instituta, ludos: deinceps quae Imperatores, Romanosque Magistratus memorant: funebres demum, quarum si poeticae simul ponantur, nova & preclara exsurget Anthologia. Ex Latinarum vero agmine confertissimo, quantum adiumenti bonis afferret literis, qui leges primum, aliasque vetustiores a Reipublicae temporibus reliquas con-

ſociaret; prolixioreſque adderet legale quid, aut iuridicum continentes. Hinc hiſtoricas conſtitueret, cuiuſmodi ſunt Faſti Capitolini, & Auguſti acta ex Ancyranis marmoribus. Municipalia pſephiſmata, Collegiorum decreta, Hoſpitales teſſerae ſi conſociarentur, placerent multo magis. Magnopere delectaret in Votivis topicorum Deorum coniunctio, itemque Deo Mithrae dicatarum, & fragmentorum ad Arvales Fratres pertinentium. Multum prodeſſet Imperatorias omnes ordinatim recenſere, & nominum in aliquibus captiones prodere, atque eludere. Quis inter militares plaudens non conſpiceret Honeſtas Miſſiones collectas, itemque maritimas omnes ab aliis ſegregatas? Kalendaria quis non amaret coniunctim exhibita? Carmina quis non libentiſſime exciperet in unum coacta? Chriſtianas denique nedum eruditionis, ſed etiam religionis valde intereſſet, colligere, atque opportune diſponere. Ad hanc capiendam monumentorum ingentem, & uberrimam copiam, non LX quidem requiruntur tomi, ut quidam autumabant, ſed X ſatis praeberent loci. Spuriae, confictaeque exſulent oportet; monſtroſae itidem, ſphalmatiſque prorſus deformes: communiſſimis etiam tantum nominibus ſignatas quid refert multiplicare millies? quid fragmentis prorſus inutilibus chartas implere? Non defuiſſe qui generalis collectionis conſilium improbaret, quod Fabretti exempli gratia congeries *numquam ad Gruterianum ordinem accommodari poſſit*, valde admiratus ſum; quis enim hoc impedit, aut vetat? de colligendis ſiquidem commentariis non agitur: improbavit quoque, quod *notam ingrati hominis vix effugeret, qui collectionem univerſarum ſuſciperet*. At ſubiitne hanc notam qui a Donio, a Gorio, & a me vulgatas collegit? Non deerit, auguror, annis volventibus qui intrepide magnum aggrediatur opus, ego ſcilicet ſenio iam confectus ſpem omnem, ipſamque cogitationem abieci.

Nov. Theſ. Praef.

Cum vero in ea diutius perſtiterim, ut infinitos pene literatos lapides variis in Provinciis contemplarer, operam dedi. Obſtupui, fateor, cum viri illuſtris verba haec, ab alio etiam nuper laudata, legi. *Nullum diſcrimen ſtatuo inter epigrammata adhuc in vetuſtis lapidibus exiſtentia, & quae in ſuis libris veteres, aut in ſchedis recentiores, nobis ſervarunt.* Prae-

Nov. Theſ. ad cxv. 2. Epiſt. Epigr. p. 84.

Praeter veritatis, aut falsitatis argumentum primarium, & maximum, ut quoddam discriminis specimen habeas, erudite Lector, videsis quid intersit inter hanc a Grutero e Scaligeri schedis acceptam, qui ex aliis schedis hauserat:

..... ANTII . NEP . AC . F . FL . MEMORIO Grut. 495.6.
V . P . QVI . MILITI . INT . IOVIANO . S . ANNOS
XXVIII . P . PO . POM . ANVI . PRAEF. LANCIA . RIS . ST
.. AMICO . MES . P . L . PAEANICO . M . MAVRE . ET
INCANT ... VIX . ANN . LXXV . PRAESIDI
COS .. DVVMVIR

& eam, quam ex ipso marmore in Galliae Antiquitatibus recensui:

BENE PAVSANTI IN PACE FL MEMO pag. 51.
RIO V P QVI MILIT INT IOVIANOS AN
NOS XXVIII PRO DOM ANN VI PRAE
LANCIAR ..... III COMES RIPE AN
I. COM MAVRET TING AN IIII VIX ANN
LXXV PRAESIDIA CONIVX MARITO DVL
CISSIMO

Viden quo abeat *Praeses* & *Consul*? viden quam misere pereant, quae praeclara inscriptio sincere reddita nos docet, & quae cum ederem, ostendere non praetermisi? Adde in Mss collectionibus elogia non infrequenter reperiri, quae marmori consignata numquam fuere. Ego quidem archetypa magno studio consului, & diffisus ingenio meo, adiumenta oculorum quaesivi. Hinc cum maiorem ineditarum inscriptionum partem Roma suppeditaret, quamvis eas ab eruditis viris accepissem, anno MDCCXXXIX, ut lapides, atque æra ipsa inspicerem, Romam me contuli; ibique non Capitolini Musei tantummodo epigrammata (quae tanquam aliis in locis existentia deinde vulgata sunt) & in Collegio Romano collecta; sed quae in Urbe maxima ubicumque dispersa reperiri potuerunt Seguierii mei ope in librum, nec exilem quidem, redegi. Multo ante quotquot in pluribus Italiae partibus habentur, exscripseram; deinde ex iis quae in

Gallia, & Anglia, Vindobonae, & alibi reperiuntur, quam plurimas. Servabam omnes, ut nondum vulgatae maximo equidem numero universalem collectionem magis acceptam, atque exoptatam redderent. Illius prospectum anno MDCCXXXII vulgaveram, orans ut quicumque inscriptiones ex autographis acceptas in Adversariis haberet, vel transmittere non gravaretur, vel in publicam lucem, ut consilium meum iuvaret, proferret. Protulit ergo Thesaurum suum, ex amicorum epistolis collectum, Cl. Muratorius, sed tam opulentum & amplum, ut iuvandi, & augendi loco aedificium ferme subruerit meum; nam ineditarum, quas mihi seposueram, maximam partem vulgavit. Quod me protrahentem diutius, & immodice procrastinantem vir doctissimus praeverterit, nequaquam dolui; dolui consilium suum mecum non communicasse, & quantam eiusmodi iam collegisset messem, non aperuisse; nam ego societatem libentissime iniissem, illumque collectionum mearum participem fecissem. Notum est, perquisisse me huic studiorum generi deditos, quibus provinciam istam laboriosissimam, taedioque, & periculis undecumque plenam, traderem, & commendarem.

Iam vero mirum est, ultra duo millia tamen Inscriptionum veterum, ac monumentorum relicta adhuc mihi fuisse, ut huic volumini pretium facerem. Longe maiori numero agglomerare potuissem, si e Mss. Collectionibus, quas percurri aliquando plurimas, non promulgatas excerpere libuisset: triginta etiam Ligorii tomis autographis libere uti, quod nulli antea permissum, mihi clementissime indultum fuit: sed nec unam e chartaceis fodinis erutam huc attuli. Libri quoque cusi, sed ferme ignoti, plures suppeditabant; verumtamen paucissimis exceptis, nonnisi existentes, & a me, vel ab eruditis qui miserunt originitus inspectas exhibui.

Unum adhuc restat, quod profecto non praetermittam. Saepius in adnotatiunculis inscriptiones, versiones, opiniones, quae in *Novo Thesauro* exhibentur, reprehendi contingit. Id equidem fieri debuisse nollem, nollem etiam factum, sed ad id necessitate quadam me adactum censui. Attamen Herculeum, & χαλκέντερον collectorem me propterea parvifacere, aut minori existimatione prosequi, suspicetur nemo. Multiplicem eius doctrinam, & infinita

pene

pene , ac utiliſſima , quae ſupra omnia exempla in manus hominum dedit , & continue dat , maximifacio , celebro , admiror. Quod ad eam collectionem maximam pertinet , perpendendum eſt , aliorum opera ſaepe in his uti oportere , itemque opere in longo fas eſſe obrepere ſomnum. Inſcriptiones ſine erroribus conglobare , impoſſibile factu eſt. Addas velim, non huic praecipue ſtudiorum generi , quamvis & in hoc praeſtet , virum doctiſſimum ſe dediidiſſe : maioribus intentum argumentis , atque occupatum rebus , haec interdum velut aliud agentem tractaſſe puto. Ut ut ſit , permultas , praeſtanteſque ab eo vulgatas eſſe epigraphes , quae alioquin adhuc deliteſcerent , omnino conſtat , multaque etiam enarrata , & tradita , quae antiquam eruditionem non minimum illuſtrant , & iuvant.

In Muſeo Veronenſi

NOI
RIFORMATORI
DELLO STUDIO DI PADOVA

AVendo veduto per la Fede di Revisione , ed Approvazione del P. *Fra Girolamo Giacinto Maria Medolago* Inquisitor Generale del S. Officio di *Verona* nel Libro intitolato *Museum Veronense , hoc est Antiquarum Inscriptionum atque Anaglyphorum Collectio, cui Taurinensis adiungitur , & Vindobonensis . Accedunt Monumenta id genus plurima nondum vulgata , & ubicumque collecta* . non esservi cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica , e parimente per l'Attestato del Segretario Nostro ; niente contro Principi , e buoni costumi , concediamo Licenza ad *Agostino Carattoni Stampatore in Verona* , che possa essere stampato ; osservando gl' ordini in materia di stampe , e presentando le solite Copie alle Publiche Librerie di Venezia , e di Padova .

Dat. li 31. Gennajo 1747.

{ Barbon Morosini Cav. Proc. Rif.
{ Marco Foscarini Cav. Proc. Rif.

Registrato in Libro a Carte 18. al Num. 235.

Michel Angelo Marino Seg.



MUSEI VERONENSIS
MONUMENTA ETRUSCA

VEterrimae eruditionis amatoribus in tantum aetate hac noſtra gratificata eſt temporum felicitas, ut inexploratum hactenus, & literatorum univerſitati tranſactis retro ſeculis ferme incompertum, priſcorum monumentorum genus emerſerit, quae nihil profecto minus ac Romana, & Graeca, & Aegyptia marmora conſueverint, oblectent oculos, animoſque alliciant, gentiſque antiquiſſimae ſimul & praeſtantiſſimae facta, opiniones, mores ob oculos ſiſtant, & ad penitiora indaganda ſpectantes excitent, atque impellant. Maiores quidem noſtri Etruſcas literas a quibuſvis aliis diverſas conſpicantes, ſtudii aliquantum in iis impendere non omiſerunt; quapropter Scriptores non defuere, qui Alphabeta (quo eventu non exquiro) colligerent, ac vulgarent. Ulterius autem non ſunt progreſſi; qua deſidia factum eſt, ut anaglypha pulcherrima, figuratae paterae, depicta vaſa, omnigenaeque, atque eximiae ab antiquioribus, iiſque apprime ingenioſis, Italiae incolis perfectae operum reliquiae, ignotae tamdiu iacuerint, & tamquam quiſquiliae inutiles latitarint. Percurrat modo quiſquis has delicias amat, & contempletur quae perelegantibus typis viri clariſſimi Bonarrotius, & Gorius edidere. Ego quidem ubi primum antiquitatis amore captus, quidquid ab ea inſcripti, aut inſculpti ſupereſt perquirere coepi, & quoad fieri poſſet, acquirere, ſimul cum Latinis & Graecis Etruſca exoptavi; quapropter amicis non ſemel parum abfuit quin moleſtus eſſem. Prima huius generis, quam adipiſci contigerit, inſcriptio, illa fuit campeſtri ſaxo credita, & in agro Patavino olim reperta, quam vides hic pag. IX. 9.

E Sertorii Urſati muſeo acceptam illuſtris Comes Silveſtrius Rodiginus anno MDCCXIV cum Latina, ut deſiderio meo ſatisfaceret, commutavit. Non multo poſt Patavii, nec exiguo quidem pretio, duriſſima petra Euganeorum collium propria inſculptam obtinui, quam modo ante alias omnes exhibeo. Anno MDCCXVI Eques Marmius Florentinus operculum IX. 6. in ditione Senenſi erutum, cum teſtis 7. & 8. dono miſit. Supervacuum quidem non eſt huiuſmodi monumentorum patriam callere: quin magnopere doleo, longo temporis curſu rerumque viciſſitudine, aliquorum loca, & eorum nomina quibus debentur, excidiſſe mihi, & chartulas, quibus conſignata fuerant, evanuiſſe. Maiora quinque, & ſpecioſiora anaglypha ex alabaſtrite lapide, quo Volaterranus ager nobilitatur, conſtant; eaque cum Volaterris eſſem, liberali munere obtinui: in ea ſiquidem Civitate Praeſul ampliſſimus Marius Guarnaccius, S. Stephani Eques Marius Maffeius, Franceſchinii nobiles fratres, Pictor egregius & eruditus Hippolytus Cigna, aliique certatim officiis omnibus me devinxerunt. Peruſina ſunt quae in III. 4. 5. 6. prodeunt, & ab Equite Pompeio Eugenio gratuito oblata: marmorea, & e lapide Tiburtino, in ea etiam Urbe plurima, atque eximia perennavere monumenta Etruſca. Fictilium arcularum duas Senis acquiſivi; perbrevem epigraphen Cluſii. Cluſino autem agro adſcribendas iudico, quas vir nobilis, in quo eruditio & humanitas certant, Petrus Bucellius in Montepolitiano ferme uſque ad tercentas huius generis breves inſcriptiones congeſſit, & in Muſeo ſuo dedicavit. Vaſorum primum amicus inclitus triginta abhinc annis Valliſnerius dedit: alterum Apoſtolus Zenius, quem ob publicum bonum ſoſpitet Deus in longum aevum: duo Comes Andreas Gazola Veronenſis inter eius cimelia prius cuſtodita. Cum vero ad inſigniora Muſei noſtri epigrammata aliquas me additurum obſervationes promiſerim, non deerunt qui opinentur, Etruſcorum explicationem heic me aggreſſurum eſſe; a quo tamen conſilio ego quidem longiſſime abſum: hoc ſcilicet eruditionis genus a Graeca, & a Romana tam diverſum, ac diſſitum eſt, tot praeterea tenebris circumvolutum, & obſitum, ut paucis diſcuti, ac pertractari nequaquam poſſit. Ad res Etruſcas quod attinet, de Italis primitivis qualemcumque olim diſſertationem elucubravi, cui opellam aliam quarto libro adhuc diminutam addidi. Si vita ſuppetet, extremam imponam labori manum, & quam plurima, quae in hoc argumentum mihi ſepoſui Deo favente adiungam. De illis praecipue, quae modo in hac collectione exhibentur, tunc ſermo habebitur, & inveſtigationibus ſingulis hae tabulae praeſto erunt. Gemma, quae anterioris paginae frontem illuſtrat, & qua in ſignandis epiſtolis ſaepe utor, magni profecto facienda eſt, nam duarum literarum poteſtatem, quae valde prius in ambiguo erat, nobis patefecit; edocuitque, alteram X Graecum valere, ſeu *ch*, alteram *x*, vel duo *ſſ*. Achillis ſcilicet, & Ulyxis perſonas, & nomina continet: *Achele Uluxe*. Vetuſtiſſimae in Sicilia ex ære galeae Merionis, & Ulyxis ſervantes nomina, huic enunciandi modo accedebant, Ο'υλίξȣ enim, ſive ut legi debet, Ο'υλύξȣ praeſeferebant; *τουτέστιν* Ο'δυσσέως, ut Plutarchus explicat in Marcello.

1



2

3



4.



5

6



7

Cignaroli dis.

F. Zucchi sculp.

1



2



3

Cignaroli dis. F. Zucchi sc.

1

2

3



4



Cignaroli dis. — *F. Zucchi sculp.*

1

2

3

4

5

6



7



8



9

10

8ASTIA
CAIHEIP
ESCIV·HIA

Cignaroli dis. F. Zucchi sculp.

MUSEI VERONENSIS
MONUMENTA GRAECA

Expensa in opera quaedam publica, & Reipublicae Corcyrensis probatio.

-------ΑΣΑΓΩΓΑΣ : Ρ : ΑΓΩΓΑΙΕΚΑΤΟΜΜΕΝ-----------------------
-------ΑΤΡΙΩΙΤΟΤΑΠΟΡΘΩΜΑΤΟΣΕΡΓΑΣΙΑΣ : Η--------------------
-------ΟΙΤΟΜΜΗΤΡΟΔΩΡΟΤΤΟΙΧΟΝΕΡΓΑΣΙΑΣ : ↑↑↑-----------
-------Σ : ↑ΠΡΡ : ΜΙΣΘΩΤΟΙΣΠΟΤΤΟΜΒΩΜΟΝ : ΠΙΙΙΙ:---ΑΒΑΛΕ--
------ΑΓΩΓΑΣ : ΡΡΡΡΠΟΑ----ΘΙΔΑΙΧΟΟΤΑΓΩΓΑΣ : ΡΡΡ---------
-------ΦΙΛΟΤΕΝΕΙΧΟΟΤΑΓΩΓΑΣ : ΠΡΡΡ : ΣΙΜΙΑΙΠΕΔΑ-----------
-------ΙΣΕΠΟΜΕΝΟΙΣΤΑΙΣΑΜΑΞΑΙΣ : ↑↑ΠΙ : ΜΕΛΑΝΘΙΩΙ--------
------ΠΟΛΙΤΑΙΤΟΥ---ΟΣΕΡΓΑΣΙΑΣ : ΗΡ : ΚΑΣΣΙΤΕΡΟΥ---------
-------ΤΟΝΟΦΙΝΧΑΛΚΟΥΤΑΛΑΝΤΟΝΗΜΙΤΑΛΑΝΤΟΝΔΕΚΑ---
-------↑ΡΡ : ΜΕΤΑΛΛΑ : ↑↑↑Π : ΧΑΛΚΟΥΕΣΤΟΝΟΦΙΝ-----------
-------ΜΑ : Ρ : ΓΟΜΦΩΝΧΑ-------ΓΛΑΥΚΩΙΜΝΑΙΔΕΚΑΠΕΝΤΕ
-------ΟΥΔΥ----ΝΑ---ΜΑ : ΡΡ : ΕΣΤΟΜΒΩΜΟΝΝΙΤΡΟΥ : Ι---------
-------ΑΝΘΙΩΙ : Ρ
------ΤΟΣΜΗ↑↑ΡΡΙΙΙΙ~ΤCC
------------------ΟΦ--------ΕΠΙΤΥΧΟΣ : ΗΗΗΗ↑ΠΡΡΡΙΙΙΙ-----------

. . ΟΙΔΙΚΑΣΤΑΙΚΑΙΚΟΙΝΟΙΕΥΔΟΚΟΥ
. . ΚΑΙΥΠΕΡΤΑΝΠΟΛΙΝΤΩΝΣΥΝ
. . ΝΑΙΚΑΝΕΙΜΕΝΑΠΟΔΙΚΟΝ
. . ΑΤΟΣΤΑΣΣΤΕΓΑΣΤΟΥΝΑΟΥ
. . . ΔΑΠΤΗΤΟΡΥΜΑΤΟΝΤΟΙΧΟΝ
. . . ΟΣΕΠΙΣΚΕΑΞΕΙΝΤΑΝΠΟΛΙΝ
. . . ΑΝΑΛΩΜΑΤΩΝΑΝΥΠΟΔΙΚΟΝ
. . . ΤΗΡΙΩΝΑΠΕΡΙΤΑΝΚΟΡΧΥΡΕ sic
. . . ΑΝΕΚΤΑΣΟΙΚΙΑΣΕΙΣΤΟΝΑ
. . . ΡΥΜΑΤΟΣΤΟΥΡΕΟΝΤΟΣΑΠΟ
. . . ΕΠΙΤΟΝΑΩΡΙΟΝΣΤΡΕΨΑΙΔΕ
. . . ΑΣΣΚΕΟΘΗΚΑΣΤΑΜΠΟΛΙΝ sic
. . . ΕΜΒΑΛΕΙΝΔΕΚΑΙΕΙΣΕ . . .
. . . ΡΑΟΒΕΛΙΣΚΟΝΟΡΘΟΝΟΠΩΣ
. . . ΗΑΝΑΓΡΑΦΗΤΩΕΙΣΣΤΑ
. . . . ΤΟΝΤΟΙΧΟΝΕΝΤΩΙΔΑ
. . . . . ΕΘΗΕΙΣΤΟΙΕΡΟΝΤΟΥΑ
. . . . . . ΟΣΤΑΝΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝ
. . . . . ΑΝΑΓΡΑΦΗΑΥΤΑΑΕΠΙ
. . . . . ΤΙΕΣΤΙΕΠΙΤΙΜΙ
. . . . ΕΡΟΙ

\- -

. . ας ἀγωγὰς . . . . . ἀγωγαὶ ἑκατὸμ μεν . . . .
. . ατριῳ τȣ̃ ἀπορθώματος ἐργασίας : H . . .
. . . . τὸμ Μητροδώρȣ τοῖχον ἐργασίας . . .
. . μισθωτοῖς ποτὶ τὸμ βωμὸν . . . . αβαλε . . .
. . ἀγωγὰς . . . . θιδαι χόου ἀγωγὰς . . . .
. . φιλου ενειχόου ἀγωγὰς . . . . σιμίᾳ πεδα
. . τοῖς ἑπομένοις ταῖς ἁμάξαις . . . Μελανθίῳ
. . πολιταιτου . . . ος ἐργασίας . . . . κασσιτέρου
. . τὸν ὄφιν χαλκοῦ τάλαντον, ἡμιτάλαντον δὲ κα . . .
. . μέταλλα . . . χαλκοῦ ἐς τὸν ὄφιν
. . γόμφων χα . . . Γλαύκῳ μναῖ δεκαπέντε
. . . . ἐς τὸμ βωμὸν νίτρου . . . . .

\- - - - - - - - - - - - - - - - - - - -

. . . οἱ δικασαὶ καὶ κοινοὶ ἐυδοκοῦντες
. . . καὶ ὑπὲρ τὰν πόλιν τῶν σω
. . . . κ' ἂν εἶμεν ἀπόδικον
. . . . τὰς σέγας τȣ̃ ναȣ̃
. . . . βλάπτῃ τὸ ῥύμα τὸν τοῖχον
. . . . ἐπισκεάζειν τὰν πόλιν
. . . . ἀναλωμάτων ἀνυπόδικον
. . . . τηριων ἁ περὶ τὰν Κορκυραίων
. . . . ἐκ τᾶς οἰκίας εἰς τὸν . . . .
. . . . ῥύματος τȣ̃ ῥέοντος ἀπὸ
. . . . ἐπὶ τὸ ναώειον σρέψαι δε
. . . . ας σκεοθήκας τὰμ πόλιν
. . . . ἐμβαλεῖν δὲ καὶ εἰς . . . .
. . . . ὀβελίσκον ὀρθὸν ὅπως
. . . . ἀναγραφήτω εἰς σάλαν
. . . . τὸν τοῖχον ἐν τῷ . . . .
. . . . εθη εἰς τὸ ἱερὸν τȣ̃ Α . . . .
. . . . . . τὰν ἐπιμέλειαν
. . . . . . ἀναγραφὴ αὐτὰ ἁ ἐπὶ
. . . . . . ἐς τι ἐπιτίμιον
. . . . ερoι

VEtuſtiſſima illa in Gadibus inſcriptio, de
Lib. 3. qua verba facit Strabo, nihil aliud continebat, niſi *expenſarum ſummam* ἀναλώματος κεφάλαιον· æreae ſiquidem columnae in Herculis delubro ſpectabantur, ἐν αἷς ἀναγέγραπται τὸ ἀνάλωμα τῆς κατασκευῆς τȣ̃ ἱερȣ̃· *quibus ſumptus inſcriptus erat aedificationis Templi*. Quiddam ſimile in dimidiato hoc priſcoque admodum Corcyrenſi marmore, nec ad hanc diem uſquam agnito, conſpicere eſt; ex eius enim interciſis verbis, abruptoque ad quemlibet verſum ſermone, quamvis contextum ſenſuum plane perſpicere, ac reddere nequeamus, intelligimus tamen, impendium pariter in eo deſcriptum fuiſſe, quo ſteterant opera quaedam publica.

Quanti *vecturae centum* conſtiterint; quid deberetur (forte *Demetrio* Dorice enuntiato) *ob opificium erectionis* (memoratur obeliſcus inferius) & ob *Metrodori murum*; quantumque *in mercenarios propter aram* erogatum eſſet. Ἐργασία Italice *fattura*, Latine *manupretium*. Varro: L. L.
ſi quid datum pro opera, aut opere: manupre- lib. 4.
tium a manibus, & pretio. Cicero Verr. 3. *tantum operis in iſta locatione fuit, quantum paucae operae fabrorum mercedes tulerunt, & manupretii machinae*. TOM quamvis nec μ, nec ν ſequatur: & ΠΟΤΤΟΜ, quod vernacule pro ποτὶ τὸν, Dorice ſiquidem ποτὶ erat πρὸς· ΑΒΑΛΕ num ἀβαλαίαν connotabat, hoc eſt apocham? Vecturae itidem memorantur, num *Thidaechoi*, & *Enichoi*? aut fuerant egeſtae *terrae*, ſi χόου a χοῦς deducimus? Θιδᾳ forte illius nomen deſignabat cui ſolvendum erat, velut Ἀγαθίδᾳ. Sic forte in ſequentibus erat Φιλογένει χόου ἀγωγὰς, & Σιμίᾳ item nomen, ut puto. Πέδα Dorice pro terra dici Heſychius monet; vel erat πέδαλα, memorata pariter ab Heſychio vox? a verborum abruptione, vernaculiſque inſtitutis tenebricoſa redduntur omnia. Illis quoque, qui *ſequuti erant plauſtra* ſua merces data, & *Melanthio*. *Stannum* item adhibitum

lib. 34. c.16. & 17. tum, vel *plumbum album*, quod a ſtanno diſtinguit Plinius: *album habuit auctoritatem & Iliacis temporibus, teſte Homero, caſſiteron ab illo dictum*.

Exinde marmor: *in Serpentem æris talentum; ſemitalentum vero* in opus aliud: profecto de minimis non agebatur: Corcyraeorum antiquas opes, ac potentiam Thucydidis liber primus, & Diodori duodecimus abunde produnt. Heic tamen pondus tantummodo fuſi æris forte ſignificatur. Heſychius: Τάλαντον· ϛαθμὸς, ζυγός· ὁλκὴ λιτρῶν ἑκατὸν, ἢ ἑκατὸν εἰκοσιπέντε, ἢ &c. ΜΕΤΑΛΛΑ num *metalla* heic ſignificarit, an *poſt alia*, decernere non audeo. *Æris ad Serpentem* conflandum iterum mentio; *clavorum* quoque, qui antiquitus ex ære fingebantur ferrugini non obnoxio. *Glauco minae quindecim* ſunt traditae. *Nitrum in aram*, ſeu in arae conſtructionem adhibitum etiam eſt. Nitri ſpecies apud Plinium habetur, l. 31. c. 10. quae in Aegyptiis nitrariis *lapideſcit, multique ſunt tumuli ea de cauſa ſaxei; faciunt ex his vaſa*. Quae verba, ſicuti quae ſubſequuntur ad ſpumam nitri pertinentia, in erudito *de Nitro* opere expendit Schelhamerus. Sub finem *Melanthii*, & *Epitychi* exhiberi videntur nomina: poſt quae numerales occurrunt notae, quibus haud exigua conficitur ſumma.

De his vero notis, quae duobus hinc inde punctis ſemper includuntur, quid afferam? in Atticas vergunt, & eapropter inſignem inſcriptionis antiquitatem teſtantur, ſed ab iis, & a quibuſcumque aliis uſquam viſis aliquanto abeunt. Vide quae de illis, ubi de Graecorum ſiglis ad huius voluminis calcem agitur, enarravi. Diverſis forſitan ab iis, quae hucuſque innotuerunt, utebantur ſignis, cum de nummariis quibuſdam rationibus agebatur. Ρ hic non πέντε ſed πεντήκοντα videtur connotare, nam bis ante quinque I ſignatur, & bis ante Ρ. Τ autem plus quam quinquaginta, & minus centum, nam poſt H, & ante Ρ non ſemel. Obolos, drachmas, vel minas ſubeſſe opinabimur? drachmas, aut vernaculam quamdam monetam crediderim. Mirum eſt μνᾶς δεκαπέντε ſcirpis omnibus ſublatis ſemel enuntiari.

Singulare itidem eſt, quod in hoc lapide occurrit. Duae in eo habentur epigraphae. Prima, de qua hactenus, literis exilioribus, inaequalibus, parumque cavatis effecta eſt, & rationes continet, expenſique æra ſingula: altera aliquanto maioribus, & magis affabre elaboratis conſtans, decretum exhibet, quo *Iudices*, & *magiſtratum gerentes comprobant* quae facta fuerant, *etiam ultra Civitatem*, & adminiſtratorem, ſeu conductorem, cui forte locata fuerant opera, *eſſe abſolutum*, videntur ſtatuere. Ε῏μεν pro Dorico ἦμεν ſcribebant Corcyrenſes. Tectum Templi renovatum, aquae curſus abductus, *ne laederet impetus murum: reconcinnare Civitatem* haud neglexerant: verba ἐπισκευάζειν, & σκευοθήκη Corcyrae υ litera multabantur. Procuratorem ergo, ſive operum effectorem a reddendis rationibus *impenſarum minime obnoxium* declarant. Δικαϛηρίων *iudicum conſeſſuum* forte heic incidebat mentio; περὶ τὰν, forte erat περὶ τᾶν, videbimus enim in ſubſequenti item Dorica τᾶν Μουσᾶν. Dictiones *Corcyraeorum*, & *ex domo*, quo referantur quis divinet? *Impetus fluentis* aquae; *ad navale convertere*, *armamentaria*, *incurrere*, *obeliſcum erectum*, verba deſtituta ſunt, quorum ſententiam cum marmoris dimidio Genius malus abſtulit. Tot literae in Latino monumento ſi extarent, ſententiarum aliquanto plus decerperemus; ſed Graece τὸν ταῖς, ὑπὲρ τὰν τῶν, περὶ τὰν τȣ͂, ἐκ τᾶς, εἰς τὸ non parum loci abſumunt, & nihil dicunt. Quod Demoſthenes, aliique νεώριον vocant, Dorice effert inſcriptio. Ad finem *ſcribatur in columna* iubent haec conſtitutio, & *murum in quo* forſitan τεθῇ *ponatur*, deſignant. *In Templum* ut inferretur cippus Dei ab A incipientis (forte τȣ͂ Α᾿σκληπιȣ͂ , quem ſerpens antea memoratus ſubindicat) *cura* iniuncta fuit. *Inſcriptio ipſa ſub* eponymo forſan Corcyrae Magiſtratu eſt conſignata, qui evanuit. Ε᾿πιτίμιον quoque, hoc eſt multa aliqua, impoſita videtur fuiſſe.

Corcyraearum rerum miram nobis notitiam praebet prolixa Inſcriptio, quam e ſchedis Apoſtoli Zenii viri clariſſimi clariſſimus item P. Montfauconius in Diarium Italicum traduxit. Sed cum eiuſmodi monumentorum loquutio aliquando ab uſitata valde recedat, multis in locis Latina docti viri verſio a genuino ſenſu abſceſſit. Diſtincte hoc, praefatione honoris adhibita, oſtendit quidam in libello anno MDCCXX Venetiis cuſo, cui titulus *Traduttori Italiani*. Renovata nuper in *Novo Theſauro* inſcriptio eſt, at Latina ea verſione ad amuſſim repetita, nullaque emendationum mentione adiecta. Hoc eſt quod hodie dici ſolet, librorum multiplicatione aliquando progredi literas, aliquando regredi.

 Epiſte-

Epictetae Spartanae testamentaria institutio, & affinium consensus, atque acceptio.

ΑΝΔΡΑΓΟΡΑΣ

ΕΠΙΕΦΟΡΩΝΤΩΝΣΥΝΦΟΙΒΟΤΕΛΕΙ
ΤΑΔΕΔΙΕΘΕΤΟΝΟΟΥΣΑΚΑΙΦΡΟΝΟΥΣΑΕΠΙΚΤΗΤΑ
ΓΡΙΝΝΟΥΜΕΤΑΚΥΡΙΟΥΥΠΕΡΕΙΔΟΥΣΤΟΥΘΡΑ
ΣΥΛΕΟΝΤΟΣΣΥΝΕΥΑΡΕΣΤΟΥΣΑΣΚΑΙΤΑΣΘΥΓΑ
ΤΡΟΣΕΠΙΤΕΛΕΙΑΣΤΑΣΦΟΙΝΙΚΟΣ ΕΙΗΜΕΝΜΟΙΥΓΙΑΙ
ΝΟΥΣΑΙΚΑΙΣΩΙΞΟΜΕΝΑΙΤΑΙΔΙΑΔΙΟΙΚΕΝΕΙΔΕΤΙΚΑ
ΓΕΝΗΤΑΙΠΕΡΙΜΕΤΩΝΑΝΘΡΩΠΙΝΩΝΑΠΟΛΕΙΠΩ
ΚΑΤΑΤΑΝΓΕΓΕΝΗΜΕΝΑΝΜΟΙΥΠΟΤΟΥΑΝΔΡΟΣ
ΦΟΙΝΙΚΟΣΕΝΤΟΛΑΝΤΟΥΚΑΙΚΑΤΑΣΚΕΥΑΞΑΜΕΝΟΥ sic
ΤΟΜΟΥΣΕΙΟΝΥΠΕΡΤΟΥΜΕΤΑΛΛΑΧΟΤΟΣΑΜΩΝ
ΥΙΟΥΚΡΑΤΗΣΙΛΟΧΟΥΚΑΙΑΓΑΓΟΝΤΟΣΤΑΞΩΙΑ
ΚΑΙΤΟΣΑΝΔΡΙΑΝΤΑΣΕΑΥΤΟΥΤΕΚΑΙΚΡΑΤΗΣΙ
ΛΟΧΟΥΚΑΙΤΑΗΡΩΙΑΚΑΙΕΝΕΥΞΑΜΕΝΟΥΩΣΤΕ
ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΞΑΙΜΕΤΟΜΟΥΣΕΙΟΝΚΑΙΘΕΜΕΝΤΑΣ sic
ΤΕΜΟΥΣΑΣΚΑΙΤΟΣΑΝΔΡΙΑΝΤΑΣΚΑΙΤΑΗΡΩΙΑ
ΜΕΤΑΔΕΔΥΟΕΤΗΤΟΥΑΠΟΛΕΛΕΙΜΜΕΝΟΥΕΤΙ
ΜΟΥΥΙΟΥΑΝΔΡΑΓΟΡΑΜΕΤΑΛΛΑΣΣΟΝΤΟΣΤΟΝ
ΒΙΟΝΚΑΙΕΝΤΕΙΛΑΜΕΝΟΥΕΠΙΤΕΛΗΜΕΠΟΙΗΣΑΙ
ΤΑΝΤΟΥΠΑΤΡΟΣΑΥΤΟΥΦΟΙΝΙΚΟΣΕΝΤΟΛΑΝΚΑΙ
ΘΕΜΕΝΚΑΙΥΠΕΡΑΥΤΟΥΩΣΚΑΙΥΠΕΡΤΟΥΠΑΤΡΟΣ
ΚΑΙΤΟΥΑΔΕΛΦΟΥΤΟΝΤΕΑΝΔΡΙΑΝΤΑΚΑΙΤΟΗ
ΡΩΙΟΝΚΑΙΣΥΝΑΓΑΓΕΝΚΟΙΝΟΝΑΝΔΡΕΙΟΥΤΩΝΣΥΓ
ΓΕΝΩΝΚΑΙΔΟΜΕΝΤΩΙΚΟΙΝΩΙΤΟΥΑΝΔΡΕΙΟΥΔΡΑ
ΧΜΑΣΤΡΙΣΧΙΛΙΑΣΠΟΘΟΔΟΝΑΦΟΥΣΥΝΑΧΘΗ
ΣΟΥΝΤΙ ΕΠΙΤΕΤΕΛΕΚΕΙΑΟΥΝΚΑΙΕΣΤΑΚΕΙΑΠΑΝ
ΤΑΚΑΤΑΤΑΣΕΚΕΙΝΩΝΕΝΤΟΛΑΣΚΑΙΤΟΚΟΙΝ
ΟΝΣΥΝΑΓΑΓΟΧΕΙΑΤΩΝΣΥΓΓΕΝΩΝΩΝΚΑΙΤΑΟΝΟ
ΜΑΤΑΥΠΟΓΕΓΡΑΠΤΑΙΩΣΤΕΣΥΝΑΓΑΓΕΣΘΑΙΤΟΚΟΙ
ΝΟΝΕΝΤΩΙΜΟΥΣΕΙΩΙΔΙΔΩΜΙΔΡΑΧΜΑΣΤΡΙΣΧΙ
ΛΙΑΣΤΩΙΠΡΟΔΕΔΗΛΩΜΕΝΩΙΚΟΙΝΩΙΤΟΥΑΝΔΡΕΙ
ΟΥΤΩΝΣΥΓΓΕΝΩΝΩΣΤΕΟΦΕΙΛΕΣΘΑΙΑΥΤΑΣΕΠΙ
ΤΟΙΣΥΠΑΡΧΟΥΣΙΜΟΥΑΥΤΟΚΤΗΤΟΙΣΧΩΡΙΟΙΣΤΟΙΣ

ΑΝΔΡΑΓΟΡΑΣ

Ἐπὶ Ἐφόρων τῶν σὺν Φοιβοτέλει τάδε διέθετο νοοῦσα καὶ φρονοῦσα Ἐπικτήτα Γρίν-νου μετὰ κυρίου Ὑπερείδους τοῦ Θρασυ-λέοντος, συνευαρεστούσας καὶ τᾶς θυγατρὸς Ἐπιτελείας τᾶς Φοίνικος·

Verumtamen artis Criticae lapidariae, quam aliquando favente Deo traditiri sumus, vestigium aliquod hic in antecessum exhibendi, necessitas quaedam suboritur. Huius inscriptionis tenor inculpatus videtur esse, & vetus aevum sapere: caelatum item marmor antiquum procul dubio scalprum testatur. At verborum sententiae minime consentit quod desuper figuratur, quamobrem pro indubitato habeamus epigramma, ut huic inderetur marmori, primitus compositum non fuisse. Sculpti homines, eorumque positio, & gestus funebre monumentum manifesto ostendunt, ut ex aliis innumeris comprobatur: ad Asclepiadis honores nihil igitur conferunt. Quin honorifica monumenta vel nullis sculpturis sociabantur, vel basibus inscripta fuerunt, supra quas laudati viri statua collocabatur. Carolo Patino, qui Venetis aureis non paucis Graeca monumenta coemebat, *antiquarius proxeneta*, quem memorat in nuncupatoria eruditi commentarii sui epistola, imposuit, & hoc ac subsequens *apud Graeculum mercatorem* ostendens, ita e Smyrna advenisse fabulatus est. Viderat forte inscriptionem hanc in Graecia quisquam, sed in alio lapide, & exscripserat, quam exinde huic, ut eiusdem pretium maxime augeret, Venetiis indidit. Vel hoc, vel quid simile subodorabitur, qui animadvertet, marmor, ubi inscribitur, deprimi, & cavatum fuisse ut nomina prius insculpta absumerentur. Candidum insuper ibi apparet, nec ut totum reliquum vetustatis colore obscuratum. Literae caeteroquin egregie effictae sunt, praeter Δ, quod A potius repraesentat, & M, in cuius medio linea ad imum descendit, eodem modo ac binae ad latera.

5

Ο' δῆμος Σμυρναίων Μαγνήτων· Ου'λπία Μαρκελλίνα Ου'λπίου θυγάτηρ, Α'ρχιέρεια Α'φροδίτης Ου'ρανίας· Ε'ρωτι Ου'ρανίῳ·

Populus Smyrnaeorum Magnetum. Ulpia Marcellina Ulpii filia, Sacerdos primaria Veneris Caelestis. Cupidini Caelesti.

Postquam demum ut inscriptiones meas coniunctim in manus hominum darem, consensi, illas serio excutere, atque expendere incoepi; qua scrutatione ut quaedam in iis detexerim ac norim, quae primo ac propero intuitu haud suboleverant, obtinui. Marmor prae manibus, e Pariis lapicidinis profectum, antiquum est, non minus ac praecedens: caelatura item antiqua: propterea inter coaeva monumenta iure suo commoratur: inscriptionem tamen superadditam, & quamvis Patini peramplo commentario ornatam, scalpri recentioris filiam puto. Hoc perspicere haud obvium est, neque enim ab idiotis, imperitisque hominibus, ut plerumque falsarii sunt, processit, sed ad quarumdam editarum exemplum effícta. Civitates duas in publicum quoddam bonum, & grave negotium aliquando convenisse, notum quidem ac tritum est: iidem isti Σμυρναῖοι, καὶ οἱ ἐν Μαγνησίᾳ κάτοικοι συνέθεντο τὴν

φιλίας *amicitiam inierunt*, ut in Syriae Regis Seleuci assentationem conspirarent: eximia docet Oxoniensis inscriptio. At binos populos (copulativa erant in lapide particula distinguendi, & *οἱ δῆμοι* scribendum non, *ὁ δῆμος*) ad privatae mulieri honorificum sistendum titulum ὁμόνοιαν, & societatem conflavisse credat cui lubet. Unus autem, aut plures essent honore afficientes populi, honore affecti accusandi casu enuntiabantur; constat ex universis huius generis epigrammatis. Ο' δῆμος Δημοῦν in hoc ipso Museo: siquidem *honorat* intelligi semper debet, In hoc vero lapide Ο' δῆμος Οὐλπία Μαρκελλίνα syntaxim non constituunt. *Ulpii filia* dicitur, quae patrem ex cognomine non ex gentilitio nuncupare de more debebat, Patinus interpretatur *Ulpiae*, at patrem ciere solemne erat, non matrem. Spatium, in quo tres versus Romanorum lapidum ad instar eleganter distribuuntur, aliquanto depressius est, Ara, bina verba, Cupido, posteriores caeli ictus tulisse, clare subindicant: idem dicas de arboris umbra, ut ita dicam, & de serpente, quae nihil ad rem, neque enim funereus est titulus. Verborum compendia quinquies puncto terminantur contra Graecarum inscriptionum morem, & ad versuum finem contra Latinorum quoque, M ter occurrens tres praefert aequales lineas eodem modo ac in Asclepiadis nuper allato titulo, ex quo sculptorem eumdem arguere est. Non ita effingitur M superius in Δημος, quia literae illae priscae, & genuinae sunt, marmor scilicet eamdem faciem olim videtur praetulisse, quam Oxoniensia pag. 82. & pag. 126. ubi Ο' δῆμος Α'πολλωνίαν Κηφισοφῶντος· Ο' δῆμος Φιλίσταν Μέμνονος,

6

. . . . . τὸν Α'ρχιερέα διὰ βίου . .
. . . . Μ. Αυρ. Α'λέξανδρος . . . .

. . . Pontificem perpetuum . .
. . . M. Aurelius Alexander . . . . . .

Hermae lapidei in honorem frequenter apud Graecos erigebantur. Ex fugientibus, & incertis huiusce literis videtur colligi posse M. Aurelii Imperatoris libertum, nepotem suum τὸν ἀνεψιὸν, condecorare hoc titulo voluisse, ut pote τῇ πάσῃ ἀρετῇ κεκοσμημένον *virtutibus omnibus exornatum*.

7

Α'ργενίδας Α'ριστογενίδα Διοσκόροις.
Α'νάκειον. Ε'υχάν.

Argenidas Aristogenidae fil. Dioscuris.
Aedes Castorum. Votum.

Tab. II. p. XLIX. num. I.

Εὔκλεα Α'γάθωνος, γυνὴ δὲ Α'ριστοδήμου.

Euclea Agathonis filia, Aristodemi coniux.

2

. . . Ο'λυμπικοῦ Σουνιέως γυνή·

Olympici Suniensis uxor.

Mulieris nomen evanuit. Α'ντιγέγραφα transilimus.

4

. . . γένος . . . ἡ μὲν ἀδελφὴ . . . .
. . . . ἔλιπεν φάος εὐμενὲς δὲ . . . .
περεώσαι·

Carmina edax rapuit potis aera abolere vetustas; quatuor scilicet aut quinque versibus mulierem, quae benignam *lucem reliquit*, fatalemque amnem *traiecit*, *soror* defleverat.

5

Ε'τοίμη Κυδήνορος ἐκ Βερνεικιδῶν·

Hetoeme Cydenoris filia ex Berenicidis.

Stephanus ἀπὸ Βερενίκης τῆς Μάγα θυγατρὸς, γυναικὸς δὲ Πτολεμαίου ὠνομάσθησαν Βερενικίδαι οἱ δημόται.

6

. . . ἀδελφοῦ Σαλαμίνιος·

Vix patriae nomen superest Salamina.

7

Ε'πὶ Θέωνος Α'ρχοντος, Κοσμητοῦ Διονυσίου, Μάρκος Α'ναφλύστιος γυμνασιαρχήσας·

Sub Archonte Theone, Moderatore Dionysio, Marcus Anaphlystius Gymnasiarchae munere functus.

Vas & palma ludorum symbola.

8

Λούκιος Μούρδιος Η'ρακλῆς ἐτῶν Κ̄
Η'ρως·

Lucius Murdius Hercules annorum XX. Heros.

Tab.

Tab. III. p. LI. num. I.

Ἀσκληπιάδη Ἀπολλωνίου Ἀμφιπολῖτα χρηστὲ χαῖρε·

Asclepiades Apollonii fili Amphipolita bone vale.

In sepulcralibus χρηστὸς occurrit saepissime. Theophrastus in Περιεργία eiusmodi characteris hominem in funereis titulis numquam omittere illud elogium monet, ὅτι οὗτοι πάντες χρηστοὶ ἦσαν·
Quaest. Gr. Plutarchus. Τίνες οἱ παρὰ Ἀρκάσι καὶ Λακεδαιμονίοις χρηστοί; *Quinam sunt apud Arcades & Lacedaemonios chresti?* idest boni. Respondet, verba foederis in cippo olim inscripti, μὴ ἐξεῖναι χρηστοὺς ποιεῖν, *non licere bonos facere*, Aristotelem interpretatum esse, *neminem debere interfici*. Ha-
756. 9. betur χρηστὸς in Gruteriana epigraphe, quam cum Novus Thesaurus rursus afferat, vocem detor-
1427.5. sit in χριστος. Plura alia peccavit typographus, & iniuria ibidem subnotatur, *quaedam esse in Grutero vitiata*, qui titulum inculpate protulit. Vitium utique in schedis fuit, ob quas inscriptio etiam adnectitur alia, & priori agglutinatur. Gruterianam nondum translatam versibus constare cum animadverterem, iisdem metris utcumque transferre subiit.

Τύμβον μὴ παρίδης παροδεῖτα τῆς Ἀφροδίτης
Τοῦτον ἐμοὶ Αἰνείατε τέκνῳ ἐποίησεν ὁ χρηστός,
Σύμβιος Ἑρμαγόρας μνημοσύνης ἕνεκεν·
Χαίρετε·
Ζησάσῃ ἔτη ΛΕ
Ζήσαντι ἔτη Δ ἡμέρας ΙΒ

Ad Veneris tumulum paulum subsiste viator:
Hunc bonus Aeneae fecit nato, & mihi coniux,
Ut monumentum esset perpetuum, Hermagoras.
Valete.
Mihi, quae annos vixi XXXV.
Illi, qui annos vixit IIII. dies XII.

2

Μάρκος Οὐαρήϊος Γαΐου Οὐαρηΐου Γάϊος Οὐαρήϊος Γαΐου Οὐαρηΐου·

Marcus Vareius C. Varej F. C. Vareius C. Varej F.

Vareiam gentem de novo hic prodire opinor.

4

Ζωσίμη Ἀπολλοδώρου, γυνὴ δὲ Ἀττάλου, χρηστὴ χαῖρε·

Zosima Apollodori filia, uxor vero Attali, optima vale.

5

Σοιξίλδας Σωιγένεος.

Soexildas Soigenis f.

7

Ἀμμία Ἀσκληπιάδου χρηστὴ χαῖρε.

Ammia Asclepiadis optima vale.

8

Ὑπόμνημα Ζωσίμου, ὃ κατεσκεύασεν αὐτῷ Νίκη·

Monumentum Zosimi, quod ipsi Nice construxit.

9

Γῆ Ἑρμῆς

Terra Mercurius.

Haud infrequenter Graeci in sculpturis, picturisque suis nomina imaginibus supponebant. Vide praeclaram Iliadis tabellam a Fabretto in publicam lucem emissam.

11

Ἀπολλώνιος Ἀριστοφάνου . . . . . χρηστὲ χαῖρε·

Apollonius Aristophanis fil. . . . . . optime vale.

12

Ἀρχάγαθε Διοδώρου χρηστὲ καὶ ἄλυπε χαῖρε·

Bone & felix Archagathe Diodori fili, vale.

13

Ἐλευθερίας χαριστήρια τῇ Νεμέσει Ῥαμνουντόθεν Νεαίρα Ἀθηναία χαριτοβλέφαρος ἀνέθηκεν.

Gratiarum actionem pro libertate Nemesi Rhamnusiae Neaera Atheniensis Charitoblephara obtulit.

Inscriptionem hanc Reinesius a Pignorio ac- Rein.
ceptam iteravit, sed ipsi *nigrum praeligere theta*, p. 364.
minime cunctatus est. Eius quidem contextus Persius.
nonnihil haesitationis prima specie inducit, sed qui lapidem conspicit, & his cupediis assuevit, ab omni statim haesitatione extricatur. *Confictam* coniicit Reinesius *ad historiam, quam a Diyllo refert Athenaeus*; quae tamen historia, pace tanti viri, ad rem nostram nihil facit: imo quod aliam feminam memoret Athenaeus, cui Charitoblepharos nomen esset, ἐκαλεῖτο δὲ χαριτοβλέφα- Ath.
ρος, inscriptionis comprobat fidem. Sedentis mu- lib. 13.

 lieris

licris icon, quae nunc primum in lucem prodit, literarum item aspectus scrupulos evellunt omnes. Neaera Nemesi, cui pro libertate adipiscenda preces fuderat, ea impetrata gratias agit. Χαριτοβλέφαρος heic superadditum cognomen est, sicut in Sponiana
Misc.p. 349. exempli gratia habemus Flaviam Ἄμμιον τὴν καλουμένην Ἀρίστιον· Vertit Spanhemius *Ammion cognominatam Ariston*:
Num. tom. 1. p. 574. libentius dicerem *Ammium* (arenulam) *cognominatam Aristium*, ut Eustochium, & similia. Secundam hanc denominationem laudi datam non deerit qui arbitretur, sed nomen erat quo Flavia communiter appellabatur. Charitoblepharae valde affinis est vox χαριτοπρόσωπος, quam ni fallor in illis versibus video a Cl. Mont-
p. 587. fauconio in *Bibliotecha Coisliniana* recitatis: νυ ἐχάριτο πρόσωπε: cum enim haec nihil significent, nullus dubito quin legendum sit νύμ χαριτοπρόσωπε, *sponsa gratiosa facie*.

Oxon. p. 287. Rein. p. 267. Χαριστήριον Seldenus, & Reinesius *donarium* reddunt, quo verbo non explicatur in gratiarum actionem dari. Perperam etiam putant cum donario quodam oblatum hunc lapidem fuisse. Haec ipsa Inscriptio χαριστήριον fuit, hoc est beneficii accepti gratiarum actio, & grati animi testimonium publice exhibitum. Vidi annis non minus abhinc quam triginta Bononiæ in Marsiliano Museo exiguum marmor ita loquens. Μέλανθος ἐπιτελεῖ ἰατρευθεὶς Ἀσκληπιῷ χαριστεῖα· *Melanthus sanitate recepta gratiarum actionem Aesculapio persolvit*. Onesimus apud Sponium *altissimo Deo e*
p. 345. *magno periculo ereptus* ἀνέθηκα, inquit, εὐχαριστήριον. Nec Graecis omnibus verbis, nec versioni fidendum ibi est, sed dicasse Onesimum, hoc est in Templo aliquo marmori vel æri incisam gratiarum actionem suam, eodem modo ac Neaera nostra, posuisse, extra dubitationem est. Quod Nemesis in Rhamnunte Atticae pago culta, laudatoque simulacro celebrata, pro Rhamnusia dicatur Ραμνουντόθεν, inflexione fit Atticis Δήμοις propria. De Sophocle in argumento Oedipi Colonei: ἦν γὰρ Κολωνόθεν· Strepsiades apud Aristo-
in Antiph. in Lyc. Orat. in Alcib. phanem in Nebulis erat Κικυννόθεν· Plutarchus Demonici, Aristodemi, Theanonis natale solum sic indicat, Αλωπεκῆθεν, Βατῆθεν, Αγραυλῆθεν· Quod Atheniensis Neaera Αθηναία dicatur, *contra quam Athenis olim fieri consueverit*, ait Falconerius, ubi hanc inscriptionem affert, vide quid vir doctissimus ibidem doceat. Eodem tamen modo Athenienses aliae mulieres in hoc Museo nuncupantur.

Tab. IV. p. LIII. num. I.

Ἡράκλεια Μνάσιδος χρηστὴ χαῖρε·

Heraclea Mnasidis filia bona vale.

2

Ῥόδων Ἀρίστωνος Αἰξωνεύς·

Rhodon Aristonis fil. Aexonensis.

3

Ὑπόμνημα Μαρκέλλου· Κατεσκεύασεν αὐτῷ ἡ μήτηρ Μάρκελλα Δημητρίου ζήσαντι ἔτη ΚΘ. χαῖρε·

Monumentum Marcelli, quod ipsi Marcella mater Demetrii filia construxit: vixit annos XXIX. vale.

4

Ὁ δῆμος Δημοῦν Διονυσίου Εὐξένου δὲ γυναῖκα·

Populus Demum Dionysii filiam Euxeni coniugem honorat.

Mulieribus quoque honorifica monumenta antiquitus non denegabantur, cum in publicum bonum eximium quid praestiterant. Nomen Δημῶ valde infrequens; Ἀρτεμῶ femina alia apud Sponium. Δῆμος hodie apud Graecos virile nomen, quod ab Εὔδημος; vulgaris scilicet dialectus libenter dictionum initium aufert.

6

Ἀντίοχε Ἀλεξάνδρου Λαοδικεῦ χρηστὲ χαῖρε·

Antioche Alexandri fili Laodicensis bone vale.

7

Ἀφροδισία Ἐπαγάθου χρηστὴ χαῖρε·

Aprodisia Epagathi f. optima vale.

Reliquae huius tabulae inscriptiones inter subsequentes exhibentur.
De ἀφώνοις lapidibus heic ratio non habetur.

1

ΑΥΡΤΡΥΦΑΙΝΑΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΕΠΕΣΚΕΥΑΣΕ
ΤΟΠΡΟΓΟΝΙΚΟΝΗΡΩΟΝΑΥΤΗΚΑΙΚΛΗΡΟΝΟΜΟΙΣ
ΑΥΤΗΣΚΑΙΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΙΣΚΑΙΑΝΤΩΝΙΩΜΕΛΙΤΙΝΩΜΕ
ΤΑΤΗΣΓΥΝΑΙΚΟΣΟΜΟΙΑΣϗΤΕΚΝΩΝΑΥΤΩΝϗΠΑΜ
ΦΙΛΟΥΜΟΝΟΥΩΝΗΣΑΜΕΝΗΤΟΚΑΙΝΟΝΑΝΓΕΙΟΝΠΡΟ
ΚΟΝΝΗΣΙΟΝΤΟΚΑΤΑΤΟΥΣΩΛΑΡΙΟΥΜΗΔΕΝΟΣΕΧΟΝ
ΤΟΣΕΞΟΥΣΙΑΝΕΤΕΡΟΥΕΙΣΤΟΚΑΙΝΟΝΑΝΓΕΙΟΝ
ΤΕΘΗΝΑΙΗΜΟΝΗΣΤΗΣΤΡΥΦΑΙΝΗΣΟΜΟΙΩΣΜΗΔΕΕΙΣΤΟ
ΕΤΕΡΟΝΑΝΓΕΙΟΝΤΟΠΡΟΓΟΝΙΚΟΝΜΗΔΕΑΠΑΛΛΟΤΡΙΩΣΑΙ
ΤΟΗΡΩΟΝΩΣΕΑΝΤΙΣΠΑΡΑΤΑΥΤΑΤΟΛΜΗΣΗΠΟΙΗΣΑΙ
ΑΠΟΤΕΙΣΕΙΜΗΤΡΙΘΕΩΝΣΙΠΥΛΗΝΗΔΗΝΑΡΙΑΔΙΣ
ΧΕΙΛΙΑΠΕΝΤΑΚΟΣΙΑΤΑΥΤΗΣΤΗΣΕΠΙΓΡΑΦΗΣ
ΑΠΟΚΕΙΤΑΙΤΟΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝΕΙΣΤΟΑΡΧΕΙΟΝΑΠΟΤΕΘΕΝ
ΕΠΙΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥΑΙΛΙΒΙΩΝΟΣΜΗΝΟΣΤΡΙΤΟΥ

Αὐρηλία Τρύφαινα Ἀλεξάνδρου ἐπεσκεύασε τὸ προγονικὸν ἥρωον αὐτῇ, καὶ κληρονόμοις αὐτῆς, καὶ ἀπελευθέροις καὶ Ἀντωνίῳ Μελιτίνῳ μετὰ τῆς γυναικὸς Ὁμοίας, καὶ τέκνων αὐτῶν, καὶ Παμφίλου μόνου· ὠνησαμένη τὸ καινὸν ἀγγεῖον Προκοννήσιον τὸ κατὰ τοῦ σωλαρίου· μηδενὸς ἔχοντος ἐξουσίαν ἑτέρου εἰς τὸ καινὸν ἀγγεῖον τεθῆναι ἢ μόνης τῆς Τρυφαίνης, ὁμοίως μηδὲ εἰς τὸ ἕτερον ἀγγεῖον τὸ προγονικόν, μηδὲ ἀπαλλοτριῶσαι τὸ ἥρωον· ὡς ἐάν τις παρὰ ταῦτα τολμήσῃ ποιῆσαι, ἀποτείσει Μητρὶ Θεῶν Σιπυλήνῃ δηνάρια δὶς χείλια πεντακόσια. Ταύτης τῆς ἐπιγραφῆς ἀπόκειται τὸ ἀντίγραφον εἰς τὸ ἀρχεῖον, ἀποτεθὲν ἐπὶ στεφανηφόρου Αἰλίου Βίωνος μηνὸς τρίτου.

Aurelia Tryphaena Alexandri filia monumentum avitum inſtauravit ſibi, & haeredibus ſuis, & libertis, & Antonio Melitino cum uxore ſua Homoia, ipſorumque filiis, & Pamphyli ſolius. Arca nova e Proconneſio marmore iuxta ſolarium empta. In arca nova nemo tumulari poſſit niſi ſola Tryphaena, neque in alia ex avitis; nec quiſquam poteſtatem habeat monumentum alienandi. At ſi quis contra haec audebit facere, matri Deorum Sipylenae pendet denarios bis mille, & quingentos. Inſcriptionis huius exemplum ſervatur in tabulario, repoſitum ſub Aelio Bione Stephanephoro, menſe tertio.

2

Θ К
ΑΓΑΘΕΙΝΟC
ΑΒΡΟΚΟΜΑΤω
ΑCΥΝΚΡΙΤω
ΦΙΛω

Θεοῖς καταχθονίοις.
Ἀγαθεινὸς Ἀβροκομάτῳ
ἀσυνκρίτῳ φίλῳ·

Djs Inferis.
Agathinus Abrocomato
amico incomparabili.

3

Θ К
ΑΥΡΗΛΙΟCΔΙΟ
ΔΟΤΟCΑCΚΛΗ
ΠΙΑΔΗΘΡΕΠΤ
ωΜΝΙΑCΧΑΡΙΝ

Θεοῖς καταχθονίοις.
Αὐρήλιος Διόδοτος Ἀσκλε-
πιάδῃ θρεπτῷ μνείας χάριν·

Djs Inferis.
Aſclepius Diodotus Aſclepiadi alumno memoriae gratia.

 XAPI-

1

ΧΑΡΙΝΟΣ
ΙΗΤΡΟΣ
ΚΟΡΙΝΘΙΟΣ

Charinus Medicus Corinthius.

Graeco huic Medico, qui Veronae post artem suam exercitam decessit, sepulcralis titulus non Graeco sed Latino more fuit positus: nempe verbis non in marmorea tabula, sed in stylobate, & non continuata linea, sed concinne dispositis. Plinius: *Solam hanc artem Graecorum nondum exercet Romana gravitas: in tanto fructu paucissimi Quiritium attigere.* (lib. 9. c. 1.) Sed Cl. Richardi Mead in Londinensium Medicorum Collegio florentis eruditum opusculum vide, multis numismatis exornatum, inscriptumque *Oratio Anniversaria Harveiana*.

2

ΗΡΑΙΕΣΤΡΑΤΩΝΟΣ
ΣΙΔΩΝΙΕΧΡΗΣΤΕ
ΧΑΙΡΕ

Heraee Stratonis Sidonie
optime vale.

3

Α ΠΕΤΡΩΝΙΟΣ
ΣΥΜΦΟΡΟΣ
ΕΤΩΝ ΙΘ
ΧΑΙΡΕ

Aulus Petronius Symphorus
annorum XIX. vale.

4

ΛΚΟΡΝΟΦΙ
ΚΙΟΣΑΚΤΙ
ΟΣΕΤΩΝ
ΛΓ
ΧΑΙΡΕ

Lucius Cornificius Actius
annorum XXXII. vale.

5

in aversa parte

ΖΩΣΙΜΗ
ΑΡΧΕΛΑΟΥ
ΕΤΩΝΜ
ΧΑΙΡΕ

Zosima Archelai f.
annorum XL. vale.

6

ΓΡΑΜΜΑ
ΤΕΥϹ
ΕΤWΝΙΘ
ΧΑΙΡΕ

Grammateus annorum
XIX. vale.

7

ΕΥΦΡΟϹΥΝΑ
ΕΤΩΝΜ
ΧΑΙΡΕ

Euphrosina annorum
XL. vale.

8

sic ΚΟΥΛΧΙΟϹ
ΝΙΚΗΤΗϹ
ΧΑΙΡΕ
ΚουλΤΕΛΕϹΦΟΡΟϹ
ΕΤΩΝΚΒ
ΧΑΙΡΕ

Caius Ulpius Nicetas vale.
Caius Ulpius Telesphorus
annorum XXII. vale.

9

ΤΙΜΑΣΠΩΝ
ΧΑΙΡΕ

Timaspon vale.

ΦΙΛΙ-

1

Φ Ι Λ Ι Σ Τ Α
Δ Ι Ο Σ Κ Ο Ρ Ι Δ Ο Υ
Χ Ρ Η Σ Τ Η
Χ Α Ι Ρ Ε

Philifta Diofcoridis fil.
optima vale.

2

Β Λ Α Ϲ Τ Η
Ε Τ Ѡ Ν
sic μ
Ϲ Υ Ρ Ι Ѡ Ν
Ε Τ Ѡ Ν
Ι Ε

Blafta ann. XL.
Syrion ann. XV.

3

Μ Ε Μ Μ Ι
Ο Ϲ Τ Α Υ Ρ Ο Ϲ
Ε Τ Ω Ν ϙ
Χ Α Ι Ρ Ε

Memmius Taurus
ann. XC. vale.

Subfequentes tres habes in anaglyphis quartae tabulae pag. LIII. Unciales prioris literas ibidem habes.

4

Πόλλα Περιγένȣ χαῖρε Λικιννία χαῖρε
Λικιννία Ἑλένη χαῖρε
Λαΐνεος ςήλη με πέριξ ἔχει· ἐκ δέ με πασῶν
Νύμφην κἀκ θαλάμων ἥρπασ' ἄφνως Ἀΐδας
Πόλλαν, λυγρὰ γονεῦσι λιπῶν μνημήϊα τέκνȣ·

Polla Perigenis fil. vale. Licinia vale. Licinia Helena vale.
Marmoreus cippus me circumit; eque cubili
Sponfam, atque ex thalamo rapuit mē Pluto repente
Pollan; moefta patri & matri monumenta reliqui.

5

ΣΗΜΑΜΕΝΕΝΣΤΗΛΗΓΛΥΠΤΗΘΕΣΑΝΗΝΙΚΕΠΩΜΕΝ
ΑΕΛΙΟΥΓΛΥΚΕΡΗΝΑΕΙΠΟΝΕΠΕΣΧΑΤΙΗΝ
ΡΗΝΕΙΗΣΔΕΜΕΔΕΚΤΟΜΥΧΟΣΚΑΙΑΛΑΜΠΕΤΟΝΟΥΔΑΣ
ΑΙΔΕΩΜΑΡ . . . . ΥΠΟΣΚΟΤΙΗΝ
sic ΠΑΤΡΟΣΜΕΝΔΗΜΟΣΘΕΝΕΟΣΕΤΕΩΝΔΥΟΚΕΙΚΟΣΙΜΟΥΣΑΝ
ΙΣΤΕΔΕΜΕΤΡΙΤΑΙΗΝΗΜΑΤΟΣΟΛΛΥΜΕΝΗΝ
ΩΜΗΤΡΟΣΤΥΓΕΡΗΣΚΑΙΑΔΕΛΦΕΟΥΕΙΝΕΚΕΜΕΙΟ
ΝΟΥΣΟΣΑΚΩΛΥΤΩΙΜΟΡΣΙΜΟΝΕΙΛΕΤΥΧΗ

Σῆμα μὲν ἐν ςήλῃ γλυπτῇ θέσαν, ἡνὶ κ' ἔπω μὲν
Ἀελίȣ Γλυκερήνα, εἶπον Ἐπεσχατίην·
Ῥηνείης δέ με δέκτο μυχὸς, καὶ ἀλάμπετον ȣ̓̃δας
Ἀΐδεω . . . . ὑποσκοτίην·
sic Πατρὸς μὲν Δημοσθένεος ἐτέων δύο κ' εἴκοσί μ' ȣ̓̃σαν
Ἶςε δέ με τριταίην νήματος ὀλλυμένην·
Ὦ μητρὸς ςυγερῆς καὶ ἀδελφεȣ̃ εἵνεκ' ἐμεῖο,
Νȣ̃σος ἀκωλύτῳ μόρσιμον εἷλε τύχῃ·

In cippo nomen fculpferunt: en Glycerena
Aelj dicta fui, dicta & Epefchatia.

Me Rhenea ſuo, vix cognita terra, receſſu
Excepit, Ditis dum feror ad tenebras.
Viginti atque duos cum agerem annos, tertia patrem
Orbavit, Parca fila ſecante, dies.
O qui me amiſſo mater, fraterque doletis,
Morbus me, & fatum, & ſors domina abripuit.

ΝΑ

ΕΥΤΥΧΟϹ
ΑϹΚΛΑΠΩΝΟϹΑΙΞΩΝΕΥϹ
ΠΟΤΑΜΙΛΛΑΛΟΥΚΙΟΥΑΖΗΝ...

ΔΝΕΙΩΠΕΠΟΛΛΩΝ....

Priores duo & tres poſtremi verſus evanuerunt; ſuperſunt hi;

ΑΛΛΑΕΙΜΑΤΗΝΟΥΠΑΝΤΑΒΟΥΛΕΥΗϹΑΦΩϹ
ΕΤΑΤΕΙϹΑΚΟΥΕΚΑΙΛΟΓΟΙϹΠΕΙΡΑΝΜΑϹΩΝ
ΖΗΘΟΙΤΟΝΕΠΙΛΟΙΠΟΝΕΝΒΙΩΧΡΟΝΟΝΚΑΛΩϹ
ΕΙΔΩϹΟΤΙΚΑΤΩΠΛΟΥΤΕΩϹΤΑΣΩΜΑΤΑ
ΠΛΟΥΤΟΥΓΕΜΟΥϹΙΜΗΔΕΝΟϹΧΡΗΖΟΝΤΑΟΛΩϹ
. . . .

Μάρκος Αὐρήλιος Εὔτυχος Ἀσκλάπωνος Αἰξωνεὺς.
Ποτάμιλλα Λȣκίȣ Ἀζηνίεια.

. . . .
Ἀλλὰ εἰ μάτην σὺ πάντα βȣλέυῃ, σαφῶς
Ἐτά τ' εἰσάκουε, καὶ λόγοις πεῖραν μάσων·
Ζῆθι τὸν ἐπίλοιπον ἐν βίῳ χρόνον καλῶς
Εἰδὼς ὅτι κάτω Πλȣτέως τὰ σώματα
Πλȣ́τȣ γέμȣσι, μηδενὸς χρῄζοντα ὅλως·
. . . .

M. Aurelius Eutychus Aſclaponis filius Aexonenſis.
Potamilla Lucii filia Azenienſis.

. . . .
At mente ni praepoſtera uti gaudeas,
Quae vera ſunt audi, & fidem verbis habe.
Vitam optimam vivas hilaris in poſterum
Sciens in inferis nihili eſſe indigum
Quemcumque Diis ſervum, at eſſe divitem.
. . . . . .

AAM-

1

ΛΑΜΠΑΔΑ
ΝΕΙΚΗϹΑϹ
ϹΥΝΕΦΗ
ΒΟΙϹΤΗΝΔΑ
sic ΝϹΟΗΚΑΕΥ
ΤΥΧΙΔΗϹ
ΠΑΙϹΩΝΕΥ
ΤΥΧΙΔΟΥ
ΑΘΜΟΝΕΥϹ

Λαμπάδα νικήσας σὺν ἐφήβοις τήνδ' ἀνέθηκα
Εὐτυχίδης παῖς ὢν Εὐτυχίδου Ἀθμονεύς·

Lampada cum ſociis victor dicat Eutychides hanc,
Pago Athmonenſis, filius Eutychidis.

Gr. cccxvii. 3. Marm.Ox. p. 85. Videſis quot erroribus deformem, & verſione quam aliena, & abſona haec inſcriptio apud Gruterum, & in Oxonienſibus afferatur.

2

ΠΛΕΙΣΤΗΝΔΗ
ΘΝΗΤΩΝΑΡΕΤΗΝ
ΠΑΤΡΙΜΗΤΡΙΤΕΔΕΙ
ΞΑΣΚΕΙΘΗΡΑΚΛΕΙ
ΔΗΣΟΦΙΛΩΝΟΣ
ΔΗΛΙΟΣΩΔΕ

Πλείστην δὴ θνητῶν ἀρετὴν πατρὶ, μητρί τε δείξας,
Κεῖθ' Ἡρακλείδης ὁ Φίλωνος Δήλιος ὧδε.

Qui multa moriens patribus virtute probavit
Seſe Heraclides Philonis Delius heic eſt.

Pater, & mater dicuntur patres in Gruteriana 692. 1. Diverſimode quidem redditur in novo Theſauro: *Quanta ſit defunctorum virtus* &c. 1684. 11.

3

ΣΗΜΑΤΟΔΕΕΥΔΑΙΜΩΝΔΙΟΝΥΣΙΩΟΝΡΕΤΑΡΟΝΩΣ
ΦΙΛΑΤΟΚΑΙΜΟΥΣΑΙΣΕΞΟΧΑΦΙΛΑΜΕΝΩΙ
ΕΙΚΑΙΜΟΙΘΥΜΟΣΔΙΟΝΥΣΙΕΠΕΙΡΕΤΑΙΑΙΝΩΣ
ΑΜΦΙΣΟΙΑΛΛΕΜΠΗΣΟΙΑΠΑΡΕΣΤΙΔΕΧΟΥ
ΥΣΤΑΤΑΔΗΦΙΛΕΔΩΡΑΤΑΔΑΛΛΑΤΟΙΟΣΣΑΕΟΙΚΕ
ΚΑΙΠΑΡΟΣΕΥΔΑΙΜΩΝΔΩΚΕΚΑΙΟΙΧΟΜΕΝΩΙ
ΖΩΟΝΜΕΝΜΕΘΕΗΚΕΝΕΛΕΥΘΕΡΟΝΟΥΔΕΠΑΡΟΙΘΕΝ
ΟΥΣΥΓΕΕΠΕΙΡΗΘΗΣΠΩΠΟΤΕΔΟΥΛΟΣΥΝΗΣ
ΗΓΑΡΕΗΣΑΥΤΩΙΚΕΧΑΡΙΣΜΕΝΟΣΕΞΕΤΙΠΑΙΔΩΝ
ΗΠΙΟΣΕΣΘΛΟΣΙΔΕΙΝΕΥΝΟΟΣΑΓΧΙΝΟΟΣ
ΚΑΡΠΑΛΙΜΩΣΓΡΑΨΑΙΣΗΜΗ... ΔΙΠΛΟΑΦΩΝΗΣ
ΕΛΛΑΔΟΣΕΥΕΙΔΩΣ... ΕΚΑΙΑΥΣΟΝΙΩΝ
....

Σῆμα τόδε Εὐδαίμων Διονυσίῳ, ὅν ῥ' ἕταρον ὣς
Φίλατο, καὶ μούσαις ἔξοχα φιλαμένῳ.
Εἰ καί μοι θυμὸς Διονύσιε πείρεται αἰνῶς
Ἀμφί σοι, ἀλλ' ἔμπης οἷα πάρεστι δέχου

Ὕστατα

Ὕστατα δὴ φίλε δῶρα· τὰ δ' ἄλλά τοι ὅσσα ἔοικε
  Καὶ πάρος Εὐδαίμων δῶκε καὶ οἰχομένῳ.
Ζωὸν μὲν μεθέηκεν ἐλεύθερον· ἐδὲ πάροιθεν
  Οὐ σύγε ἐπειρήθης πώποτε δουλοσύνης·
Ἦ γὰρ ἔης αὐτῷ κεχαρισμένος ἐξ ἔτι παίδων,
  Ἤπιος, ἐσθλὸς ἰδεῖν, εὔνοος, ἀγχίνοος·
Καρπαλίμως γράψαι σημήια διπλόα φωνῆς
  Ἑλλάδος εὐειδὼς ἠδὲ καὶ Αὐσονίων.
. . . .

Eudaemon ſocii Dionyſio ad inſtar amato,
  Caro etiam Muſis, haec monumenta dedi.
Et quamvis ob te Dionyſi maximus angor
  Me excruciet, tamen haec accipe, qualia ſint
Munera, amice, extrema. Tibi quaecumque decebat
  Praeſtiti & ante, & idem praeſto abeunti etiam.
Vivum donavi te libertate; ſed illa
  Et prius utebaris, neque ſervus eras.
Namque inter ſervos etiam acceptiſſimus, aptus,
  Et ſolers fueras, & ſapiens, & amans.
Docte notis brevibus ſermonem ſcribere utrumque,
  Argolicum egregie, nec minus Auſonium:
. . . .

ΦΛΩΡΟCΚΑΙΚΙΛΙΟΥCΤΑΚΤΗCΘΑΜΑΔΕΥΡΥΠΟΚΕΙΤΑΙ
  ΕΞΑΛΛΟΥΤΥΜΒΟΥΔΕΥΤΕΡΑΚΛΑΙΟΜΕΝΟC
ΕΞΕΤΕΩΝΩΡΗCΟΛΙΓΟΝΔΕΜΑCΑΛΛΑΤΕΛΗΟΝ
  ΘΡΕΠΤΗΡCΙΝΛΕΙΠΩΝΗΛΙΚΙΗCΕΛΕΟΝ
. . . . . . ΔΟΥΚΑΚΛΑΥΤΟΝΕΧΩΝΤΑΦΟΝΟΥΔΕΓΑΡΕΝΘΑ
  ΦΕΙCΑΝΤΟΠΡΟΤΕΡΩΝΜΝΗCΑΜΕΝΟΙΔΑΚΡΥΩΝ
ΔΕΙΛΑΙΟΙΤΡΟΦΕΩΝΚΕΙΝΑΙΧΕΡΕCΑΙCΥΝΕΛΕΞΑΝ
  ΤΗΝΟΛΙΓΗΝCΠΟΔΙΗΝΟΥΚΟΛΙΓΗCΟΔΥΝΗC

Φλῶρος Καικιλίου Στάκτης θ' ἅμα δεῦρ' ὑπόκειται
  Ἐξ ἄλλου τύμβου δεύτερα κλαιόμενος·
Ἐξ ἐτέων ὥρης, ὀλίγον δέμας, ἀλλὰ τέλειον
  Θρεπτῆρσιν λείπων ἡλικίης ἔλεον.
Δεύτερα δ' οὐκ ἄκλαυτον ἔχων τάφον, οὐδὲ γὰρ ἔνθα
  Φείσαντο προτέρων μνησάμενοι δακρύων.
Δείλαιοι τροφέων κειναὶ χέρες, αἳ συνέλεξαν
  Τὴν ὀλίγην σποδίην οὐκ ὀλίγης ὀδύνης.

Florus

Florus Caecilii, & Stactes iacet heic, tumulo actus
Ex alio, atque novas promeritus lacrimas.
Natus sex annos, exilia membra, sed apta;
Aetatis florem flevit uterque parens.
Nec caruit lacrimis iterati cura sepulcri,
Luctus nam memores anterioris erant.
Vix legere altores potuerunt urna ab inani
Exiguum cinerem, at non dolor exiguus.

In eodem lapide

CN. CALPVRNIVS
HELENVS
V. A. XXIIII

ΒΑΣΙΛΕΙΔΗΣ ΕΤΩΝ ΚΓ
ΗΡΩΣ ΧΑΙΡΕ
ΠΥΝΘΑΝΕΑΙΤΙΣΕΦΥΝΞΕΝΕΤΙΣΔΕΓΕΝΗΘΗΝ
. . ΠΑΡΟΔΕΙΤΑΜΑΘΕΣΤΑΣΟΛΙΓΟΝΠΡΟΤΑΦΩΝ
ΓΕΝΝΑΜΕΝΓΛΑΥΚΟΣΜΕΠΑΤΗΡΤΙΚΤΕΙΔΕΜΕΜΗΤΗΡ
ΧΡΥΣΟΓΟΝΗΚΑΙΜΕΥΔΥΣΜΟΡΟΣΟΥΚΟΝΑΤΟ
ΤΗΛΟΘΙΓΑΡΠΑΤΡΗΣΒΕΙΘΥΝΙΔΟΣΩΛΕΣΑΘΥΜΟΝ
ΝΑΥΤΙΛΙΗΛΥΓΡΗΝΗΙΤΕΜΗΠΙΣΥΝΟΣ
ΚΕΙΜΑΙΔΕΝΣΧΕΡΙΗΠΑΡΑΘΕΙΝ ΑΛΟΣ ΗΝΕΜΟΕΣΣΑΝ
ΥΣΤΑΤΑΛΥΓΡΟΝΕΜΟΙΔΕΡΚΟΜΕΝΟΣΠΕΛΑΓΟΣ

Βασιλείδης ἐτῶν ΚΓ Ἥρως χαῖρε
Πυνθάνεαι τίς ἔφυν ξένε, τίς δ᾽ ἐγενήθην;
Ὦ παροδεῖτα μάθε σὰς ὀλίγον πρὸ τάφων·
Γέννα μὲν Γλαῦκός με πατὴρ, τίκτει δέ με μήτηρ
Χρυσογόνη, καί μευ δύσμορος οὐκ ὄνατο.
Τηλόθι γὰρ πάτρης Βειθυνίδος ὤλεσα θυμὸν,
Ναυτιλίῃ λυγρῇ νηΐ τ᾽ ἐμῇ πίσυνος.
Κεῖμαι δ᾽ ἐν Σχερίῃ παρὰ Θεῖν᾽ ἁλὸς ἠνεμόεσσαν
Ὕστατα λυγρὸν ἐμοὶ δερκόμενος πέλαγος.

Basilides annorum XXII. Heros vale.
Quis fuerim quaeris, quibus & natalibus, hospes?
Ut discas, paulo siste gradum ad tumulum.

 Chry-

Chrysogone peperit, genuit me Glaucus, at illis
Nullum equidem potui reddere promeritum.
Nam procul a patria perii Bithynidos ora,
Navicula temere fretus, & arte mea.
Nunc Scheriae iaceo ventoso in littore, tandem
Exitiale mihi respiciens pelagus.

Cyr. p. xx. 1079. 2. Viderat Cyriacus Corcyrae in basi statuae ornatissimae. Latine vertit parum prospere P. Montfauconius in Diario Italico. Latina, & Graeca in Novo Thesauro valde corrupta. Triginta & ultra ab hinc annis lapidem acquisivi, statimque ita reddere expertus fui.

Subsequens habetur in postrema anaglypticarum tabula.

I

. . . . μὲ Οὐαλεντίλλα θέτο λουτρῷ
. . . . ὡς ἀγλαΐη τε φάους.

. . . . me Valentilla in lavacro posuit.
. . . . tamquam in splendore lucis.

Distichon erat a Christiano calamo profectum. Quod rarissime in Christianis monumentis occurrit, sculpturae species egregia est. In mulierum baptismate Diaconissae operam praestabant suam.

2

✠ Α Γ . Μ Α Ρ Ι Α Θ Ε Ο Τ Ο Κ Ε Φ Υ Λ Α Ξ Ο Ν
Τ Η Ν Β Α Σ Ι Λ Ε Ι Α Ν Τ Ο Υ
Φ Ι Λ Ο Χ Ρ Ι Σ Τ Ο Υ Ι Ο Υ Σ Τ Ι Ν Ι Α Ν Ο Υ
Κ Α Ι Τ Ο Ν Γ Ν Η Σ Ι Ω Σ
Δ Ο Υ Λ Ε Υ Ο Ν Τ Α Α Υ Τ Ω
Β Ι Κ Τ Ω Ρ Ι Ν Ο Ν ✠ Σ Υ Ν Τ Ο Ι Σ
Ο Ι Κ Ο Υ Σ Ι Ν Ε Ν Κ Ο Ρ Ι Ν Θ Ω Κ̄ Θ Ε Ω Ν ✠ sic
Ζ Ω Ν Τ Α Σ ✠

✠ Ἁγία Μαρία Θεοτόκε φύλαξον τὴν βασιλείαν τοῦ φιλοχρίστου Ἰουστινιανοῦ, καὶ τὸν γνησίως δουλεύοντα αὐτῷ Βικτωρῖνον σὺν τοῖς οἰκοῦσιν ἐν Κορίνθῳ, κατὰ Θεὸν ζῶντας·

Santa Maria Deipara tuere Imperium Christum amantis Iustiniani, eique ingenue famulantem Victorinum, & Corinthi incolas secundum Deum viventes.

Θεῶν lapicida perverse sculpsit.

Ficti-

Fictitiarum Inscriptionum, quae tamen ab eruditis viris antiquae sunt habitae, atque ita effictae sunt, ut haberi & ab aliis possint, classis quaedam in hac collectione conspicitur, quam ad erudiendos oculos, & ad genuinas a spuriis secernendas perutilem antiquitatum indagator profecto deprehendet. Appendicis loco has subiicio. Tum hanc, tum subsequentem in vetustis tabulis scalprum minime vetustum insculpsit, cum caelata sed literis vacua reperisset. Haec quidem Sapphus carmina continet, quae solutae orationis facie in Athenaei lib. XI sic habentur.

1

Ἐλθὲ Κύπρι χρυσίαισιν ἐν κυλίκεσσιν ἁβροῖς συμμεμιγμένον
θαλίαισι νέκταρ οἰνοχόεσα τοῖς ἑταίροις ἐμοῖς καὶ σοῖς·

Magnus Casaubonus, qui plurimis Poetarum ab eo Scriptore adductis locis medicam adhibuit manum, ad hunc non respexit. Exigua mutatione carmina mihi videntur ita restitui posse.

Ἐλθὲ Κύπρι νῦν
Χρυσίαισιν ἐν κυλίκεσσιν ἁβροῖς
Συμμεμιγμένον θαλίαισι νέκταρ
Τοῖς ἑταίροις ὦ θεὰ ἐμοῖς τε καὶ σοῖς
Οἰνοχόεσα.

Bis syllaba brevis longae locum tenet, sed ratione subsequentis liquidae, quod Sappho bis pariter praestitit in prima asmatis apud Dionysium Halicarnasseum strophe, Ποικιλόθρονε &c.

Cantharis pulchris propera aureisque
Gaudio mixtum, Venus alma, nectar,
Et meis, oro, sociis, tuisque
Fundere vina.

Haec, & quae succedit, anaglyphis extremis sociantur.

2

Ἢ Κύπριδος ἢ Στρατονίκης·

Aut Veneris, aut Stratonicae. E Synesii monosticho ad iconem sororis suae in eius Epistola ad Nicandrum. Inferius:

Τὸν νοῦν διδάσκων αἰθερεμβατεῖν Πλάτων·

Mentem per aethera spatiari docens Plato. Prior versus est distichi sub Platonis effigie in Anthologiae lib. 4. relati. Αἰθερεμβατεῖν cùm in bonam partem, pro *in sublime ferri*, tùm in malam pro *insanire* accipi potest. Ad irrisionem detorsit, qui primus id verbum cudit Aristophanes in Nebulis, ubi Strepsiadi quid ageret interpellanti respondet Socrates: Ἀεροβατῶ, καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον· *aerem peragro, & Solem despecto.* Lapis in literis quater peccat, Στρατονίκης, νῦ, διδάσκον, Πλάτον, quod in Graecis legitimis non deprehenditur.

3

ΕΙΣ ΕΙΚΟΝΑ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ
ΟΙΟΝ ΚΑΙ ΚΡΟΝΙΔΗΣ &c.

Hexasticum sequitur, quod nequaquam ex hoc marmore in Anthologiae librum IV traductum est, sicuti non defuere qui opinarentur, sed ab Anthologia accepit qui curavit, ut insculperetur. Antiqua vero carmina recenter insculpta inscriptiones veteres non appello.

1

ΕΙΠΕΚΥΩΝΤΙΝΟΣΑΝΔΡΟΣ &c.

Eprigramma eſt ex Anthologiae libro III.

2

ΣΩΚΡΑΤΗΣΟΣΟΦΟΣΕΡΩΤΗΘΕΙΣΤΙΕΣΤΙΓΥΝΗΕΙΠΕΝ ΑΝΔΡΟΣΝΑΥΑΓΙΟΝ &c.

Sapiens Socrates interrogatus, quid eſt Mulier? dixit: viri naufragium &c. Congeries illa definitionum ſequitur, quae Secundo Philoſopho (de quo Philoſtratus in Sophiſtarum vitis) communiter tribuitur. Ex Antonii florilegio, quod *Meliſſam* nuncupavit, deſumptae ſunt. Ab hoc tamen commentitio lapide diſcimus, incerto patre eas quiſquilias prognatas eſſe, Socrati enim heic tribuuntur. Recitantur etiam in *Opuſculis Mythologicis* a Thoma Gale collectis.

3

ΠΙΣΤΟΥΣΕΓΩΠΟΛΙΤΑ
ΥΞΑΝ...ΑΧΟΣΑΛΛΩ
ΣΔΕΤΟΥΣΕΧΟΥΤΑΓ
ΧΟΝΗΠΕΜΠΩ
ΑΜ

Qui lapidem adornavit, ut ementes falleret, vel aliquid dicere neſcivit, vel ſtuduit ut nihil diceret.

In ſecundae tabulae anaglypho tertio recens & inerudita manus poſt inconditas literas ſcalpro leviſſimo deſignavit Χρυσίππῳ ἀνέθηκε, quam inſcriptionem vir eruditus non defuit, qui in lucem proferret.

Quidquam requirenti typographo, ne pagina haec magnam partem ingloria albicaret, aliquas ex plurimis adnotatiunculis dedi, quas olim adieceram, nunc vero praetermiſeram.

Pag. XIV. *poſt verbum* laus. *adde*: In *Corrigendis* Gruterianis pag. 334. *Columna prima ex Pighio ſuppleri poteſt;* cum in ea nihil omnino deſit.

Pag. XV. φρονοῦσα. *adde*: In iuramento Hierapytniis praeſtito apud Grut. 505. 2. ἑκὼν καὶ γινώσκων· *ſciens, & volens.*

Pag. XVI. tradit. *adde*: In Gruteriana 781. 3. τῇ συμβίῳ καὶ κυρίᾳ·

— incidamus. *adde*: Miratus ſum, cum apud Gruterum vidi ἐν τοῖς κυρίου Κέλσου χωρίοις· 948. 2.

Pag. XVII. *poteſtate eſſe. adde*: Latine pater familias *herus* dicebatur. Aliquando filii quoque ſic appellabantur ſervorum reſpectu. In Plauti Aſinaria petenti, *ubinam eſt herus?* reſpondetur: *Maior apud forum, minor heic eſt intus.* Fabrettianus lapis *Domino Marito* p. 624. Vignolianus p. 315. *Domino Patri.* Gruteriani *Domino & Coniugi*: item *Dominae & Coniugi.* Claudius Imperator, *cur Domina non veniret*, requirens, uxorem intelligebat. Svet. Claud. 39.

Pag. XIX. Verſ. 18. Μεταλλαοσόντος· Latini *vitam cum morte commutare*, Graeci ſimpliciter *commutare vitam*, ac ſi Chriſtianum quid cogitaſſent.

Pag. XXII. Verſ. 22. Μέλλις nomen, ſicut Πόλλις apud Plutarchum in Dione.

Pag. XXIII. Verſ. 8. ἐς δὲ loco ἔτι δὲ priſce, & Poetice. Deinde Attice ῷ pro ὅ ob praecedentem caſum.

Pag. XXV. Verſ. 4. Ἀρτυτὴρ· Epidaurii Senatores ſelectos Ἀρτύνας ἐκάλουν; docet Plutarchus initio Graecarum Quaeſtionum. Ἐν Ἄργει erant inter primores Magiſtratus αἱ Ἀρτύναι, Thucydides lib. V.

Pag. XXXVI. praeſtantia. *adde*: Plurali numero aliquando efferebantur: *Comoedovis Auguſtis* exſcripſi in Sabaudia; edidit Sponius.

— civitas *adde*, ex Hierocle. *Moſſini* conveniebant ad *iuriſdictionem Pergamenam* ex Plinio l. 5. c. 30. Μοσύνοικοι in Ponto ex Xenophonte Exp. Cyr. l. 5. Sed &c.

Pag. XXXVIII. *poſt* iudicium reddet. *ad. Melanephori* memorantur in Athenienſi: haud multae dignitatis officium, nam cum Θεραπευταῖς ſociantur, qui *miniſtri, in ſacris famulantes.* Παστοφόριον habetur pluries in Graeco Scripturae textu. D. Hieron. *Paſtophorium, hoc eſt thalamus, in quo habitat Praepoſitus Templi.* Vulgata *tabernaculum.* Habetur quater in libro 1. Par. & ſemper redditur *exedra.* In primo Machab. IV. *Paſtophoria* bis, etiam in Latina: Templis coniuncta habitacula.

Rein. p. 168.

ad Iſ. 2. 2.

Pag. LV. ad 2. Heic Phrynicus redarguitur, qui in Lexico Attico mulierem non Ἀθηναίαν dici ſed Ἀττικὴν docet, ne cum Minerva confundatur, quae non Ἀθηναία ſed Ἀθήνη eſt, vel Ἀθηνᾶ ex Ἀθηνάα·

1

2

3



4

5



6

Cignaroli dis· Fr: Zucchi Scol.

I



2



Ara rotonda

3.



Ara rotonda.

Cignaroli Dis. Fr. Zucchi Scol.

I



2

3

4. 5

Cignaroli dis. K I *Fr. Zucchi Scol.*

1

4

2



5

3



Cignaroli dis. Fr: Zucchi Scol.

MUSEI VERONENSIS
MONUMENTA LATINA

Uamvis, ut in Praefatione dictum est, volumen hocce vulgandis potius veterum monumentis, quam explicandis, illustrandisque destinaverim, ad eorum tamen aliquot in Museo nostro dedicatorum ubi peculiaris ratio exegerit, pauca verba apponere non mihi praeripui. Requirere non pauci solent, quid in prima ex his tabulis significet, ac quid sibi velit iuvenis ille positu insolito supra quadrupedis dorsum stans. Etiamsi detrita inscriptio satis non indicet, qui rei antiquarie sedulo operam dederunt, ex ipsa figura Iovi Dolicheno lapidem sacratum esse, percipiunt; intelliguntque, post *Iovi* supplendum esse O. M. D. cui votum solvit Valerius somno monitus, & voti sui compos. Ex consimili siquidem in promptu est hoc arguere, quem Patinus protulit, Sponius iteravit. Neque illi tamen, neque alius quisquam, cur equitans sedendi loco in pedes erectus sit, docuit, nec attigit quidem. Duo tantum statuunt, quae ut ipsis possim concedere, vereor; unum, quod Iovem esse dicunt, qui superstat, alterum, quod a Doliche Commagenes oppido denominatum volunt. Patinianum marmor hominem ostendit armis instructum, & militari omnino specie : a nostro iuvenis exhibetur venusta facie, & vestitu saltatorio. Itane occurrit usquam *Divum pater, atque hominum Rex?* quem palliatum barbatumque, atque ut plurimum sedentem in sculpturis effingebat antiquitas. Ita in egregio Musei Taurinensis anaglypho, quod suo loco proferemus, spectatur. Sponio Iovem indicari visum est a tauro, cui insistit, quia Iovi immolabatur; quae infirmissima ratio est; & quamvis apud Gruterum quoque describatur *bos, & super eo Deus*, a lapide nostro excluditur, in quo equum videmus non taurum. Indicari putavit etiam ab aquila, quam sub quadrupede Patinus posuit; sed disiunctam fuisse par est credere, & ad signum illud non pertinuisse, nam neque in Gruterianis, neque in nostro aquila habetur ulla.

Imp. Num. p. 286.

Misc. p. 69.

Grut. xx. 7. xxi. 2.

Ad nomen e Doliche Commagenes oppido arcessendum Stephani locus unice impulit, quem ante omnes Giraldus vidit, & attulit, deinde Scriptores caeteri. Doctus Reinesius quoque post amplam commentitiae Dolicheni Iovis inscriptioni expositionem largitam, in subsequente hunc Stephani locum memoravit; quem tamen omnino corruptum esse, & ubi restituatur, ad hoc propositum nihil facere, manifestum puto. Civitatum nomine praemisso gentilia ubique subiungit Stephanus; hoc est quomodo appellarentur oppidani, minime vero quomodo cultorum ibi Deorum inflecteretur nomen. At in Δολιχὴ sic legitur: πόλις τῆς Κομμαγηνῆς· ἐθνικὸν Δολιχαῖος Ζεύς· Quis non videat, Iovem hic importune intrusum fuisse? Additur: οἱ δ' ἐπιχώριοι Δολιχηνοὶ λέγονται· cum caeteroquin ethnicum civium ab ethnico indigenarum Deorum Stephanus numquam distinguit. Qui Iovem hinc exturbare reformidaret, ita locum constituat oportet: ἔνθα Δολιχηνὸς Ζεύς· sicut in Ὀλυμπία, sic habetur, ἔνθα Ὀλύμπιος Ζεύς, & in Τάρας Bithyniae, ἔνθα τιμᾶται Ταραντῖος Ζεύς· Sed credibilius videtur in Δολιχὴ verba quaedam irrepsisse, aut immutata esse, sive Hermolai epitomatoris, sive alterius culpa, qui Dolichenum Iovem in lapidibus legerat. Miror, nihil ad hunc locum suspicatos esse eruditos Stephani editores, atque expositores. Doliche caeteroquin erat altera in Thessalia, & Dulichium insulam Homerus, & Virgilius nominant, & de Icaria Plinius, *ante vocata Doliche*. Δολιχαίων nummi nihil aliud praeseferunt, quam nomen in corona positum. Sed a nulla Doliche suspicor ego Dolichenum Iovem processisse. Unde ergo emanavit? coniecturas afferam meas.

Hist. Deor. Synt. 2. Pag. 41.

Typum hominis quadrupedi ea ratione insistentis nulla umquam civitas, nullus populus adhibuit, nisi Tarsus celeberrima Ciliciae urbs. Illius tantummodo plures habentur ipsissima hac effigie nummi. Duos edidit Begerus delineatos, alium insuper Haimius, in quibus homo eodem prorsus modo bestiam pedibus premit. Quaenam sit bestia, satis in nummis discerni nequit; tauro certe non assimilatur: cervarium lupum vocat Begerus, leonem Vaillantius in Gordiano Pio, pantheram, qui Museum Teupolum recensuit. Superstantem hominem Begerus pro Sardanapalo habet, Tarsi, ut putabant, conditore: verumtamen regem illum, ut caeteri homines solent, equitasse crediderim, nec cur ludicra ea specie essingi deberet, ratio ulla affertur. Iacobus Gronovius in notationibus ad Arriani librum II numismata iterum dans quae Begerus dederat, quod aliquanto diversa viderentur, *nec dubito* inquit, *quin Amanus Deus more montium* animali insistat. Num probe cogitarit, iudicent, quibus qua ratione quadrupedibus insistant montes, aliquando videre contigerit.

Thes. Brand. t. 1. p. 507.

Tes. Brit. t. 1. p. 81.

Ut quod in re tam obscura coniicere nitor, proferam, animadverto primum, δολιχὸν ludicri certaminis apud veteres nomen fuisse. Photius Phlegontis Tralliani libros legerat usque ad Olympiadem, qua inter victores numerabatur Caius, qui δόλιχον vicerat. Λαβὼν δόλιχον νίκην Pausanias

Cod. 97.

nias in Eliacis. Certamen cursu peragebatur, quapropter etiam metaphorice nomen id pro cursu usurpabant. Epicrates Comicus:

ap. Athen. l. 13. p. 570. Ἐπεὶ δὲ δόλιχον τοῖς ἔτεσιν ἤδη τρέχει.

quem senarium eo loco ita verterem: *Postquam vero illa Dolichum vitae a multis iam annis currit.* Dolichum autem appellabant ex vocabuli significatione, quia longius erat Diaulo. Pedites quidem ut plurimum certabant. Ladas, qui in Olympicis δολιχῷ κρατῶν coronam retulit, superabat omnes ὠκύτητι ποδῶν, ut Pausanias tradit. Paus. lib. 3. At equis etiam cursum aliquando institutum esse, Svidas docet, ubi Dolichum Hippodromium vocat: Δολιχὸς τὸ ἱπποδρόμιον. Alios autem rara & peculiari dexteritate spatium aliquod non insidentes equis sed supra illorum tergum erectos confecisse, Musei nostri marmor ostendere videtur mihi; quid enim aliud quam ludum, & spectaculi gratia ostensionem factam, repraesentare dicamus hominem gradienti equo hilariter insistentem? Adolescentis aspectus est quibus Dolichaea certamina magis quadrabant. Lucianus de quodam victorias suas praedicante: Δολιχὸν γάρ πυ οἶμαι ἐν παισὶ νενικήκει. *Dolichum enim, puto, aliquo in loco puer vicerat.* de conscrib. Hist.

Hoc ludi genus alibi fortasse haud usitatum, a Tarsensibus exercitum fuisse, plura eorum numismata docent, quae illud ante oculos ponunt. Ludi fere omnes in Deorum honorem celebrabantur. Tarsus Iovis cultu maxime praestabat. Iuppiter *eo loci in primis colebatur*, ait Giraldus. pag. 89. Urbi nomen a Iove Tarsio advenisse, tradit Eustathius ex Eratosthene. in Perieg. n. 121. Cum ergo Dolichaea spectacula Iovi sacrarentur, quem templum, simulacrumque in ipso loco, vel haud longe habuisse oportet, Dolichenus ibi Iuppiter dictus est, sicuti & Olympius Iuppiter commune habuit nomen cum ludis. Forte qui vicerant, lapideam memoriam in gratiarum actionem Dolicheno Iovi aliquando voverant. Singulare propemodum est, aream marmoris nostri non complanatam utrimque conspici, ut in spatio a figuris non occupato in aliis apparet semper, sed inaequalem, & undulatam, ac si velum quoddam, aut aulaeum significaret, a quo paries obtegeretur, ante quem signum in templo esset positum.

Quod si quis nihilominus a Doliche civitate Iovem denominatum mallet, non ipsum tamen, nec Deum quemquam, quadrupedi ioculariter insistere, sed spectaculum quoddam innui, adhuc stabit. Stabit item, si aliquoties non equi sed aliae bestiae adhibitae in eos ludos fuissent. Comprobatur quidem, & magnopere firmatur haec coniectatio, quod qui superstat, modo uno, modo alio in monumentis comparet habitu, ac specie, & modo haec, modo illa manibus, & capite tenet, ac gestat, ut praecipue videmus in nummis: nimirum varie ornabantur, & ad populum oblectandum personatorum in morem diversas induebant species. Haec certe diversitas non appareret, si Iovis, aut praefiniti herois alicuius exprimenda effigies fuisset. In marmore nostro, quamvis ibi detrito, Phrygii galeri iuvenis caput praetulisse videtur tegmen. Caeterum ad effusum cursum animal, quodcumque fuerit, superstans forte non compellebat; expedite tamen incedere in monumentis fere omnibus internoscimus.

Haec quidem mihi in alia quaevis intento plurimis ab hinc annis huius marmoris explicatio, qualiscumque sit, momento temporis subiit, & insedit. Cum enim extrema bacchanaliorum die Amphitheatrum cum amicis paulisper ingressus essem, & personatorum turmae, carpentaque, & rhedae hinc inde divagarentur, ecce super alios equitantes conspicuus ab opposita porta iuvenis introit, eleganti equo insistens, eiusque dorsum pedibus alacriter premens. Serico illum pene invisibili regebat funiculo: arenam celeri passu inter adstantium plausus pluries circumiit: mihi vero statim ante oculos sacrum Dolicheno Iovi anaglyphum obversatum est, & quid in eo repraesentetur, visus mihi sum percepisse. Hodie quoque apud aliquos Asiae populos morem vigere, ut ad agilitatem ostentandam stantes in tergo iuvenes equos ad cursum urgeant, in Itinerario quodam me legere memini. Nec reticebo tamen, incredibile prorsus non esse, desultorem a marmore nostro exhiberi. Numidas describit Livius, *quibus desultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam saepe pugnam in recentem equum ex fesso armatis transultare mos erat:* l. 23. c. 29. quem morem barbaris ad Istrum incolentibus praecipue tribuit Aelianus in Tacticis. Eam dexteritatem imitabantur, ostentabantque desultores in ludis. Ob oculos sistit Manilius:

Nec non alterno desultor sidere dorso
Quadrupedum, & stabiles poterit defigere plantas
Per quos vadit equos; ludet per terga volantum.

Fidere lego non *sidere*, sicut editi omnes. Lapis noster unum tantùm equum ostendit, sed non semper in eo certamine *unus duos equos habet*, *pileum in capite*, *& de equo in equum transilit*, quae Hygini verba sunt: aliquando enim uno tantùm desultores prodibant, ut ipse Manilius docet, qui sic prosequitur:

Aut solo vectatus equo.

Μόνιπποι tunc Graece vocabantur, *singulatores* Latine, ut in veteribus Glossis.

Tab. IV. pag. LXXV. num. 3.

Qui *Genio Pagi Arusnatium* solutum viderit votum, ubi terrarum Arusnates fuerint, fortasse percontabitur. Vallis in territorio Veronensi ob vini excellentiam celebratae geographicum nomen hucusque incognitum duo hac aetate eruti lapides docuere. Vide circa hoc quae dixi Veronae Illustratae P. 1. pag. 5. Pagus ergo heic non vicum valet sed populum, quo sensu Caesar: *Civitas Helvetiae in quatuor pagos divisa est.* Gall. l. c. 12.

IO-

1

IOVI O M
C TITIVS C L HEDYLVS
VIVIR AVG V S

2

IOVI
SANCTO
CASSIA
C F
IVSTA
V S L M

3

IOVI.VI
CTORI
L.VISAE
VS.CER
IO.V.S.L
M

Nicephori Iovis fanum memorat Spartianus in Adriano. Iovis Victoris aedes erat in regione X Palatina.

4

I O M
CONSERVATORI
P. POMPONIVS
CORNELIANVS
CONSVLARIS
CVRATOR
RERVM
PVBLICARVM

Aut Venetiae Consularis Pomponius fuit, quamvis provinciae nomen reticeatur, ficut in nostra, quam videbimus suo loco, Tuticanus *Prolegatus* nude dicitur, & in Codicis Theodosiani titulo *de Consularibus* agitur de provinciarum administratione perfunctis; aut inter Consulares computabatur, quod Consul fuisset (puta ex suffectis) ficut ob eamdem caussam Consularis appellatur Rufinianus in Gr. 381. 1. *Consularem feminam* vocat Svetonius ob familiam Consulatu aliquando decoratam. Curator item dicitur Rerumpublicarum, nec quarum additur. Curatorem exempli gratia Rerumpublicarum Pisaurensis, & Fanestris non unum exhibet marmor. At plurium fortasse curam Cornelianus gesserat, a quibus enumerandis expeditius fuit abstinere. Enumerantur in Gruteriana Rufiniani, peramplo siquidem stylobati insculpta. Marcus Imperator *Curatores multis civitatibus e Senatu dedit*: Capitolinus docet. Veronensis Gavii Squilliani *Curatoris Vicetinorum* videbimus honores suo loco. Forte etiam Cornelianus res curabat, quae in Civitate publici iuris erant. Viri huius in pago Stellarum hic etiam superest titulus.

Aug. 69.

286. 3. &c.

P. POMPONIVS CORNELIANVS
ET IVLIA MAGIA CVM
IVLIANO ET MAGIANO
FILIIS
A SOLO FECERVNT

Perperam Gruterus REFECERVNT. neque enim consociari possunt *reficere*, & *a solo facere*. Idem in vico Scledo agri Vicetini votivum lapidem reliquit, quem *Novus* inscriptionum *Thesaurus* affert, sed voce *commisit* intrusa, quam nec Reinesius habet, nec sensui conducit. Marmor sic habet: 87. 3.

CORNELIANVS C
VT VOVIT

Discimus ex epigraphe nostra Ċ non *commisit*, sed *Consularis* significare.

5

IOVI
APENINO
T. VIVIVS CAR
MOGENES..
SVLPICIA EVPHRO
SYNE CONIVX
V. S. D. D

Eximium & unicum Iovis Ápenini monumentum eruditus vir Marcellus Franciarinius, Iguvii cum essem, mihi dono dedit. Inemendate ergo in Peutingerianae, seu Theodosianae tabulae Segmento III scribitur *Iovis Penninus*. Additur autem ibi: *idem Agubio*; qua additione aedes ipsa memorari videtur Apenino Iovi Agubii quoque dicata, ad quam lapis noster

ſter olim ſteterit. Oppidi nomen varie prolatum fuit. In eius antiquo nummo, quem alibi exhibui, *Ikuvini*. Veragrorum iugo inditum prodit lib. 21. Livius nomen *ab eo* (lege *a Deo*) *quem in ſummo ſacratum vertice Penninum* (l. *Peninum*) *montani appellant*. Sponiana in monte Magno S. Bernardi: DEO PENINO OPTIMO MAXIMO. Miſc. p. 85. Ad Apeninum Iovem noſtrum referendae fortaſſe ſortes, de quibus Vopiſcus in Firmo: *Apenninis ſortibus additis*; & Pollio in Claudio Gothico: *quum in Apennino de ſe conſuleret*. p. 176. Videſis quae de voce *Pen*, aut *Pin* in Verona Illuſtrata adnotavimus. In Novo Theſauro perperam pag. 8. *Comogenes*, & *Fuiſyne*, & *Tabula Itineraria Antonino tributa*.

1

IOVI
IVNONI
MINERVAE
IVA VSLM

Deos Capitolinos Veronenſis femina venerabatur. Servius quid eſſet *delubrum* docens: *ut* ad Aen. 2. *eſt Capitolium* (ita libri, at lege *Capitolinum*) *in quo Minerva, Iupiter Iuno ſunt* σύνναοι.

2

IVNONI FERONIAE
BARBIA L. F. SECVNDA
AEDEM. SIGNVM. PORTI
CVS. D. P. S. D

3

FERONIAE. SAC
IN MEMORIAM
MINEI. PRISCI. FIL
T. KANIVS. IANVR
SAC. GRATVITVS
ANNO XXXX
D. D

Sacerdotiorum annua fuere quam plura. Syracuſis lex erat de religione, *quae in annos ſingulos Iovis ſacerdotem ſortito capi iubebat*. Cic. in Verr. 4. Omni anno eligebantur, qui in arce Ithomes Iovis templo praeſidebant: αἱρετοὶ κατ' ἔτος ἕκαστον, inquit Pauſanias in Meſſenicis. Multa etiam durabant ad vitam, quod in Graecis lapidibus formula διὰ βίου declarari ſolet. Inter Sacerdotes perpetuos Ianuarium noſtrum computarim, cui honoris annum quadrageſimum perraro exemplo votivam indere in tabulam complacitum eſt. *Anno trigenſimo conſecrationis ſuae* Grut. 303. 2. fuit qui conſignaret. Tempus Siculorum diſceſſus ab Italia indicaverat Hellanicus Lesbius anno ſexto & vigeſimo *ſacerdotii ab Alcyone in Argorum urbe geſti*: Ἀλκυόνης ἱερασαμένης ἐν Ἄργει· ap. Halic. l. 1. Hereditario item iure familiae quaedam ſicuti apud Hebraeos, inter ethnicos quoque ſacerdotio fruebantur. Ἱερέα κατὰ γένος Cyriaci epigraphe, & aliae praeſeferunt. Cyr. p. 38. n. 249. Quin quod minime obvium eſt, primogenitos in eam dignitatem iure ſuo ſucceſſiſſe reperio apud Heliodorum, ita enim apud ipſum loquitur Thyamis. Ἐγὼ γὰρ παῖς μὲν προφήτου τοῦ ἐν Μέμφει γεγονὼς, Aeth. l. 1. ἀποτυχὼν δὲ τῆς ἱερωσύνης μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς ὑπαναχώρησιν ἀδελφοῦ νεωτέρου ταύτην παρανομήσαντος παρελέσθαι. *Ego filius cum eſſem Memphitici antiſtitis, poſt patris diſceſſum ſacerdotio privatus ob minorem fratrem, qui illud abſtulit contra legem*. Et libro ſeptimo: τοῦ δὲ Θυάμιδος, ὡς ἂν πρεσβυτέρου παιδὸς ἐπὶ τὴν προφητείαν κληθέντος. *Thyamide, tamquam filio maiore natu, ad ſupremum Sacerdotium vocato*.

At non ſine ſumptu, nec ſine erogationibus quibuſdam conſueviſſe novos ſacerdotes in dignitatem cooptari, rariſſimo item exemplo docet inſcriptio haec, in qua *Sacerdos Gratuitus* dicitur, cui nempe remiſſum impendium fuerat. *Gratis creato* apud Fabrettum p. 744. Seviros, & Decuriones gratuitos novimus, verum ſacri honores eo adiuncto occurrere non ſolent. Augurem tamen Decurionum decreto gratuitum protulit Gruterus, quem in Auguſtalem reformandum cenſuit Reineſius, ſed *Augur* ſcripſit, qui lapidem primus exſcripſit, Felicianus, ut in eius Mſ. p. 65. t. apud me Mſ. collectione conſpicitur. Qui civiles dignitates conſequebantur, aliquid certe pendebant, cuius generis vectigal haud novit Gualtherius, nec Burmannus qui erudite hoc Gu. Tab. Sic. p. 116. argumentum evolvit. Plinius Traiano de municipiorum Decurionibus. *Ii quos indulgentia* l. 10. ep. 113. *tua quibuſdam civitatibus ſuper legitimum numerum adiicere permiſit, & ſingula millia denariorum, & bina intulerunt*. Deinde. *Supereſt ergo, ut ipſe diſpicias, an in omnibus civitatibus certum aliquid omnes, qui deinde buleutae leguntur, debeant pro introitu dare*. Utrum autem quod ab ingredientibus ſacerdotia erogabatur, in fiſcalem item arcam coniiceretur, non liquet.

4

MINERVAE AVG
PAPIRI
THREPTVS ET PREPVSA
V S
L D D D

MI-

I

MINERVAE. AVG
Q. CASSIVS
PAPIRI ET CLODIA
V . S
L . D . D . D

Stylobates a Musco paucos abest passus, contra Amphitheatri portam domui infixus; sed extrahi sine periculo, & labe maxima non poterat. Praecedens quoque nondum ab Arusnatibus nostris huc advenit. Vel Cassius Papirius facit, vel Cassius, Papirii duo antea memorati, & Clodia.

2

SATVRNO
AVG SACR
P. TOSSIVS ZOSIMVS
VI VIR AVG ET
TOSSIA SATVRNNA
CONIVX
V S L M

3

SATVRNO
M FLAVIVS
FESTVS
ET CVSONIA
MAXIMA
FLAMINICA

4

SATVRNO
CONSERVATORI
. . . . . .

5

NEPTVNO
SACRVM
M. DVNILLIVS
HOMO

6

MARTI
L VISEVS CRESCENS

7

BE. . . sic
MARTI DD PRO SAL....
M. AVREIVS. . . . sic
AVGG. LIB. P. . .

Pro cuius salute rogaretur, Mars quoque ignoravit.

8

DIANAE
CONSERVATRICI
PRO SALVTE....ANIN
COS. FLAMIN. AVG. PROCOS
PONTIF. SODALIS
AVRELIANI ANTONINIANI
. . . .

Sodales *Aureliani Antoniniani*, hoc est Sacerdotes pro M. Aurelii Antonini cultu instituti, hoc nomine nondum prodierant. Lapidem viderant quidem multi, sed perlectis duobus verbis prioribus de reliquis iam iam evanescentibus desperarunt. Ea sodalitia sub Tiberio in honorem Augusti Sex. Pompeio, & Sex. Apuleio Consulibus initium habuere. Tacitus: *idem annus novas caeremonias accepit, addito Sodalium Augustalium sacerdotio*. Caeterum quisnam hic Consul (procul dubio ex suffectis) & pro Consule fuerit, divinari nequit: ex literarum reliquiis Caninius aliquis videtur indicari. Pro eius salute quis votum fecerit, mutilatum marmor occultat.

Ann. lib. I.

9

MERCVRIO
V S L M
M. SCAEVILIVS
CORNEOLVS

10

SOLI ET LVNAI
Q SERTORIVS Q F
FESTVS FLAMEN

1

DEO
INVICTO
MITHRAE
C LVCRETIVS MNESTER
M AEMILIVS PHILETVS
SVMMAG ANNI PRIMI
M AEMILI CHRYSANTI
D S D D

Anno primo constitutae ad Mithrae cultum sodalitatis Chrysanthus iste Magister, hoc est Praefectus fuit: constat e Gr. 35. 5. *Summagistri*, hoc est Subpraefecti, eodem anno Mnester, & Philetus fuere. Subpraefectos bis in Mazochianis invenias. Apud Gruterum scribitur SVM. MAG. at *summum Magistrum* numquam vidimus, & habetur in marmore SVMMAG. Summagistri vero sicuti *summoenianas uxores* vocavit Martialis meretrices, quae sub moenibus habitabant. Idem officium denotari puto, ubi *Promagister* in aliis legitur. *Invicto Mithrae* eadem in hac sodalitas famulatur, quae in Gruteriana 35. 5. *Invicto Soli*. Tiridates Parthus Arsacis nepos cum Armeniae regno a Nerone augeretur, *ego*, dixit, *ut Deum te non secus ac Mithram colerem*, *accessi*: ὡς καὶ Μίθραν. Xiph. l. 62.

2

CLAVDIA ATTICA
ATTICI . AVG . LIB . A RATIONIB
IN . SACRARIO . CERERIS . ANTIATIMAE
DEOS . SVA . IMPENSA . POSVIT
SACERDOTE . IVLIA . PROCVLA
IMP . CAESAR . DOMITIAN
AVG . GERMANIC . XI . COS

Is me Claudiae huius Atticae, pulcherrimis inscriptae literis, verbisque prius ab eo, qui transcriptam misit, sive errore sive dolo additis, quibus pretium mirum augebatur in modum, amor invaserat, ut ad eam adipiscendam, cum aliter obtineri nequiret, Arsinoen Philadelphi, pulcherrimum, & perrarum maioris moduli, octo Venetos aureos aequans pondere, numisma dederim. De Gentilium sacerdotio, & Deorum statuis in aliorum templa illatis multa congessi, quae nunc nimis nos abducerent.

3

MATRI DEVM ET ISIDI
G MENATIVS G FILIVS
FAB SEVERVS FANVM REFE
CIT ET PRONAVM DE SVO FE
CIT EX VO TO

C. Vero-

1

C. VERONIVS
CARPVS
VI VIR CL. MAI
VERONIAE
TROFIME . SACER
MATRIS . DEVM
MATRI
SANCTISSIMAE
ET VERONIO PRIMO

CL. MAI. *Collegii Maior* latere hic potest: Collegium Sevirum iterato in Gruterianis. Sed cum in alia Diocaesis nostrae suo loco proferenda habeatur CLA. ET. AVG. disco in hac quoque legendum esse *Claudialis*. Imp. Claudii sacerdotes, flamines, sodales, templa occurrunt pluries. *Maior*, quoniam in omni sodalitate, & Collegio erat qui vel propter aetatem, vel quia anterius creatus, vel ob aliam causam
Grut. 372. 7. praecederet. *Sacerdos primus corporis Augustalium* dicitur Aurelius Victor. *Flaminem primum Augustorum* laudat etiam Gruterianus Index, sed in ea inscriptione Primus cognomen est.
165. 4. Quod cl. Novi Thesauri editor e compendio MAI. *Maialem* deduxerit, liceat interpretari ludicre fecisse.

Veronios in epigrammatis nostris habemus quam plures. Ego quidem servos a Republica Veronensi libertate donatos, vel eorum posteros mihi videor in his deprehendere. Civitatium libertos agnovere iam Reinesius, & Fabrettus. Rarius ab aliis denominatos videmus, quia aliarum nomina non adeo opportuna fuere & commoda, ut in gentilitium nomen inflecterentur.

2

DECIMIA. C. F. CANDID
SACER. M. D. DELFICAM
CVM LARIBVS ET
CERIOLARIS N XXX
VI

Delphica, *tripus*, *cortina* voces sunt plurifariam olim acceptae: aliquando eadem significatione adhibitae, aliquando, earum etiam quaevis, diversa. Cortina quidem apud plures
L. L. lib. 6. concha: hinc Varro: *Cava concha dicta quod est inter terram, & Coelum ad similitudinem cortinae Apollinis*. Virgilius lib. 6. *neque te Phoebi Cortina fefellit*; lib. 3. *qui numina Phoebi, Qui Tripodas sentis*, eodem sensu. Ibi Servius: *Tripodes mensae fuerunt in templo Delphici Apollinis, quibus superimpositae Phoebades vaticinabantur*. Proprie ergo tripus cortinam, seu mensam sustinebat. Prudentius in Apotheosi: v. 505.

Non tripodas cortina tegit.

Forte quod tegeret, ad vela significanda vox est translata, quo sensu adhibetur in Vulgata versione. Hinc Isidorus: *cortinae sunt aulaea, idest vela, a quibus tabernaculum extrinsecus tegebatur*. Del- l. 19. c. 25. phicarum antiquitus invaluit nomen. Plinius. *Ex aere factitavere & cortinas, tripodum nomine, Delphicas, quoniam donis maxime Apollinis Del-* l. 34. c. 3. *phici dicabantur*. Ita editiones omnes: at cum *dicari donis* nihil dicat, lego *ditabantur*: super eas siquidem collocabantur oblata dona, ut e praeclara hac inscriptione constat, docente Deorum Larium icones, & ceriolaria Delphicae imposita fuisse. A sacris usibus ad domesticos accidit nomen delabi. Martialis de domo magnifice instructa:

Argentum, atque aurum non simplex delphica portat.

sumptuosi scilicet in ea erant atque ornati abaci. Ob similitudinem mensae, quae Delphis in Apollinis templo visebatur, cuicumque ea forma constructae, nomen hoc est datum. Procopius in Vandalicis: Δέλφικα τὸν τρίποδα καλοῦσι Ῥωμαῖοι l. 1. c. ἐπεὶ πρῶτον ἐν Δέλφοις γέγονε· *Delphicam vocant Ro-* 21. *mani tripodem, quia Delphis primum est factus*. Haec verba cum exscriberet auctor magni Etymologici, καλοῦσι omisit, & imperfectam sententiam dedit; quod tamen librariis potius, aut editoribus imputandum. *Supellectili legata haec* D. 33. *continentur*, inquit Iurisconsultus: *mensae, trape-* 10. 3. *zophora, delphicae, subsellia &c.* Delphicae ex aere primum confectae, ut e Plinio vidimus, qui etiam *Delphicam tabulam antiqui aeris* memorat. Τρίποδας χαλκέους Herodotus, *delphicas aereas* antiqua exhibet inscriptio. Sed ea forma tabulae Grut. eodem nomine appellatae sunt quamvis mar- 1115. 8. moreae. Cicero inter Verris rapinas *mensas Del-* in *phicas e marmore* numerat. *Mensa marmorea, quam* Verr. 6. *Delphicam vocant*, ab antiquo Horatii enarratore laudatur. Accidit autem aliquando, ut huiusmodi denominationes ab oppidis, vel a regionibus sumptae, quid proprie denotent, aut cur obtinuerint, in obscuro sit. Quid dicemus esse *coronam Delphicam* in Laertio? Em- lib. 8. pedoclem enim narrat ἐμβάδας χαλκᾶς, καὶ στέμμα δελφικὸν gestasse. Svidas *auream* interpretatus est, his enim verbis id refert: στέμμα ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς χρυσοῦν, καὶ ἀμύκλας ἐν τοῖς ποσὶ χαλκᾶς· *auream habens coronam in capite, & calceamenta aerea*. Nescio quidem, an probe ab omnibus intellecta sint, *signa Corinthia*, quorum Pl. l. 3. Plinius iunior, & *Megarica*, & *Pentelica* quo- ep. 6. rum Tullius meminit: *Deliaca* item, & *Corin-* Att. l. *thia suppellectilis, vestisque Melitensis*, quas idem 1. ep. 7. Tullius, tum *imago Corinthia*, & *argyrocorinthia cra-* in Verr. 4 *tera*, quas vetusta proferunt marmora. *Signis,* Grut. 175. 9. 148. 1.

l.34.c.8. *quae vocantur Corinthia , plerique in tantum ca-*
piuntur , ut secum circumferant : ita Plinius .
Or. 40. *Mensam Siculam* habet praeterea Libanius, *La-*
Sat. xi. *cedaemonium orbem* Iuvenalis, *aes Cyprium tenuis-*
l. 33. c. 9. *simum , quod coronarium vocant*, Plinius . *Æris*
t. 2. p. 25. ed. Ver. *Cypri laminam* S. etiam Hieronymus nominat.
Ceriolarium , vel *Ceriolare* lexicis ignota vox ,
sed non antiquis lapidibus . Cum *Ceriolaribus*
175. 4. *duobus aeneis* oblatum quid mutilata refert Gru-
Misc. p. 65. teriana inscriptio . In alia apud Sponium *Ceru-*
lari Arg. Forte *Ceriolarium* scribi debuit ; ar-
vid. p. 238. & 200. genteum erat . Pro lychnuchis habuisse videtur
Reinesius , sed proprie *lichnuchos pensiles in de-*
l. 34. c. 3. *lubris* fuisse , docet Plinius , & quoniam apud
veteres instrumenta , & supellectiles saepissime
rei alicuius formam imitabantur , *arborum mo-*
do mala ferentium lucebant . Italice *lumiere* . Can-
delabra igitur intelligo , quibus *nomen a cande-*
Plin. ibid. *larum lumine impositum* , sicut ceriolariis ab im-
positis cereis . Candelabra , & lucernas paulo
ante laudatus Iurisconsultus distinguit, & insignis
Grut. 215. 2. item inscriptio . Haud vulgaris vero Decimiae
nostrae , Matris Deum Sacerdotis , munificen-
tia , quae cum Delphica Ceriolaria numero
triginta sex dono obtulit uno . Praeclarum hoc
cimelium misit mihi muneri Serenissimus Gua-
stallensis Dux .

1

L. VERONIVS
CALAIS
ISIDI
V . S . L . M

2

ISIDI
SACRVM
EX . MONIT
EIVS . D . D
L . VALERIVS
MEMOR
VIVIR . AVG
L . D . P

4

LIBERO
ET LIBERAE
SACRVM
P . GAVIVS
ASTECTVS
VI VIR
IMPERIO
POSVIT

3

ISIDI . SERAPI . LIBER
LIBERAE . VOTO
SVSCEPTO . PRO . SALVTE
SCAPVLAE . FILII . SVI
P . QVINCTIVS . PARIS
S . L . M

Donius , & ex eo Novus Thesaurus quinquies in brevi hac epigraphe aberrant . Exacte Gruterus dederat , nisi quod *Serapidi* scripsit . Libera communiter Proserpina est , Cereris scilicet *filia* , Κόρη . *Siciliam totam esse Cereri , & Liberae consecratam* , & in iis locis *raptam esse* (Cic. Verr. 6.) *Liberam , quam eamdem Proserpinam vocant* , Siculis persuasum erat . Mirum non est , Isidem heic cum Serapide sociari , nam & Serapis Aegyptius Deus fuit , & Aegyptium ipsum nomen , ut Plutarchus tradit . Sed Deorum historias , ac (de Is. & Osir.) genealogias in volumine hoc nequaquam attingo , nimis enim exuberans argumentum est . Id tantum moneo : frustra aliquando digladiari , qui ob contrarias quas afferunt auctoritates , num ad unum vel ad alterum Deum nomen aliquod referri debeat , disceptant ; variae siquidem multoties , & discordes veterum quoque fuere sententiae ; neque ethnicorum religio catholicae aequiparabatur , in qua quod ad dogmata spectat , definitum omne atque constitutum est ; sed ut apud heterodoxos videmus , nulli obsequens auctoritati , cuiusvis arbitrio opinionis , ac doctrinae potestatem faciebat . Isidis , & Serapidis fana coniunctim Romae deiecta fuerunt , & coniunctim restituta , ut a Dione discimus . (l b. 40. 42. & 47.)

5

IVSSV PROSERPINAE
L. CALVENTIVS L. L. FESTVS
ARAM POSIT
SACRVM

6

SILVANO
ISOCHRY
SVS
CORNELIAE
MAGNAE
V S L M

Silvano

I

SILVANO . AVG
SACRVM
C. VERONIVS
SERVILIANVS
V . S . L . M

2

SILVANO . SALVTARI
SACRVM
SATVRNINVS . AVG . LIB
PROC . CASTRENSIS
VOTO . SVSCEPTO
FECIT

3

4



5

VICTORIAE
PRO SALVTE
Q . MINICI . MACRI
SEX . CABINASIVS
PRIMVS . EX . VOT

6



Deo ſacrum Herculi: Herculi Deo in aliis. Scalptor Iunones omiſerat, quas exinde ſiniſtro lateri addidit.

1

IVNONB
SACRVM
A MERYLLVS

2

IVNONIBVS
AVG . SAC
METELLA IDE NOMINE
SVO ET
T FLAVI HERMETIS
VIRI SVI
D D

Quae de Iunonibus rei antiquariae periti tradidere, iterare non attinet. At Iunones nostras olim etiam a filiis Israel deviis ac degenerantibus cultas suspicari quis posset e libro Iudicum, in quo servisse dicuntur לבעל ולעשתרות *Bahal*, & *Astaroth*, hoc est *Iovi & Iunonibus*, ut D. Augustinus explicat, eo quod a Punicis lingua Hebraeis valde affinibus *Iuno sine dubitatione Astarte* vocaretur. *Auctor* vero, inquit idem, *pluraliter hoc nomen posuit*, quoniam *ad simulacrorum multitudinem referri voluit*. Verumtamen id si spectasset, *Iovibus* pariter dixisset, ut Augustinus ipse statim addit. Plana profecto fieret loci intelligentia, si legeremus בעלים *Bahalim*, ut praecedenti versu legitur, & in eiusdem libri duobus aliis, duobusque item aliis primi libri Regum, ubi enim ea simul verba recurrunt, *Bahalim*, & *Astaroth* perpetuo scribitur. Augustinus quoque *illum*, qui ex Hebraeo converterat, Astaroth scripsisse, *nec Baal sed Baalim*, asserit: Astaroth quidem probe in Graeco ταῖς Ἀστάρταις redditur, ubi enim *Sidoniorum idolum* singulariter significandum fuit, עשתרת *Hastoreth* dixere. Ad summam Phoenicum, & Chananaeorum Iunones vel Iunonis simulacra fuerunt, vel somniantium figmenta, quibus Iunones plures, pluresve Ioves aedificare consueverant, diversis denominationibus, vel diversis adiunctis distinguentes, atque indigitantes.

Iud. II. 13. — in Hebr. quaest. l. 7. q. 16. — 4. Reg. XXIII. 13.

Verum Iunones nostrae neque Iunonem Reginam, neque eius simulacra cognatione attingunt ulla. Senecae, & Plinii testimoniis pro mulierum Geniis habitae sunt: at quaenam ergo illis vota nuncupant viri, ait Praesul doctissimus, amicus olim meus ex intimis, Philippus Turrius? *Augustas Imperatorum uxores*, *aut sorores*, *aut filias* ita in lapidibus appellari, is suspicabatur, quod equidem aegre admiserim. Cur potius easdem illas imaginarias Deas Iunonum nomine votiva quaedam marmora compellare non credimus, quae in aliis Matres, in aliis Matronae nuncupantur? *Matribus*, & *Matronis* haud quidem pauca sacrantur. Vetustissimum memorat fanum Plutarchus in Siciliae oppido Engyio Deabus dicatum, ἃς καλοῦσι Ματέρας, *quas Matres* vocant. Praesentes & conspicuas ibi Deas adesse, vulgus firmissime asseverabat. Quaenam vero, vel quidnam essent Iunones, Matres, Matronae tunc invocatae, & cultae, neque ego scio, neque ipsi sciebant, qui vota & preces misere disperdebant suas. Popularium somnia, commentitiae species, pueriles fabulae. Matronis, & Matribus dicatos lapides transalpinis in regionibus ut plurimum repertos fuisse animadverto. Matrum omnium familias forte gentes illae sic venerabantur manes, siquidem Germani vivis etiam nescio quid attribuebant divini. Eam apud ipsos fuisse consuetudinem tradit Caesar, *ut matres familias eorum sortibus, & vaticinationibus declararent, utrum praelium committi ex usu esset, nec ne*. Tacitus de Germanorum moribus: illis *inesse quin etiam sanctum aliquid, & providum putant*. Et in Historia; *vetere apud Germanos more, quo plerasque feminarum fatidicas, & augescente superstitione arbitrentur Deas*. Lugduni binas exscripsi dicatas MATRIS.

Mon. vet. Ant p. 306. — in Marcel. — Gall. lib. 1. — lib. 4.

3

PARCIS AVG
P . FALERIVS
TROPHIMVS
ORNAMENTIS
DECVRIONALIB
RESTITVTOR R VER

De ornamentis Decurionalibus, seu Decurionatus insignibus, videsis Galliae Antiquitates selectas in Epistola X. Reipublicae Veronensis restitutor obtinuit Trophimus benefactis ut diceretur.

4

PARCIS . AVGVSTIS . SACR
... PROBVS VI VIR . AVG
L . P . D

Loco

1

LOCO. PVBLIC. DAT. D. D
PARCIS. AVG. SACR
L. CASSIVS. VERVICI. F
NIGRINVS. VI. VIR. AVG. V. S. L. M

Apparet non ad templa tantùm ſed publicis etiam in locis votiva haec ſaxa collocata interdum fuiſſe. At veterum prudentiam mirari ne omittamus: quamvis de numinibus honorandis ageretur, nihil omnium oculis exponere quiſquam poterat Magiſtratibus inconſultis, & ſine publicae auctoritatis conſenſu.

2



In magno ſtylobate nihil ultra viſitur. Sepulcreto cuidam duobus his verbis fieri potuit ſatis. Vita functis omnibus divinitatem quamdam impertiebantur. Cicero de Legibus: *niſi maiores, eos qui ex hac vita migraſſent, in Deorum numero eſſe voluiſſent*. Minucius Felix: *dum aras extruunt etiam ignotis numinibus, & Manibus*. Subſequens in exigua eſt lapidea tabula.

l. 2. ad fin.

3

SACRIS
MANIBVS
DATVM

D. Auguſtinus Civ. D. l. 8. c. 26. *Omitto, quod Varro dicit, omnes ab eis mortuos exiſtimari manes Deos*.

4

DIS MANIB
C H C
LOCVS ADSIGNATVS
MONIMENTO IN QVO EST
AEDICLA PRIAPI
IN FR P LXX IN AG P LXX

Hoc erat profecto lacrimas cum riſu commiſcere, nempe in funereo monimento aediculam derìdiculo, illi nefandoque monſtro conſtruere. Ambiguum an a Priapo Troadis oppido acceperit nomen, an dederit: dediſſe tamen Strabo cenſuit. Quantum in Aſia obtinuerit, e ſacris etiam paginis conſtat: Aſa enim Rex *Maacham matrem ſuam amavit, ne eſſet princeps in ſacris Priapi, & in luco eius, quem conſecraverat: ſubvertitque ſpecum eius, & confregit ſimulacrum turpiſſimum*. 3. Reg. XV. 13. Diſcimus nunc in ſubterraneis monumentis ſacris etiam aediculis locum factum. Siglorum, quae in hac ex omni parte ſingulari inſcriptione apparent, interpretationem, in libro de Notis ad voluminis calcem require.

5

. . . .
. . . . DIC . Q . .
. . . ROM . ET . AVG
. . . CONCIVIVM . ROM . .
. . . TANNIA . ANN . VII
. . . EQVIT . CYREN . ANN . VI
. . . . . .

Rariſſimae quae ſuperſint Romae, & Auguſto inſcriptiones dicatae. A Grutero & a Cl. Muratorio allata diutiſſime ſane eſt cum evanuit, imo an talis umquam extiterit ac exhibita eſt, in dubium revocare licet. Dolendum quidem non inſcriptionem ſed miſerabile fragmen heic oſtendi; magnifaciendum tamen, quod Auguſteis literis *concivis* vocem nobis ſervarit, qua ante hoc marmor viſum aureae Latinitatis cultores uti horruiſſent. Perampla fuit haec marmorea tabula. Civium Romanorum cohortes, & alas iam novimus; Cyrenaicam item Legionem, at non *Cyrenacos Equites*. In *Britannia annos VII* qui epigraphen dedicat, militaverat.

V F

1

V F
OFILLIAE
QVINTAE
SACRORVM.RO
MANIENSI.C.IVLIVS
HYMENAEVS.CONTV
BERNALI

Sacra Romaniensia opinor dicta, quae Romanorum propria fuere, & diversa erant a Municipalibus. *Municipalia sacra* vocabantur ex Festo, *quae ab initio habuerunt ante civitatem Romam* (ita legit Dacerius quoque, sed lege *Romanam*) *acceptam*. Romana quae proprie dicerentur, caetera doctus *edoceri* optabat Fabrettus: p. 341. cui, ni fallor, satisfacere potis erat Gellius haec tradens. *Comprecationes Deorum immortalium, quae ritu Romano Diis fiunt, expositae sunt in libris sacerdotum populi Romani, & in plerisque antiquis orationis*. l. 13. c. 21. Lego *orationibus*, & obiter disco, nequaquam barbare in versione Vulgata centies haberi hanc vocem pro rogatione ac precibus, & nequaquam inerudite scripsisse Isidorum, *Oratio petitio dicitur*. l. 6. c. 29. Gellius enim eo sensu, ut videmus adhibet, quapropter debebat & in Latinis Lexicis recenseri. Recte Asconius in Verrinam primam: *rogare ut hominem, orare ut Deos*. Deos ergo iis comprecationibus venerari, quae *ritu Romano* fiebant, & in libris populi Romani sacerdotum habebantur, Romana sacra in hoc marmore appellari puto. Hinc est, quod feminae quoque ad ea sacra adhibebantur, ut discimus ab Ofillia nostra, neque enim hic ad *non convenientes Romanis Sacris hostias* respicitur, quae a Spartiano memorantur, in Did. Iul. neque, ut arbitror, ad *publica populi Romani sacra*, quorum mentio apud Asconium occurrit, & quorum in C, & L. Caesarum inscriptione *Pontifex minor* nominatur: illa enim pertinere ad mulieres non poterant. Haec verborum constructio *Ofillia Sacrorum* solennis erat. Memini lapidem Mutinae olim me exscribere, in quo *Aemilius Phoebus Sacrorum ab Roma Isidi* donum dedit, Romana & peregrina sacra, cuiusmodi erant Aegyptia, perperam miscens. Quae in Novo Thesauro Ofilliae nostrae appinguntur de *Circulatore novam Romaniensium Sacrorum formam importante*, & *deducta ex aliquo Romanorum Templo depraedicante*, viro clarissimo aliud agenti excidisse opinor.

De Romaniensi pro Romano si Grammaticos audimus, *Hispanienses sunt, qui provinciam Hispaniam incolunt, etsi non Hispani*: ita Charisius. Festus autem Corinthios ait dictos ante Coloniam missam, *Corinthienses, ex quo coloni Corinthum sunt deducti*: servatamque addit consuetudinem, cum *Romanenses, & Sicilienses negotiatores dicimus, qui in alienis civitatibus negotiantur*. Hanc tamen regulam perpetuo servatam non esse Tullius ostendit, qui *emptionem Siciliensem* vocat, quae facta in Sicilia fuerat, & in Sicilia collectum eadem pagina *frumentum Siculum*, & *frumentum Siciliense* appellat. Verr. 5. Etiam in de Haruspicum responsis *Latinos*, & *Latinienses* eosdem nuncupat. *Romaniensem salem*, qui Romae vendebatur, denominat Cato, & aratra etiam & iuga laudans *Romanica*, licentius R. R. c. 162. ista quodammodo efficta fuisse, videtur admonere. c. 135. *Germanicianum* exercitum apud Svetonium, Vesp. c. 6. & *Illyricianum* in argenteo Traiani Decii nummo, *Europenses* videmus in Vopisci Probo.

2

HISTRIAE·FÁNVM
AB.C.VIBIO.VÁRO.PATRE.INCHÓATVM
Q. CAESIVS. MACRINVS. PERFECIT. ET.DEDICAVIT

Genio civitatum, populorumque aedes sacratae, & vota reddita occurrunt aliquando; at provinciae in Deam sublimatae, & decoratae fano unicum, quod meminerim hoc exemplum est. Mon. Pat. p. 259. Ursatus quidem *passim* hoc reperiri affirmavit, at quae in testimonium Epigrammata laudavit, aut non admittuntur, aut non evincunt. Varum Macrini patrem minime iudico, sed patrem dictum, quod eius filius tribus eisdem nominibus uteretur. Perficere, & dedicare idem non esse videmus, quod aliquibus visum est. Unicam subsequentem quoque opinor Frugibus dicatam.

3

.....SACR...
FRVGIBVS.E..
FEMINIS.....

M. Te-

1

M . TERENTIVS
M . L . SECVNDVS
A . A . V . S . L . M

2

A . IVNIVS
MACRINOR . L
NIGELLVS
A . A . V . S . L . M

Aquis Aponi fontis duplici de causa vota nuncupabantur. Primo ob medicam vim propter quam ubique celebrabantur. Deinde ob fatidicam, ex qua Augur *Euganeo*

Colle sedens, *Aponus terris ubi fumifer exit*,

Pompeii & Caesaris arma, si vera fides apud
Lib. 7. Lucanum memorantibus, vidit concurrere. Tiberius ab oraculo monitus est, ut ad futuri
Svet. exploratıonem *in Aponi fontem talos aureos iace-*
Ti. 14. *ret*. Sed post haec difflata mendacia *salutiferi Aponi meminisse potentiam* iuvit, *quapropter anti-*
Var. 1. *quam illic aedificiorum soliditatem innovari*, Theo-
2. 39. dorici nomine Cassiodorius iussit. *Patavinorum aquis calidis*, nempe his ipsis, *herbas virentes inna-*
l. 2. c. 103. *sci*, memorat Plinius. Singularias A. A. Ursatus in Mon. Pat. p. 281. interpretatur *aurum, argentum*, vel *apud agrum*. Argui potest quam perite vir ille caeteroquin doctus scribere de siglis posset.

3

C OCTAVIVS M F CAPITO
MEMORIAE SVORVM
NOMINE L P OCTAVIORVM M F
CLEMENTIS N . . . LLA . . . T
STABERI OPTVMORVM FRATRVM
VDISNAM AVGVSTAM LOCO PRIVATO
ARVSNATIBVS DEDIT

Perampla, & crassa tabula partim polita & nitida, partim ex usu, cui olim apud rusticos inserviit, scabra, & exesa. Capito nomine optumorum fratrum Lucii, & Publii Octaviorum, quorum alter Clemens cognomento, alter ex alio lapide Staberinus, Udisnae Deae simula-
237. 6. crum dat Arusnatium populo. Sic in Gruteriana quidam horologium *pagaris Laebactibus dederunt*. Capito autem *loco privato*, hoc est suo, Udisnam erexit. Alia vidimus votiva marmora *loco publico* posita. At quid de Udisna Augusta, ex hoc tantum epigrammate audita Arusnatium Dea dicemus? Quid de subsequente Cuslano in eadem Valle reperto? Ridebat Tertullianus *Deos Decuriones cuiusque municipii, quibus honor intra muros suos determinatur*: ita in libro 2. ad Nationes. At istorum opinionem ac cultum neque ad urbem nostram pervenisse crediderim, sed intra Arusnatium fines determinatum fuisse.

4

CVSLANO . SAC
L . OCTAVIVS
C . F . CRASSVS
L . C . OCTAVI . L . F
MARTIALIS . ET
MAÇER

5

. . . LO . . . . A
BENACO
SVCCESSVS Q
SAMICI MIRINI
V . S . L . M
Q SAMICIVS
SV . . . . S . ITER . .

Inter epichorios Deos nefas Veronensibus fuisset in hoc Museo Benacum non collocare; siquidem *lacus est Italiae Benacus in Veronensi agro*, ut Plinius docuit. In S. Vigilii vico per- l. 9. c.
spicuis undis imminente, & ubi universi lacus 22.
prospectus ridet, repertum fuit olim marmor, & in nobilium Brenzoniorum amoenissima villa servatum. Diis accensebantur lacus eo iure quo flumina, & fontes. Post *Mirini* L puto sequebatur: *Libertus*.

6

SEX . NIGIDIVS
FAB . PRIMVS . AE
DIL . BRIX . DECVR
HONORE . GRAT . DD
EX . POSTVLATION . PLEB
ARAM BERGIMO . RESTIT

Bergimus Cenomanorum Gallorum Deus. Lapis in Brixiana ditione, a Ripa Benacensi oppido milliariis octo, repertus: antiquus est, & in-

& indubitatus : literae aliquanto obscurae, sed non ita detritae, ut optime non legantur. Viri Cl. Pantaleonis Borzii Canonici Tridentini munere Museo accessit. Gallorum linguam eamdem ac Germanorum fuisse nomina Bergimus, & Bergomum ostendunt, *perg* scilicet Germanicum hodieque verbum est *montem* significans. Plures hoc testantes animadversiones congessi: sed iam Scaliger ad Propertii lib. 4. *Gallorum veterum idioma sine dubio Teutonicum fuit*. De perraro occurrentibus lapidearum inscriptionum restitutionibus aliquid tetigi Galliae antiquitates perquirens. (in Epist. V.) Ex postulatione plebis haec ara fuit restituta, plebs siquidem, & vulgus epichorios hosce, ac peculiares Deos maiori quam communes, & maximos veneratione atque amore prosequebatur. Illa etiam, quam Nemausi exscripsi, restitutio Numinibus praecipue huiuscemodi *municipibus*, ut eos vocat Minucius, oblata fuerat.

1

NAVI SALVIAE ET
MATRI DEV DD
CLAVDIA . SINTI (sic)

Eiusdem Claudiae iisdem numinibus dicatam (Oss. t. 6. pag. 292.) hanc epigraphen reperi in Vaticana bibliotheca, & cum ignota adhuc esset, vulgavi.

MATRI DEVM ET NAVI SALVIAE
SALVIAE VOTO SVSCEPTO
(sic) CLAVDIAE SYNTHYCHE
D D

Servio tradente *Dii topici, idest locales, ad alias regiones numquam transeunt*, (ad Aen. 7. v. 47.) sed transiit ab urbe usque Roma *Navis Salvia* in Museum nostrum. Seculi ab V. C. sexti medio docuerunt libri Sybillini inspecti, hostem vinci posse, *si mater Idaea Pessinunte Romam advecta esset*. (Liv. l. 29.) Advecta est. *Matronae primores Civitatis, inter quas unius Claudiae Quintae* (perperam in Ciceronis editis omnibus *Q. Claudia*, ac si praenomen esset) *insigne est nomen, accepere*. (de Arusp. resp.) Vide quae dixi maximi moduli numisma, Romanumque anaglyphum describens, in quibus Matris magnae adventus, & receptio egregie figurantur. (Oss. Lett. t. 6. pag. 291.) Facti series omnis adhuc vividius ab Ovidio pingitur. *Claudia Quinta* castissima, sed falso insimulata *exiguo funem conamine traxit*. (Fast. l. 4.) Quod tamen tunc *mutarit sedem Berecynthia*, non videtur comprobari a Plutarcho, qui *Matris magnae Sacerdotem* post centum annos Pessinunte Romam advenisse narrat, ac nunciasse, ὡς ἡ θεὸς ἐκ τῶν ἀνακτόρων αὐτῷ ἐφθέγξατο, *Deam e templi adyto ipsi loquutam esse*. (in Mario.) Vide Herodianum lib. 1. Haud illepidum etiam est, Deam istam πολυθρύλλητον nihil aliud fuisse quam informem lapidem. Livius: *sacrumque iis lapidem, quem matrem Deum incolae esse dicebant, tradidit*. (lib. 29.) Arnobius coluisse memorat *Pessinuntios silicem pro Deum matre*. (lib. 6.) Sed ad rem nostram. Docent inscriptiones istae, non Deam tantummodo, sed navem ipsam, qua vecta fuerat, ab insanis feminis, quarum dux Syntyche nostra, votivis tabulis honoratam, & tamquam Deam alteram cultam. *Salviae* nomen certe a *salvando* impositum; quamobrem nec nove, nec barbare centies hoc verbo usus est Vulgatus interpres. *Massam, quae Aquas Salvias nuncupatur*, Christianum documentum memorat apud Margarinium p. 18.

2

SANCIO SANCTO
T. AELIS HELIS DD

In Templo Sangi durasse quaedam ab aetate veterrima retulit Plinius auctoritate Varronis. (l. 8. c. 28.) *Sancus, Sangus, Sanctus, Sangius, Sancius* cum in libris, tum in lapidibus aliquando invenias. Aelius Gallus apud Varronem *Dius Fidius dicebat Diovis filius, ut Graeci Διόσκουρον Castorem; & putabant hunc esse Sanctum ab Sabina lingua, & Herculem ab Graeca*. (L. L. l. 4.) De *Sangi* sacello, & aede mentionem facit Livius: Rufus item, & Victor. (l. 8. & 32.) Plutarchus in Qu. Rom. ἐν τῷ τοῦ Σάγκτου ἱερῷ. *Sancium Sanctum* nondum quisquam viderat, sanctus enim in hac inscriptione epitheton est, ut *Iovi Sancto* vidimus. Alibi Dei nomen est. D. Augustinus: *Sabini etiam regem suum primum Sancum, sive ut aliqui appellant Sanctum, retulerunt in Deos*. (Civ. D. l. 18. c. 19.) Dictionis huius potestatem aliam, nempe pro Templo, neque ex Lexicographis, neque ex Scholiastis memini qui animadverteret: attamen Persius:

Dicite Pontifices, in Sancto quid facit aurum? (Sat. 2.)

In exiguo hoc lapide exile caelatum opus verbis superstabat, cuius pes cum quadrupedis crure remanet, qui felis videtur omnino fuisse. Eapropter incidit aliquando mihi cogitatio, num cognomentum *Helis* pro Fele steterit, inter spiritum enim asperum & F literam magna cognatio. *Hanula* docet Festus vocata parva delubra, *quasi fanula*. Figuras autem cognomentis non raro alludere, prisca tractantibus marmora notum est.

PAN-

1

PANTHEO
IVVENTI HERMA
ET PHILTATE
V . S . L . M

Panthea vocata ſunt idola plurium Deorum ſymbola una figura complectentia. Excitatum ab Agrippa templum Pantheon dictum fuiſſe putaverunt multi, quod in eo duae haberentur plura ſimul numina repraeſentantes ſtatuae. Dio lib. 53. Προσαγορεύεται δὲ οὕτω τάχα μὲν ὅτι πολλῶν θεῶν εἰκόνας ἐν τοῖς ἀγάλμασι τῷ τε τοῦ Ἄρεως καὶ τῷ τῆς Ἀφροδίτης ἔλαβεν· *Ita forte appellatur, quod multorum Deorum imagines in Martis, & Veneris*
in Dea Syr. *ſimulacris collectas contineat.* Iunonem deſcribit Lucianus, quae εἶχει δέ τι *quidpiam etiam habebat* Minervae, Veneris, Lunae, Rheae, Dianae, Nemeſis & Parcarum. At docet inſcriptio haec nulli connexa figurae, Deum etiam peculiarem quemdam hoc nomine a delirantibus ſibi confictum fuiſſe.

2

DIS . DEABVS
QVE . OMNIB
VS . SACRVM
L . C . QVARTVS
V . S . LIB . MER

3

DIS . DEABVSQ
OMNIBVS . PRO
SALVTE . CASTEL
LANORVM . VER
VASSIVM . C . V . Q
VADRATVS . L . L . P . D

Vervò vallis Noniae in Tridentina ditione pagus binas has epigraphas ſubminiſtravit, quibus vetuſtatem teſtatur ſuam, Caſtelli dignitatem tuetur, nomenque antiquae Geographiae hucuſque incognitum prodit. Mos apud Caſtellanos iſtos obtinuerat, gentilitia nomina per ſingularias ſignificandi, nam praeter ſuperiores duas in Muſeum noſtrum translatas, haec etiam in eodem pago adhuc ſupereſt, quam pariter an Vibius, an Valerius, an Voluſius dederit, quis divinet? Exſcripſit eruditus Ioſeph Friſinghelius Roboretanus qui in eam regionem dedita opera, ut mihi gratificaretur, profectus eſt. Ad hanc vallem refer *Anonium* Ptolemaei: recte Cluverius *Non* vocari addidit.

C . V . QVINTI
NVS . FILIVS C . V
FIRMI . VETERA
NI . CHORTIS . IIII
. . . . . ANINIA
QVARTI . FILIA
. . . . MATRE VI
VVS FECIT . SIBI

4

DIIS
PARENTIBVS
AVGVSTIS
PORTICVM DEDIT
L IVNIVS M F PAVPER

5

DIS PARENTIBVS
AEMILIA . . .
. . . . . .

6

DIS PARENTIBV
S . VINNIA MODESTA
V S L M

7



Apud Rubeum ita haec bis loquitur: *pro ſalute animae ſuae.*

1

SIGN . BASIM
C . COR . MAR
VALERIA . FIRMINA
V S

Voto soluto simulacrum cum basi dederant, Cognomentum quoque heic decurtatum est.

2

MV . PVBLICIVS
FESTVS . D . D

3

TARQVINIA . Ɔ . L
FAVSTA . V . S . L . M

4

D M
EPITYME
TO . AVG . L
EX COLLEG
SANCTVAR
POSVER

Posuisse videntur qui erant ex Sanctuarii Collegio, inaudito ut opinor, & ex hac unice tabula noto. Aut locum aliquem sacrum Epitymetus curabat, aut tabularium, sive Imperatoris archivum. Siculius Flaccus de conditione agrorum. *Quod si quis contradicat, Sanctuarium Caesaris respici solet.* Paulo post: *si ambigatur de earum fide ad Sanctuarium Principis revertendum erit.*

5

SEXT CARIAVS
SEXT FIL
FIRMINVS
FLAMEN ET
POMPONSIA
PONTI FIL
SEVERA FLAM

Pomponisia gens ad hanc diem inaudita, quia haec Flaminica apud Gruterum Pomponia est.

6

C . AFRICANIVS
C . F . CAPITO
FLAMEN

Africania gens de novo prodit. Contra primae editionis meae fidem in Novo Thesauro *Africanus*, ac si cognomen esset, ut est in Maria Africana, quam videbimus suo loco.

7

. . . .
. . . FLAMINICA
. . . P . F . IVSTINA
. . . N . . A
. . . D

8

SEX . POMPEIVS . SEX . F
DEDIT

1

2

3

5

4

6

7

8

10

9



Cignaroli dis:

Fr. Zucchi Scol.

I

IMP . CAESAR . DIVI . F . AVG
PARENS . COLONIAE . MVRVM
ET TVRRIS DEDIT
T . IVLIVS . OPTATVS . TVRRIS . VETVSTATE
CONSVMPTAS . INPENSA . SVA . RESTITVIT

Colonia heic inscripta non Verona sed Iadera est, ubi ingens marmor iacebat, haud tamen *uno lapide* diversissimas tres continens inscri-
84. 7. ptiones, ut Gruterus putavit. CONSVMPTAS Augusteae maximae ac pulcherrimae praeferunt literae, ut in consimilibus aliis. REDEMPTAE exscripsi olim Ravennae, ubi Novus Thesaurus REDEMTAE modo exhibet, quod N.Th. 1305. 12.
nuper aliquibus fraudi fuit. In eadem collectione maxima hoc ipsum Augusti Epigramma tamquam *e schedis* erutum affertur, cum Gruterus optime, & iterato dedisset: sed schedae illae TILIIS ARMIS additis, & assutis praeclarissi- N.Th. 441.2.
mum titulum misere contaminaverant.

2

IMP . CAESAR
DIVI . F
AVGVSTVS . COS . XI
TRIBVN . POTEST . XIII
IMP . XIII

3

DEO AVG
T LAPPON
DOMITIA
CASSIA
V S L M
L D D D

Deo Augusto, & *Augusto Deo* apud Mediobarbum nummi sunt, qui praeseferant. Hinc patefit, lapidem quoque nostrum, unice sic inscriptum, a T. Lapponio, & a Domitia Imperatori sacratum fuisse, cui propterea Decurionum decreto locus est datus. Plus ultra progredi assentatorum ingenium haud poterat. Puncta in hoc lapide nulla.

4

TI . CAESARI . DIVI
AVGVSTI . F . DIVI . IVLI
NEPOTI . AVG . PONTIFICI
MAXIMO . COS . V
IMP VIII . TR . POT XXXVIII
AVGVRI . XV . VIR . SACR
FACIEND . VII . VIR . EPVLON
L . SCRIBONIVS . L . F. VOT . CELER
AEDIL . EX . D . D
PRO . LVDIS

Tiberium Caesarem Augurem, Quindecemvirum, & Septemvirum fuisse nulla hactenus inscriptio docuerat. Quaenam civitas Voturiae tribui adsignata Tiberio pro ludis aut concessis, aut propria impensa exhibitis hoc monumento Romae reperto, & Imperatoris titulis omnibus insignito gratias egerit, ignoramus.

DRVSO

1

DRVSO . IVLIO . TI . F
AVGVSTI . NEPOTI
CAESARI

Literis pulcherrimis. Inter marmora carminibus praedita servus occurret LIVIAE DRVSI CAESARIS.

2

. . . . X E N O . . .
ANTONIAE DRVSI A . . .
ALCHE ANTONI . . . .

Antonia Triumviri M. Antonii filia, Neronis Claudii Drusi coniux.

3

. . . .
. . . ACEREV . . . . .
. . . PROVIDERET . . .
. . GERMANICI CAESARIS D . . .
. . CI PATRVI EIVS
. . VR IN TRIBVNALI MARM . .
. . S PONERETVR QVO LOC . . . .
. . . . VAM IPSA AE . . . .
. . . . . . OLOS . . . . .
. . . .

Æreae tabulae fragmentum, in quo Germanici Drusi filii nomen superest. De honoribus eius, & de effigie *in tribunali marmoreo* ponenda municipium forte aliquod decreverat.

4

A R S I N O E . S C A R I P I . T A B V L
sic C . C A E S E R I S . V E R N A
A N N O R V . X X I I

Caius hic Caesar & Caligula potest esse, & Romani fundator Imperii. *Verna* de muliere perraro occurrit; Arsinoe scilicet verna fuit Scaripi, Tabularii Caesaris.

5

D . M . S . T . F L A V I O
AVG . LIB . TROPHIMO CONSTITV
TORI . COLLEGI . NVMINIS . DOMINORVM
QVOD . EST . SVP . TEMPLO . DIVI . CLAVDI sic
QVI . VIXIT . ANNIS . LXXXVII . V . V . V
ALIQVANDO . SECVRVS . SVM

Templi Claudio Imperatori sacrati, & Collegii ad Imperatorum maiestatem colendam constituti, huic numquam agnitae, quod sciam, inscriptioni notitiam debemus. De Claudio caeteroquin inter Divos relato optime Panvinius in librum II Fastorum. Numini dominorum ut *numine Divum* Virgilius. Raro tot annos vitae prisca, aut recentia monumenta consignant. V. V. V. singulariae hactenus numquam visae. Quomodo intelligi debeant, Servius me docet: *dici mortuis solet, Vale Vale Vale*. ad Aen. II. 644.

Tibe-

Tiberius Julius Pardala Sardianus
Caj Julii Charmi Sardiani
Tiberii Claudii Quirina Fidini Maoniani
Caj Julii Caj filii Collina Libonis Sardiani
Tiberius Fonteius Cerialis Sardianus
Publii Gralti (vel *Graiti*) *Publii filii Aemilia, Provincia Lipesius*
Marci Arrii Rufi Sardiani.

TI·IVLIVS
C·IVLI·CHAR
TI·CLAVDI
C·IVLI·C·F·COL
TI·FONTEIVS
P·GRALTI·P·F
M·ARRI·RVFI

PARDALA·SARD
MI· SARDIAN
QVI·FIDINI·MAO NIANI
LIBONIS SARD
CERIALIS·SARD
AEM·PROVIN CIAL LIPESIVS
SARDIANI

Unicam, ut opinor, quae hodie superfit, Imperatoris Servii Galbae inscriptionem vides. Vulgavi anno MDCCXXVII inchoante in Historia Diplomatum. Vide etiam si placet, quae Ver. Ill. P. 2. p. 262. adnotavi. Praeclarum monumentum Florentiae ante quinque annos exscripseram ex amicissimi viri, antiqua mire cimelia callentis, Abbatis Andreinii Museo. Accidit post annos duos ut eamdem honestam Missionem, iisdem a Galba militibus, & consimilibus aeneis tabulis datam ex Urbe aeterna L Venetorum aureorum pretio mihi mitteretur, quam in Academiae nostrae vestibulo statim publicavi. Indubia utraeque & sincera vetustate pollent. Nec mirum bina reperiri eiusdem Missionis autographa, cum enim de more septem fuerit militibus concessa; credibile est, plures ex ipsis penes se honorificum diploma servare voluisse. Edidit hanc eodem anno Cl. Gorius, & nuper iterum Cl. Muratorius; sed liceat dicere, qui aes originale non vident, non aliter posse harum inscriptionum diversam a monumentis omnibus formam intelligere, nisi eodem modo, & eadem facie exhibeantur, quo constructa sunt. Id ego curavi tunc ut fieret, quamvis libri compactores, duarum paginarum ceteris multo minorum rationem non intelligentes, consilium meum ut plurimum frustrati sint.

Binae sunt aeneae laminae hac ipsa magnitudine, aeneo filo forulos circumplicante con-

iunctae

Servius Galba Imperator Caesar Augustus, Pontifex Maximus, Tribunicia Potestate, Consul Designatus iterum, Veteranis, qui militaverunt in Legione Prima Adiutrice, Honestam Missionem, & Civitatem dedit, quorum nomina subscripta sunt; ipsis liberis posterisque eorum; & Conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est Civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent, dumtaxat singuli singulas.

SER·GALBA·IMPERAOTOR·CAESAR·AVGVST
PONTIF·MAX·TRIB·POT·COS·DES·II
VETERANIS·QVI·MILITAVERVNT·IN·LEGIONE
I·ADIVTRICE·HONESTAM·MISSIONEM·ET
CIVITATEM·DEDIT·QVORVM·NOMINA·SVB
SCRIPTA·SVNT·IPSIS·LIBERIS·POSTERISQVE
EORVM·ET·CONVBIVM·CVM·VXORIBVS
QVAS·TVNC·HABVISSENT·CVM·EST·CIVITAS
IIS·DATA·AVT·SI·QVI·CAELIBES·ESSENT·CVM
IIS·QVAS·POSTEA·DVXISSENT·DVMTAXAT
SINGVLI·SINGVLAS·A·D·

Ez. xxxii. 5. Apoc. I. 6. Exod. II. 9 — iunctae, ita ut libellus videatur emergere paginarum duarum. Liber *scriptus intus & foris*, & tabulae scriptae *ex utraque parte*, si sacra ea verba memorare hic licet. Diptychorum videtur ab horum monumentorum desumptum fuisse quodammodo exemplum. Themistius *libellos malleo ductos* diplomata, quibus ab Imperatore dignatus fuerat, appellavit: (Orat. 4.) δέλτοις σφυρηλάτοις· hanc enim primitus fuisse Romanorum diplomatum formam, hinc discimus. Propterea gratiosa rescripta *Imperatoris Duplices* vocavit Apollonius Tyaneus in tertia epistola: ἐν ταῖς τοῦ βασιλέως λεγομέναις διπλαῖς· Ob hanc item formam Diplomatis nomen apud Romanos invaluisse opinor: nam etiamsi Graeca vox sit, hoc sensu a Graecis non est adhibita: unice, quod sciam, a Plutarcho in Othone, sed in castigatioribus libris habetur τὰ καλούμενα διπλώματα, ac si de improprio nomine veniam peteret. Admonui de his cum agerem, in libris Basilicis diplomata ad cursum publicum obtinendum Graece (Epist. 118.) appellari συνθήματα. Eadem voce D. Hieronymus usus est. *Iam demisso* (l. *dimisso*) *synthemate equus publicus sternebatur*. Aberrarunt profecto a vera significatione viri magni, Svetonium, Historiam Augustam, Apollonium, & Hieronymum enarrantes. Videsis Historiam (Hist. Dipl. p. 32. & 85. Hier. t. 1. p. 785. Liv. lib. 43. Ner. c. 12.) Diplomatum, & Hieronymianam editionem Veronensem. *Honestae Missiones*, diversae ab iis, quas *ante emerita stipendia gratiosas* vocat Historicus, cum Civitatem simul conferrent, diplomata eodem iure nuncupandae sunt, quo Svetonius *diplomata civitatis Romanae* obtulisse Neronem narrat.

Itera-

Ante diem undecimum Kalendarum Januariarum,
Caio Bellico Natale, Publio Cornelio Scipione Consulibus.
Diomedi Artemonis filio Phrygio.
Descriptum & Recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in Capitolio, in ara gentis Juliae.

XI K IAN
C·BELLICO NATALE COS
P·CORNELIO SCIPIONE
DIOMEDI ARTEMONIS F
PHRYGIO
DESCRIPTVM ET RECOGNITVM EX TABVLA AE
NEA QVAE FIXA EST ROMAE IN CAPITOLIO
IN ARA GENTIS IVLIAE
O

Iteratae ſcripturae, & configurationis adeo inſolitae rationem reddere aggredior. Diptycha haec in Archivi ſcamillis, clavulo in æreum ſemitubum, qui ad medium viſitur, inſerto, recta & veluti ſtantia collocabantur, atque ope foruli in canaliculi ſummitate indicati clauſa tenebantur, & obſignata. Prima, & oculis obverſa facies illa erat, quae nomina continet, ut cuicumque Miſſionem ſuam perquirenti obvia fieret. Patet hoc ex ipſa tabellarum forma: confirmatur ex teſtamentorum tabulis, in quibus pariter *prima cera* heredum tantùm, ſecundum Horatium, & *primae duae cerae* ſecundum Svetonium *teſtatorum modo nomine inſcripto*, vacuae caeteroquin erant. Hor. l. 2. Sat. 5. Svet. Ner. c. 17.

Extrema, hoc eſt quarta pagina, diplomatis continentiam oſtendit. Sed ad fraudes, falſimoniaſque cavendas eamdem prorſus ſervabant interiores duae, verbis aliquanto largius inciſis. Hae vero filo per foramina media traiecto colligatae, ac ſignatae aperiri, & inſpici ſine publici cuſtodis interventu non poterant: & tunc demum authentici documenti vim habebant, ſi ob neceſſitatem quamdam quaeſitae ab externo nihil omnino diſferre interius ſcriptum inveniretur. Rem omnem comprobat in Sententiis Receptis Paulus IC.tus, ubi quid ſimile in contractuum ſcripturis factum eſſe tradit: ita ſcilicet ſignabantur, *ut in ſumma marginis* (f. *in ſummo margine*) *ad mediam partem perforatae triplici lino conſtringantur*: hoc autem ad quid? *ut exteriores ſcripturae fidem interiori ſervent: aliter prolatae nihil momenti habent.* lib. 5. tit. 25.

habent. Ab huiusmodi cautela usque ab aevo Sedeciae Regis parum abfuisse videntur Hebraeorum instituta: namque cum Hieremias agrum emisset, & *librum possessionis* Baruch filio Neri
Ier. xxxii. 12. dedisset, iniunxit ei. *Sume libros istos, librum emptionis hunc Signatum, & librum hunc qui Apertus est*. Ad hunc locum Hieronymus: *quae emptionum consuetudo huc usque servatur, ut quod intrinsecus clausum signacula continent, hoc legere cupientibus apertum volumen exhibeat.*

Diomedi &c. quid ibi in externa facie VDIC? Memini animadvertere & in Honestis Missionibus aliis post Consules nomen sequi, illius ut opinor, cui, vel cuius rogatu dabatur diploma. Iis nominibus vox aliqua adiungi solet exotica, & incognita. In

SER·G·ALBA·IMPERATOR·CAESAR·AVGVSTVS
PONTIF·MAX·TRIB POT COS·DES·II
VETERANIS·QVI·MILITAVERVNT·IN·LEGIONI
I·ADIVTRICE·HONESTAM·MISSIONEM·ET·CIVI
TATEM·DEDIT·QVORVM·NOMINA·SVBSCRIPTA
SVNT·IPSIS·LIBERIS·POSTERISQVE·EORVM
ET·CONVBIVM·CVM·VXORIBVS·QVAS·TVNC
HABVISSENT·CVM·EST·CIVITAS·IIS·DATA·AVT
SIQVI·CAELIBES·ESSENT·CVM·IIS·QVAS·POSTEA
DVXISSENT·DVMTAXAT·SINGVLI·SINGVLAS
A·D· XI K·IAN

C·BELLICO NATALE P CORNELIO
SCIPIONE COS
DIOMEDI ARTEMONIS F PHRYGIA VDIC
DESCRIPTVM·ET·RECOGNITVM·EX·TABVLA·AENEA
QVAE·FIXA·EST·ROMAE·IN·CAPITOLIO
IN ARA GENTIS IVLIA

Gruteriana 573. 1. Vespasiani, quam in Museo Barberino integram vidi: *Platori Veneti F. Centurioni Maezcio*. In Traiani quae subsequitur *M. Numisio Saionis F. Corso Vinac.* In Vespasiani 574. 6. altera, quam in Museo Mediceo contrectavi: *Pediti Veneto Diti F. Davers, & Madenae Plarentis filiae uxori eius Derlaust.* Maezcio, Vinac, Davers, Derlaust, nihil magis nobis innotescunt quam Vdic. Iis vero vocibus natale illorum solum denotari puto, & vulgaria pagorum, ac vicorum nomina contineri, quorum mentionem in Geographis non attinet quaerere. Ita rem se habere constat, quia interdum Provinciae nomen praemittitur. *Phrygia Vdic. Corso Vinac.* Geographica non desunt nomina, quae aliquanto proximant, sed coniecturae eiusmodi inutiles. Militum quinque patria Sardis in Lydia. Num Maonianus ex Maon Iudeae oppido a D. Hieronymo memorato? De *provincia Lipesius* quid dicam non habeo. Fuit in Mysia *Pedasus*. Ab Herodoto lib. 7. n. 123. in Macedonia ponitur Λίπαξος· at plebeiarum locutionum corruptiones, & aenigmata quis in re geographica sibi arroget extricare?

De Descripto, & Recognito, de ara gentis Iuliae, de Civitate militibus eorumque liberis data multa heic congerenda essent: sed ea, quae in superius memorato volumine, & quae in prima de Galliae antiquitatibus Epistola disserui, iterum proferre supervacaneum duco.

LA-

I

. . . . LARIBVS . AVG . ET . GENIS . CAESARVM . . .
. . . . DESIG . X . P . P . PERMISSV . A . ANNI . CAMARTIS . T . . .
. . . . ET . VIRTVTIS . MAGISTRI . ANNI LXXXXII AS . . .
. . . C.IVLIVS.C.L. ZOSIMVS.M . BIRRIVS.M.L.HIERVS.M.B . . .

Lego *Augustis*, sic enim habetur in alia huic gemella & compari, quam in Museo Capitolino exscripsi, vulgavit Fabrettus de Col. Traiana p. 273. quamvis perperam in Novo Thesauro *Augusti*. Domitiano Consuli *Designato decimum* recte inscriptionem nostram adiudicavit Fabrettus, nono scilicet Augusti Consulatu *Genis Caesarum* blandiri nemo poterat, cum post octo tantùm annos Caius, & Lucius adoptati fuerint. *Caesares* hic, cum progenies Caesarum in Nerone iam defecisset, communi Imperatoribus denominatione veniunt. Lares, & Genii confusi aliquando, aliquando distincti. Olympii Iovis templum Reges Octaviano amici perficere destinaverant, *Genioque eius dedicare*. *Magistri* anno, haud quidem *Magisterii* ut Fabretto visum, sed ab instituto Collegio nonagesimo secundo, assentatoriam epigraphen ponunt.

N.Th. p. 10.
p. 104.
Svet. Aug. 60.
Inf. p. 104.

2

IMP . CAES . M . AN
TONINI . PII . GERM . SAR
FIL . DIVI . PII . NEP . DIVI . HA
DRIANI . PRONEP . DIVI . TRA
IANI . PARTH . ABNEP . DIVI
NERV . ABNEP . M . AVREL . COM
MODO . ANTONINO . PIO . FEL
AVG . SARM . GERM . MAX . BRIT
MAX . TRIB . POT . XIIII . IMP
. . . COS . V . P . P . NOBI
LISSIMO . PRINCIPI
BENACENSES

Imperatorum successionem ac seriem hic habes a Nerva ad Commodum. Plura nos docet integrum ac genuinum marmor, Veronam ferme ante duo retro secula e Benacensi Tusculano translatum, ubi & alia tria consimilia ponit Octavius Rubeus, & a Grutero accepta describit. Aliud item addit, in quo Benacenses, & *Triumplini* sociantur, quod a Grutero non accepit, & extitisse numquam multi opinantur. De Benacensibus adi si placet Veronae Illustratae pag. 138. *Nervae Abnepos* etiam pro Adnepote, seu nepote quarto in hoc marmore legitur.

3

PRO SALVTE ET INCOLVMITA
TE DOMINI NOSTRI MARCI
AVRELI SEVERI ANTONINI PII
ET IVLIAE AVG MATR AVG N ET
CASTRORVM
CER . . . .

Pro salute Iuliae Domnae, cui Matris Castrorum novus titulus delatus fuit, & Caracallae, quem Severi nomine nummi non donant, Cereri forte susceptum votum, obtruncatus servat, & labefactatus lapis.

4

STATIO VRBANA AVG N

5

CASTRIS PRAETOR

6

IMP CAES M OPELLI SEVERI MACRINI AVG

7

M OPELLI SEVERI DIADVMENIANI CAES PRINC IV . .

1

SEX EGNATIVS....DITVS FEC

2

TERENTIVS CASSANDER FECIT

Plumbeorum vides tuborum fragmina, quibus ad Caſtra Praetoria vehebatur aqua. Neglectis antea huius generis fruſtis, quae aliquando Romae eruuntur, Panvinius pretium fecit, eorumque uſum in re antiquaria docuit; cum enim in iis conditorum, vel inſtauratorum nomina, ac ſaepe operis tempus, literis exſtantibus ſignarentur, Conſulatus plures inde didicit, quos Faſtis inſertos, Gruterus exinde coniunctim exhibuit. Conſulum loco Macrini Auguſti, & Diadumeniani Caeſaris Principis iuventutis, qui in lapidibus perraro occurrunt, in noſtris habemus nomina. Gr. p. 182. 183.

3



sic

Milliaria columna haud longe a Decentiano reperta decimum nonum a Verona milliarium indicabat. Notum eſt quod D. Auguſtinus quoque memorat, viatores antiquitus vidiſſe ubique *milliaria lapidea literis plena viam docere*. Serm. 351. 11. 11.

4

HERENNIAE
CVPRESSENIAE
ETRVSCILLAE.AVG
CONIVGI.D.N.DECI
AVG.MATRI.AVGG
N N.ET CASTROR
S.P.Q.C

Duodecim Venetis aureis conſtitit mihi novum hoc Etruſcillae nomen numiſmatis ignotum. Pretium tamen item auget, quod unicum ſit huius Auguſtae monumentum lapideum, & quod titulos nondum viſos oſtentet coniugis Decii, & Auguſtorum (Herennii Etruſci, & Hoſtiliani) atque Caſtrorum Matris. Haud procul a Carſeolis inventa eſt, unde diſcimus *Senatus populuſque Carſeolitanus* legendum eſſe.

5

VLPIAE.SEVERI
NAE . AVG . COIVGI
D N . IMP . AVRELIANI

Imp.

1



2



In hac, & in sequente quartum nomen erasum antiquitus fuit; in sequente vero erasae etiam in postremis verbis geminatae literae, quae duos praecedere Caesares significabant, quod antequam Ver. Ill. lib. VIII. de singulari hac Galerii Maximiani expunctione sermonem haberem, nondum visum, neque animadversum fuerat. Verona antequam expugnaretur a Constantino pro Maxentio stetit, Galerii aemulo, & hoste, quapropter eius nomen a Maxentianis tunc expunctum crediderim. Aliam mox videbimus, in qua vel Commodi, vel Caracallae nomen fuit abolitum. Commodi *ex omnibus privatis, publicisque monimentis eradendum* Cingius Severus in Senatu censuit, ex Lampridio. Multa erasionum exempla priscis in inscriptionibus occurrunt, sed nonnumquam in earum editionibus, & illustrationibus aberratum est. In aliquas etiam incidi, quae nihil aliud nisi deletum incisoris erratum portendunt. Antiquior caeteris Consulis M. Furii Camilli Scriboniani abolitio est Gr. 113. 1. quod epigramma Mazochius separatim dederat p. 49. sed ambiguitate non vacat. Geta praecipue, vel fratricidae iussu, vel in eius assentationem multoties erasus agnoscitur. In Graeca quoque Severi, & filiorum, & Iuliae Augustae honori dicata Getae cognomentum evanuit, ut in Mediceo Museo olim animadverti: quapropter mira mihi semper visa est eorum cogitatio, qui in Severi Arcu Getam Caesarem praetermissum fuisse volunt, & erasum nomen non Getae sed Plautiani privati hominis contendunt: ac si Caracalla, qui *si quis Getae nomen scripsisset, aut tantummodo pronuntiasset, occidi statim iubebat*, ut a Dione discimus lib. 77. in Arcu splendidissimo & in publicis monumentis aliis, id tranquille intueri umquam potuisset. Inter abolitos nemo Domitiano frequentius occurrit, cuius Senatus *eradendos ubique titulos* decrevit, & quod *infaustum vocabulum ex omni aere, vel saxo placuit eradi*. Erasum etiam fuerat e Gruteriana 244. 2. quamvis ibi colluceat, ut Mazochius, a quo caeteri exscripsere, docuit in Corrigendis. Hinc constat quam rara & magnificanda sit Claudiae Atticae inscriptio nostra, quae Senatus decretum elusit, & *Domitianum* $\overline{XI}$ *Consulem* magnis ostentat literis.

Svet. sub fin. Macr. Sat. 1. 12.

1



2



In eodem cippo. Maxentiana dum esset Verona, prima inscriptio sculpta. Cum deinde Crispus hac iter ageret post Alamannos devictos, columellam inverterunt, & Maxentii nomine in terram detruso, alteri capiti Crispi, & Constantini indiderunt nomina. Non in hoc tantum cippo haec obtigit contumelia Maxentio. Vide Gualtherii Siculas pag. 55. Eximii Norisius, & Tillemontius, cum ex alicuius schedis pro M. P. XI. legissent IMP. XI. undecimo victorem fuisse Maxentium credidere contra historiae fidem.

3

LARIBVS
AVGVSTO
RVM DO
MINORV
M NOSTRO
RVM ET CAE
SARVM

Dicata inscriptio aut post Constantium & Galerium *Caesares creatos* Diocletiano, & Maximiano imperantibus, aut postquam Caesares isti nuncupati fuerunt Augusti. *Creatis Caesaribus Severo per Italiam, Maximino per Orientem*, ut Victor docet in Epitome. Idem de Caesaribus animadvertit, quomodo Diocletianus *primus omnium, post Caligulam, Domitianumque, Dominum palam dici passus sit*. Gruterus 107. 2. hanc epigraphen cum alia commiscet.

4



Ab Urbe milliaria *novem*, & ut interpretor, *adhuc pedes quadraginta*: singulariae in alio milliario lapide haud visae.

D N

1



sic

2



Columna ex Africano marmore.

3

ORBIS . . . .
PIISSIMO . . .
AC FELICI . . .
FL.VAL.CO . . .
. . . .

4



Leges plures, Victor quoque & Sozomenus Iulianum III Consulem Caesarem vocant, cum hi marmorei testes Augustum iam praedicent.

5



Haec columna a Sirmione peninsularum ocello, ubi antiqua fuit iter facientibus mansio, Museum propediem accedet.

1



2



3



Ioviani unicus affertur titulus, in quo Gruterus, & Fabrettus perperam legunt DIV. pro D. N.

4



In aliquibus ex veterum epitaphiis solo I aliquando usos esse, ut denotarent ET, admo-
p. 113. net Philippus Bonarrotius in egregio Tractatu de Christianorum vasibus vitreis figuratis. At discimus e milliario hoc lapide *Magno Maximo*, *& Flavio Victori* inscripto, ad ET significandum lineola superposita I literam auctam fuisse.

Maximi, & Victoris nulla in magnis collectionibus habetur inscriptio, nec ullam exstare scimus praeter has duas, & Bononiensem aliam, quam primo ab ea Urbe lapide quatuor & triginta ab hinc annis exscripsi. Exhibeo, nam a Malvasia ita vulgata est p. 164. ut pro inedita haberi possit.

DD NN MAG . . .
ET FL VICTO . . .
FELICIBVS . . .
SEMPER AV . . .
BONO R P NA . . .

Qui addiderunt C, & *Magno Clementi* interpretati sunt, profecto aberrarunt. In altera eiusdem columnae facie:

D N FL VALERIO CO
NSTANTIO PIO FELI
CI INVICTO AVG FL
VALERI CONSTANTI D sic
IVI AGVSTI PII FILIO sic
BONO REIP NATO

Hor-



Capitolium Veronae fuiſſe cur admiramur? Civitates, in quibus, vel apud quas eminebat collis, praecipue ſi aedificio nobili ornatus, & auctus, ob quamdam cum Romano ſimilitudinem magnifica Capitolii denominatione utebantur. Svetonius: *Capitolium Capuae de Caelo tactum eſt*. Cal. 57. Narboni plura videtur Capitolia tribuere Sidonius Apollinaris. Videſis Veronae Illuſtratae P. 1. p. 121. In Marzagaiae Veronenſis, Antonii Scaligeri praeceptoris, inedito libro *de modernis geſtis* ad Valerii imitationem compoſito, *Civitatis Capitolium* etiamnum memoratur. Statuam, quae in colle, ubi nunc S. Petri arx diu iacuerat, ad Forum tranſferri Venetiae & Hiſtriae Conſularis iuſſit, in cuius medio ab aevo Theodoſii uſque in hanc diem feliciter ſpectatur. Translatio haec ſi docto ſuccurriſſet Fabretto, ad *Signa Translata* inſcriptionis cuiuſdam nequaquam haeſitaſſet, nec *quid ſibi velit ea clauſula*, profeſſus fuiſſet neſcire. p. 334. Epigraphen hanc protulit Gruterus 285. 2. alteri male connexam, & colligatam: quod auctarium cum amplexus eſſet P. Bandurius, atque inter Imperatoria numiſmata ita duplicatam iterum inſcriptionem proferret, *confictam* ſuſpicatus eſt. tom. 2. p. 430. A Gruteriana item editione deceptus Cardinalis Noriſius de Synodo V. cap. 4. *Sirmione ad Benacum*, ubi certe haberi Capitolium non poterat, monumentum extare putavit. Scaliger in praeclaro Indice Gruteriano Romanum Capitolium, & Forum, & Imperatorem Iulianum praepoſtere huic titulo immiſcuit: pag. 82. Diligenter adverte, quantum interſit monumenta huiuſmodi fideliter in manus hominum dare, & locum ſcire, & ipſa marmora inſpicere, & eorum contextum perpendere. De Valerio Palladio, ac de Venetiae Conſularibus aliis, & Correctoribus, & Comitibus vide Ver. Ill. p. 177. Statua translata, modo virilis eſſet, illuſtrem aliquem e noſtris referre, par eſſet credere, ſicuti de Orbilii illa, *Beneventi oſtenditur in Capitolio*, legitur in libro de illuſtribus Grammaticis.

1



PAuciſſimae profecto, nequid amplius dicam, Latinae inſcriptiones marmori conſignatae ſuperſunt, de quarum fide ambigat nemo, & hac noſtra vetuſtiores ſint. Atilius ſiquidem Saranus anno Urbis Varroniano DCXVIII Conſulatum geſſit, & ſubſequenti ad componendam inter Veicetinos, & Ateſtinos de finium controverſia litem a Senatu miſſus Pro Conſule fuit. Ipſum, quem proconſulari auctoritate ſtatuit; ingentem, rotundumque terminum, a Leonico Comitis Hippolyti Bevilaquii munere advectum in Muſeo ante oculos habemus. Editum quidem epigramma pluries, ſed inculpatim numquam. Gruterus *Serranus*, *S. C. Iuſſit*. Urſinus *Fines Poſuit*; & *Seranos* item adoptavit, cum ipſi Conſulares nummi, quos exhibet, *Saranum* habeant. Ita & in Cicerone de Haruſp. reſponſis ſcribendum, ubi *Sex. Sarrano*, vel *Serano* legimus. Noriſius Cen. Piſ. Diſſ. IV. c. III. Gruterianis ſcripturae aberrationibus *Veicentinos* addit: quod ethnicum nomen etiam in Novo Theſauro ita ſcribitur, quamvis e *Verona Illuſtrata* tranſcriptum, ubi *Veicetinos* legitur. *Vicentiae* item extare praemittitur, quamvis *Vicetiae* fuerit numquam.

Quae de regionum noſtrarum Reipublicae Romanae tempore conditione, ac ſtatu pauca [Ver. Ill. luſt. p. 50.] huius inſcriptionis verba nos doceant, innuere curavi, cum illam ante aliquot annos proferrem. *Senati* pro *Senatus* gignendi caſu. At Quin- [l. 1. c. 6.] tilianus: *quid de aliis dicam, cum Senatus ſenatus ſenatui, an Senatus ſenati ſenato faciat, incertum ſit?* [cap. 7.] *Iuſit* pro *iuſſit*: at idem auctor: *ſuperiores etiam illud, quod nos gemina ſ dicimus, iuſſi, una dixerunt, iuſi*. Sarani aetate ita ſcribi conſueviſſe, mire confirmat decretum anno DCXXXVII latum de controverſiis pariter finium: namque in eo ii ad quos ſpectabat, *ex Senati conſulto terminos ſtatui iouſerunt*. Vide Gruterum pag. 204. v. 3. & 4. Antiquiſſimi raro geminabant. Veteres *Sueſſae* nummi *Sueſano* habent.

2

v. TI. LATINIVS. TI. L. DORI..
Θ. AGRASIA. T. L. RVFA
HOC. MANSVM. VENI. IIII. K. SEPT
P. SVLPICIO. C. VALGIO. RVFO
CONSVLIBVS

Conſules vides anni ante Chriſtum natum undecimi, Urbis DCCXLII. iuxta Varronianum computum, quem recte obſervavit Card. Noriſius adhibitum fuiſſe in publicis monumentis ſignandis: Capitolinus anno uno praevertit. De his Conſulibus vide Panvinium in Faſtis, qui Valgii cognomen etiam ſine hoc lapide reperit, illudque Sulpicii, quod heic reticetur, probe conſignavit, addiditque: *Hic eſt Sulpitius Quirinus, qui Conſularis dicitur a Ioſepho Ant. l. 17. c. 1. Syriae Legatus, quo tempore D. N. I. C. natus eſt, de quo S. Lucas mentionem facit, quum ait: haec deſcriptio prima facta eſt a Praeſide Syriae Quirino*. Typographi incorrecte *Cyrino*, & Κυρινίου cudunt. [Luc. 11.] Qui Dionem in Latinum vertit, Sulpicio adiecit [lib. 54.] de ſuo *Quirinium*: quam inflexionem gentilitii nominis propriam Lipſius Tacitum illuſtrans, Noriſius noſtras in Cenotaphiis, Pagius in Apparatu, aliique perperam amplexi ſunt.

Hoc manſum, ſcilicet huc, ut hic manerem, veni. Solet populus hodie quoque o pro u libenter efferre. *Hoc tunc ignipotens*, Virgi- [Aen. 8. 423.] lius quoque videtur dixiſſe; namque ibi Servius: *hoc pro huc poſuit ſecundum antiquum morem, nam ante, hoc adverbium loci fuit*. Veni *manſum*, ut Horatius, *Hic ſponſum vocat, hic au-* [l. 1. ep. 2.] *ditum*. In *Antiquitatibus Italicis* tom. 2. p. 1010: improbatur explicatio ab alio editore allata: *manſum ideſt curia, vox barbara*: & quod ego mul- [Ver. Il-luſt. p. 327.] to ante tradideram, recitatur. At nollem de hac voce additum fuiſſe, *originis fortaſſe Germanicae*: nam *maſſas* memoravit iam a quinto ſeculo Caſſiodorus, & vocabula *manſum*, *manſio*, [Var. l. 8. 15.] ac ſimilia quis non videat a verbo *maneo* legitime progenita? *Manſum certus agri modus cum loco manſionis*: Ferrarius in Originibus.

Ante annos aliquot fuit qui nunciaret, typis alicubi liberculum eſſe datum, in quo inſcriptionem hanc ab extrario, qui ad lapidum collectionem viſendam acceſſerat, arreptam fuiſſe, & in perulam coniectam clam aſportatam. Magis ridiculum dici poterat nihil; lapis enim, ut cuiuſcumque oculis patet, pedem Veronenſem cum dimidio eſt latus, ita ut neque Goliath gigantis perulam eum continere potuiſſe conſtet. Apage plebeias ſpecies. Conviciatori bonus Deus parcat, ut laceſſitus pepercit.

L. VIB

1

L. VIBIVS. VISCI. L. NYMPHODOTVS

BERGIMO VOTVM

C. ASINIO. GALLO. C. MARCIO. CENSOR

COS

L. SALVIO. APRO. C. POSTVMIO. COSTA

II. VIRIS. QVINQVENNALIBVS

Consules istos anni DCCXLVI Dio, Plinius, Censorinus, & alii recitant. Incognitum diutissime omnibus fuit, ubi marmor hoc delitesceret, cuius epigraphe ex incorrectis schedis prodierat. Protulerant Vinaccesius pessime in additione ad Rubeum, Fabrettus, & Turrius e schedis Barberinis non sine vitiis. Accidit autem multis ab hinc annis, ut Brixiae cum essem, in arcem me voluptatis caussa amici deducerent, ubi in quodam angulo tria inscriptionis alte terra obtectae verba conspexi; agnovi statim, & comitanti, amico atque eximio viro, Canonico Galeardo statim indicavi. Edita exinde est sed item imperfecte, & cum *Viscilin. Ariodotus* pro *Visci L. Nymphodotus*. Cum vero post recentem illius Castri ruinam petra illa inter rudera apparuisset, qui Castro tunc imperitabat, ut ad collectionem nostram augendam transmitteretur iussit. Bergimus ergo Clesium traiecit, cuius aqua antiquitus illius auctoritatem, & cultum una cum Cenomanorum Gallorum ditione terminabat.

2

EX PRA VLPIAE ACCE

PTA PAE ET APR COS

3

TATILTITMSQVILGACOS

EX PR Q SER PVD FMMV

4

TATILTITMSQVILGACOS

EX PR Q SER PVD FMMV

Non pauci ex quadratis Romanorum lateribus reperiuntur figlinarum signis, & aliquando Consulum nominibus impressi, in orbem ut plurimum, vel etiam directe extantibus literis. Decisa e lateribus literata parte, titulorum non inutilis constituitur species, qua ad Consularem chronologiam resarciendam usus ante alios Panvinius est, deinde Norisius, & Fabrettus, qui multas paginas doliariis huiusmodi notis implevit. Fabr. cap. 7. In his nostris *Pae*, & *Apr.* Q. Arrium *Paetinum*, & T. Ventidium *Apronianum* connotant, ut in tertio ex æreis typis legitur, qui anno Christi CXXIV Consules processerunt. Processerunt anno CXXXV Servianus tertium, & Varus; atque an. CLXII Antoninus III. & Verus II. hoc est M. Aurelius Imperator, & Verus Aelii Caesaris filius, cuius nomina sic recitat Capitolinus, *L. Ceionius Aelius Commodus Verus Antoninus*. Binae, quae iisdem Consulibus exhibentur, easdem omnino literas continent, quamvis a Fabretto pluribus diversis afferantur. Sed nullum hic ex Villia gente Consulem agnosco, nam si *Villio* legimus, literis M. & S. praecedentibus quam significationem apponemus? lego *T. Atilio Titiano M. Sempronio* (vel gentilitium aliud appinge ab S incipiens) *Quilga Consulibus* suffectis, & sine doliari hoc opere ignotis. Forte etiam *Marco Squilga*, gentilitio suppresso, ut quandoque in aliis. Figlinum opus affert Fabrettus *Severo*, & *Stloga Cos.* p. 510. Si *Squilla* legeretur pro Squilga a pisce noto, quem Plinius, & Horatius nominant, desumptum diceremus cognomen, cum ab animalibus saepe desumerentur.

In honesta Missione quam vidimus Consules habemus sub Galba suffectos, quos alibi frustra quaeras. Circensem suo loco videbimus, quam in Ver. Ill. P. 1. dederam. Consules in ea laudantur *Appius Annius Gallus*, & *L. Verulanius Sev.* Gallus anno Chr. CIX. tribuitur: collega Severus, vel Severinus, vel Severianus eius lapidis beneficio de novo prodit. Ad hanc diem nonnisi Gallum, & Braduam novimus, sed modo Braduae subrogatum fuisse videmus Severum. Cassiodorius Africanum, & Crispinum subiicit: tamquam substitutos Panvinius accepit: verumtamen cum Palmam, & Tullum omittat, videtur horum loco antedictos duos Senator enunciasse.

Diplomatum historiam cum traderem in *vetustissimo omnium*, quae celebris P. Mabillonius usquam viderit, *authentico instrumento* admonui, Re Diplom. Suppl. p. 9. & 89. ubi ille *Cons Maximi reg patri* legerat, revera haberi *Conss Maximi ter & Pateri*: perperam ergo vulgares Fasti *Maximus II. & Paternus*. Cum vero Maximus Consulatum tertium cum Paterio inierit, monui pariter, ad annum CCCCXLI. Ist. Diplom. p. 117. ubi plures Codicis leges, Cassiodorius, Marcellinus, alii, Cyrum tantummodo orientalem Consulem signant, discere nos a monumento certissimo, Maximum II supplendum esse. Enim vero eo temporum tractu neque vacavit Consulare fastigium, neque ab uno tantum occupatum est. In Novo Thesauro binae inscriptiones afferuntur ad persuadendum, eo anno p. 405. dici

dici consuevisse, *post Consulatum Valentiniani, & Anatoli*, quod Scriptoribus, & monumentis omnibus adversatur. Inscriptiones illae sub iis Consulibus exaratae sunt, & praepositione *post* non sine errore ab interpretantibus auctae.

Paulo ante memoratum, simul cum aliis quatuor papyro Aegyptia pariter exaratis documentis, quae diutina perquisitione inveneram, & acquisieram; Bullam item, quae Florentini Concilii decretum continet cum Imperatoris miniata, & cum Graecorum Episcoporum subscriptione authentica, Romam misi, ut in Vaticana Bibliotheca perpetuo custodiantur: neque enim privatorum larium vicissitudini monumenta huius pretii relinquenda reor. De Bullae exemplari rarissimo vide quae dixi, nova S. Irenaei nomine fragmenta edita excutiens in Opusculis *Theologicae Historiae* adiectis pag. 53.

EBurneum Dypticum vides amice Lector, quod ad hanc diem viderat nemo, nec fando quidem audierat. Altera tantùm est ex iis tabulis, quae ostentabant *rutilum caelato Consule nomen*. Inter lapides collocavi, sed ita ut in cubili Consul sedeat, chrystallo anteposita, quae ab omni eum iniuria defenset. XIV aliis, quae doctorum hominum opera iam nota sunt, hoc adiicere poterit Cl. Gorius, qui omnia in unum colligere sano consilio cogitat. Aliquot ex iis infortunium idem ac nostro contigit, nempe ut non nisi dimidiata supersint. Cum tabella altera quae periit, Consulis nostri nomen evanuit. Argumentum istud Philippus Bonarrotius tam docte exhausit, ut non multa esse, quae opportune addi possint, videatur. De hoc ipso tamen clarissimos Leichium, & Hagenbuchium, ingenio, & eruditione praestantes in Germania viros scripsisse nuper, vel in praesens scribere, laetus libens audio. Singulare quid in nostro habetur, quod in alio nullo conspicere memini, nempe Consulare capitis ornamentum, cuius simile nec numismata, nec monumenta quaevis exhibere puto. Tres etiam προτομαὶ, ac tria supra scipionem capitula, loco *volucris, sceptro quae surgit eburno*, speciatim observanda sunt. Consulis familiam designari puto. Ego quidem recentium quarumdam lucubrationum occasione, quae in praeclarum doctissimi Cardinalis Quirinii cimelium perscripta sunt (cum figura, materia, & specie consimile sit, δελτίον δίπτυχον, ut Herodoti verbis utar, illud quoque appellari potest) multa congessi, quae si dabit Deus, ut de Antiquitate Figurata aliquando perficiatur opus, proferre non praetermittam.

(Claud. Sul. l. 3.) (Iuv. Sat. 10.) (lib. 7. in fin.)

Duplicis generis fuere Diptycha, Consularia nempe, & Ecclesiastica. Verum pluries accidit, ut Consularia Christiana fierent, interiores enim facies *duplicium elephantinarum tabellarum* (ut eas Graece vocavit Libanius) cum vacuae apparerent, ac nitidae, Episcoporum nomina, vel defunctorum sanctitate illustrium inscribere volentibus inserviebant optime. De ecclesiasticis Diptychis vide inter alios Card. Norisium de Synodo V. c. 5. itemque si placet Veronae Illustratae pag. 208. Consulare in ecclesiasticum conversum humanitate summa ostenderunt aliquando mihi Canonici Novarienses, quod iure merito thesauri loco custodiunt. Exterius Consul apparet, non sedens, sed ut heic exhibeo, nec maiori amplitudine. Mappam tenet, *quae signum dare videtur Circensibus*, ut Cassiodorius ait. (Var. l. 3. Ep. 51.)

Spatii reliquum foliacea ornamenta nec inscite ducta, ac delineata complent. Interius in priori facie *Incipiunt nomina Episcoporum. S. Gaudentius sedit annos XX. S. Agabius* &c. Praesulum XL sequuntur nomina pagina prima literis uncialibus, secunda minoribus, & variis. Inter Victorem, & Pacatianum Honoratus non habetur. Pro *Hilario* scribitur *Filakrius*.

VINI COM DOMESTIC EQVIT
ET CONS ORD





1

L . RAGONIO . L . F
PAP . VRINATIO
LARCIO . QVINTI
ANO . COS . SODAL
HADRIANAL.LEG
LEG . XIIII . GEM . DONIS
MILITARIB . DONAT
AB . IMP . . . .
ANTONINO . AVG . PRO
COS . PROVINC . SARD
IVRID . PER . APVLIAM
PRAEF.FRVM.DAND
PRAETOR.AEDIL . Q̄
PROVINC . AFRIC
SEVIR
CHRYSOPAES . EVTY
CHES . . . . . .
SERVI
DOMINO. OPTIM

EXimia haec omnium oculis nunc expoſita inſcriptio errores auferet plures. Eam vulgavi ſtatim ac haud procul a Civitate Tarviſio re-
359. 2. perta fuit. Repetita eſt in Novo Theſauro; ſed quae ex ſchedis ibi ſubduntur PL.& PR. PR. reiice. Additum etiam eſt COMMODO, ſed
Gr. 45. 9. ex conſimili Gruteriana, in hac enim noſtra nomen eraſum ab antiquo eſt. Quintianus hic Conſulatum cum Severo geſſit anno Chriſti CCXXXV. nec tamen ſequitur eodem ipſo elogium ſculptum fuiſſe, munera enim in eo recenſentur, quae tempore procedente ſuſtinuit. Illi, quam Panvinius eiuſdem viri dedit (Cyriacus vero nequaquam, ut ex editis conſtat) poſtremos verſus detrahe, librarii, vel typographi errore a fine alterius inſcriptionis illapſos. Nec tamen emendatior eſt a ſchedis in Novum Theſaurum translata, nam Praefectus ibi non iuri dicundo eſt, ſed F. D. hoc eſt *frumento dando*: iis quae ſequuntur fides pariter nequaquam habenda.

Dixi nuper, Quintianum noſtrum anno CCXXXV Conſulatum cum Severo geſſiſſe, quod Faſti, & monumenta docent; vide Relandum. Cl. Muratorius ſub hac inſcriptione: *vix ad huius anni Conſulatum trahas L. Ragonium Quintianum:* deinde, *ſi legitima eſt Gudiana inſcriptio, hoc anno proceſſiſſe videntur Conſules Alexander Severus, & Marcellus.* Gudiana inſcriptio ſatura eſt, diverſa complectens fruſta: Conſules importune adiecti, & inerudite, nam Alexander Severus in ea dicitur, qui apud antiquitatem callentes Severus Alexander eſt. At legitima inſcriptio ſit; quid hoc facit ad eos Conſules anno CCXXXV adſignandos? profecto nihil: anno CCXXVI vir idem doctus recte paulo ante tribuit. Ab epigraphe, quam inter Gal- 356. 2.
licas antiquitates edidi, *Aufidium* Marcellum alterum ex his vocandum etiam coniicit, ſed revera ex interciſis praecedentibus literis Severus Alexander erui nequit. Neſcio etiam quo paroramate inſcriptiones duae, quarum unam Monſpelii me exſcripſiſſe monui, alteram Lugduni, in unam ibidem conflatae ſint. Caeterum XLII annorum ſpatium non obſtat, quin potuerit Quintianus vixiſſe ſub Commodo, & anno CCXXXV faſcibus honorari. Praeterea marmori noſtro Caracallae nomen incidi etiam potuit, qui & a Scriptoribus, & a lapidibus M. Aurelius Antoninus haud infrequenter dicitur: nec deſunt marmora, in quibus Caracallae nomen eraſum fuerit.

2

Q . CAICILIO
CISIACO . SEPTICIO
PICAI . CAICILIANO
PROCVR . AVGVSTOR . ET
PROLEG. PROVINCIAI
RAITIAI . ET . VINDELIC
ET . VALLIS . POENIN . AVGVRI
FLAMINI . DIVI . AVG . ET . ROMAI
C . LIGVRIVS . L . F . VOL . ASPER
Ɔ COH . Ī . C R INGENVORVM

Vallis Poenina (ſic in marmore) quae hic memoratur, in nullo, quod meminerim, Auctore hoc nomine reperitur. Cum Raetiae, & Vindeliciae contermina eſſet, vel Vallis Telina ſic olim appellata fuit, vel is tractus intelligi debet, qui ſub Peninis incipiens alpibus, uſque ad Vindeliciam porrigebatur: populi Vallenſes inclinato aevo dicti. Sub eodem Valais.
Praeſide regiones haſce aliquando fuiſſe diſcimus, & diſcimus poſt Antoninos diſtinctas fuiſſe provincias Vindeliciam, & Raetiam. Cohors civium Romanorum Ingenuorum in hoc unice lapide occurrit. Sic appellabantur, opinor, cives Romani non facti ſed nati. Videſis quae de hac egregia inſcriptione, in montano Veronenſi territorio olim reperta, Veronae hiſtoriam perſcribens dixi.

1

. . . . F

Q . A S C O N I V S

GABINIVS.MODESTVS

PRAETOR.PROCOS

PRAEF. AERARI.SATVRN

DEDIT

Gruterus, aliique inter votivas recensent, quia *Saturno* legunt, opinantes Saturno dari: sed *dedit* heic *aedificavit*, hoc est aedificari iussit, & pecuniam ut aedificaretur obtulit, significat, sicuti *Turres Dedit* in Augusti quam vidimus. Saturni aerario Praefecti noti & aliunde sunt.

2



Sevirum Augustalium honorem non perpetuum sed temporarium fuisse, aliquae inscriptiones docent, quae *iterum*, & haec quae *bis Sevirum* appellant. Felicissimus *item* fuit *Quinquennalis Laurentium Lavinatium*, & *Quinquennalis corporum Vinariorum*, *urbanorum*, & *Ostiensium*. Vulgavit Fabrettus pag. 402. sed in arcula haberi nequaquam monuit. *Quinquennalis Laurentium Lavinatium* habetur & in Gruteriana 156. 7. Caeterum quinam essent Laurentes Lavinates nondum vidi qui exquirerent, nam *oppidum Lavinium* memorant Livius & Varro, & *oppidum Laurentum* Plinius tamquam diversum.

3

L . AVFILLENVS

ASCANIVS

VI . VIR . II

CLA . ET . AVG

SIBI . ET

CATIAE . T . F

RHODAE

VXORI

En alium *Sevirum iterum*. Marmor ab Avio Dioecesis Veronensis, & ditionis Tridentinae pago ad Museum nondum accessit. *Sevir* iste non *Augustalis* tantùm, sed & *Claudialis* fuit. Augustales Seviros non iuri dicundo ordinatos, sed Sacerdotes fuisse in Augusti honorem institutos Norisius nostras adversus Reinesium, aliosque ostendit in Cenotaphiis: quam sententiam multo magis firmat hic lapis; neque enim Sodales tantùm, & Flamines, sed Seviros quoque non Augustum solum, sed & Imperatorem Claudium habuisse, docet. Idem docet M. Clodius M. L. Sabinus VIVIR CLAVDIAL. cuius epitaphium in Bononiensi doctrinarum, & artium *Instituto* servatur, a Malvasia iam editum. Seviros suos habuit & Vespasianus, nam in Gruteriana XCVI. 10. Caesius VIVIR FLAVIALIS occurrit: & in XIX. 7. Primigenius SEX. VIR. II. AVGVSTALIS. ET. FLAVIALIS. Non dissimulabo, aliter explicari inscriptionis nostrae compendia in Novo Thesauro, sub ea enim haec legas. *Hic fuisse mihi creditur Sevir Clarennae, & Augustae Vindelicorum secundum*. 2049.5.

4

C . V E T T I D I O

C . F . T R O

M A X I M O

EQVOM.PVBLICVM

H A B E N T I

PONTIFICI. II VIRO

II VIRO.QVINQ

PATRONO.COLON

P A T E R

Haec & subsequens Tromentinam tribum praeseferentes e Dalmatia advenere. Pro *Decuriones & Pleps* Gruterus *Decurionis Lepiefs* 84. 6. Subter adnotatur, coniecisse (certe parum feliciter) Reinesium, legi debere *Lebactes*.

Q . ASI-

1

Q . ASISIENO . Q . F
TRO . AGRIPPAE
AED . II VIRO
PONTIFICI
EX . AERE . CONLATO
DECVRIONES . ET PLEPS

2

CALPVRNIA
L . F . PRISCA
SIBI . ET
L . CALPVRNIO
QVADRATO . PATRI
VALERIAE . C . F
SECVNDAE . MATRI
L . CALPVRNIO
PVDENTI . FRATRI
IIIIII . VIR . AVG

3

SEX . SALANIO . SEX . F . POB
MANDATO . VIRIANO
IIIIII . VIR
V F

. . . .

PACO . . . . . SEX . F
PAVLLAI . VXORI
SEX . VIRIO . SEX . F
MERCATORI
. . RIAI . SEX . .
BERVLLAI
PLACIDO
CONSERVATORI
P N

4

Q . OCTAVIO
ANEMO
VI . VIR . AVG
M . GAVIVS
IONICVS
AMIC . OPTIM

5

C . VIRACIO
LONGINO
VI . VIR . VERON
ET . SALIO . ET
QVINTIAE . P . F . QVINTAE
C . VIRACIVS QVINTINVS

E longinquo protracta petra eſt non exiguae
molis, quamvis *inſcriptionis fragmentum* Fabrettus p. 116.
vocet, qui mancam accepit, & ob eam Salios Ve-
ronae aſſeruit. *Salius* quidem poſſet & nomen
eſſe, heic tamen pro Sacerdote malim accipere.
Romae Numa *Salios XII Marti Gradivo legit*, & Liv. lib. 1.
in urbe *Palatini*, & *Collini* permanebant, ut
Halicarnaſſeus tradit; ſed fuere & *Albani*, qui lib. 2.
Albæ commorabantur, etiam poſtquam Al-
ba diruta fuit, nam Templum remanſit. Stra-
bo : κατεσκάφη πλὴν τȣ̃ ἱερȣ̃· Poterant ergo & ex-
tra urbem Salii Martiales haberi. Praeterea non
omnes Salii Marti erant conſecrati: fuere &
qui Imperatorum honori eo nomine dicarentur,
niſi me Spartianus decipit, qui de Caracalla in-
dignabundus : *inter Deos relatus eſt*: deinde,
habet Templum, *habet Salios*.

6

L . ANNIVS
GENETIVOS
DECVR . VERON
SIBI . ET . L . ANNIO
HARPALO . ET
ANNIAE . GENESI
PARENTIB . ET . L . ANNIO
MARCELLINO . FRATRI
ET . VALERIAE . PHOEBADI
VXORI
QVAE . FACIVND . CVRAV

Peſſime Reineſius dederat e Langermanni ſchedis.

C . CAL-

1

C CALVISIO
C F POB
STATIANO
POPVLI
ADVOCATO
AB EPISTVLIS
LATINIS
AVGVSTOR
VERONENS
PATRONO

Advocati populi munus, quod nuſquam occurrerat, ex Atheſis profundo paucis ab hinc annis emerſit, & in ſecunda Antiquitatum Galliae editione ſtatim prodiit.

2

HONORI
M·GAVI·M·F
POB. SQVILLAN
EQ PVB. IIII. VIR. I. D
IIII VIR A P V B
CVRATORI VICETINOR
APPARITORES ET
LIMOCINCTI
TRIBVNALIS EIVS

Aenea, & pulcherrima tabula, cuius praecipue deſiderio Muſeum quoddam integrum ducatis Venetis CCCC comparavi. Gaviorum nomen, tribuſque Poblicia Veronenſem oſtendunt hominem. Gruteriana 326. 8. *M. Ennius M. F. Men. Vicetinus*: exinde, *Decurio Vicetiae*. Tribum Meneniam vides, qua cenſebantur, & orthographiae rationem. Gavius inter officia caetera Vicetinorum Curator fuit: ſed non ex eo Veronae iuriſdictio aliqua in Vicetiam arguenda, neque enim huiuſmodi ulla erat unius Civitatis erga alias praelatio. Capitolinus in M. Aurelio: *Curatores multis civitatibus e Senatu dedit*. Lampridius in Alexandro: *Fecit Romae Curatores Urbis quatuordecim*: illos *audire negotia urbana cum Praefecto Urbis iuſſit*. Antiqua lex a Tullio relata. *Sunto Aediles Curatores Urbis, annonae, ludorumque ſolennium*. Caſſiodorus in Formula. *Illius Civitatis curam ad te volumus pertinere ut laudabiles ordines Curiae ſapienter gubernes: moderata pretia ab ipſis quorum intereſt, facias cuſtodiri: non ſit merces in poteſtate ſola vendentium*. Plurium Civitatum Curatores ab inſcriptionibus exhibentur.

de Legg. l. 3. Var. l. 7. 10.

Quatuorviri iuri dicundo alia erat dignitas a *Quatuorviris Aedilitia Poteſtate*. Scite poſt honores omnes tamquam quid maius *Vir Bonus* nuncupatur. Eius honori hoc ſtatuerunt elogium miniſtri, qui tribunali apparebant ſuo, & mandatis praeſto erant. *Limocincti* dictio ante hoc epigramma viſum ignota. Cogitaveram prius, num *linocincti* legendum eſſet, ſicut apud Homerum λινοθώρηκες, *lineo thorace induti*. At Servius *limum* veſtem fuiſſe docet, quae habebat *in extremo ſui purpuram limam, ideſt flexuoſam, unde & nomen accepit, nam limum obliquum dicimus*. Tiro autem apud Gellium: *licio transverſo, quod limum appellatur, qui magiſtratibus praeminiſtrabant, cincti erant*. Squillianus apud omnes Squillanus eſt, quia I literam ab L exeuntem non agnoverunt. Cognomentum Reineſio non placuit, deque eo mire ſic decrevit: *non utar ambagibus: Squillanus eſt Exquilianus*. Hanc æream tabulam ante annos CL Canonicus noſter Caeſar Nicheſola poſſidebat, de quo vide Ver. Ill. P. 2. p. 224. Patavium deinde tranſmiſſam. Nefas eſſet in hoc opere viri illius non commemorare nomen, qui inſcriptiones xxx circiter quas collegerat, & in villa ſua ornatiſſima Pontoni habebat, Academiae noſtrae legavit; cum ab iis ego primam praeſentis Muſei conſtruendi cogitationem, conſilium, deſiderium hauſerim.

Il. B. ad Aen. l. 12. v. 120. Gell. l. 12. c. 3. p. 418.

3

P GRAECINIO
P F POB
LACONI
ORNAMENTIS
CONSVLARIBVS

Ornamentis Decurionalibus augebantur quidam, qui Decuriones non erant, ut docere lapides monui; Conſularibus quoque. Cuiuſmodi autem, & quaenam haec fuere ornamenta? plura in hoc Muſeo marmora oſtendunt, oculiſque ſubiiciunt. Faſces ſcilicet, & ſella maxima, ſeu thronus Conſulum proprius. Nondum hoc in editis viſum aut adnotatum eſt; ſed Conſularem thronum ter aſpice in tabula proxima. In alia etiam erat a Caroto edita, quae non reperitur amplius. Pauci autem pro throno agnoſcerent ob ineptum figurationis modum. De hoc ſermo habebitur, cum de figuratis antiquorum operibus pertractabitur. Animadvertas velim, Conſularibus decoratum ornamentis hominem fuiſſe, quandoque verbis, quandoque figuris tantum indicare veteres conſueviſſe. Caeterum de tribus legionum Legatis poſt rem bello bene actam *Conſularibus ornamentis* Romae donatis meminit Tacitus. De Tatiano ex praefecto Praetorii *ornamentis Conſularibus praedito* Spartianus in Adriano. Ann. l. 17.

I



2



3

4

5

sic

6



Cignaroli dis:

Fr: Zucchi scol:

1

. . . AI . Q . F . PRIMAI . VXO . L . F . MARTIALI . IIII . VIR . . .

Quintilianus l. 1. c. 7. *Ai syllabam, cuius secundam nunc e literam ponimus, varie per a, & i efferebant.*

2

TVRPILIO . Q . F . POB
...NGO . IIII . I . D . AVO

TVRPILIO . Q . F . POB
MACRO . FRATRI

TVRPILIA . Q . F . SECVNDA

3

. . . CASSI . . .
. . . F . POB . . .
. . . LVIO IIII V . . .
AEDILIC . POT . . .

4

Stylobates quadrifrons ab omni parte inscriptus.

AVENIAE
BASSARIDIS
FILIAE OPTIM
M GAVIVS
CORNELIVS
AGATHEMER
AVENIANVS
OMNI INIVRIA
DEBILITATVS

VIXIT ANN
XXV MENS IIII
DIEB XIIII
OMNI SENSV
VITA PIETATE
PERFECTISSIM

ΘΕΑ
ΧΑΡΙC
ΒΑCCΑΡΙC

MANVMISS
ALVMNA ANN
IIII DIER XVII A
M AVENA MACRO
SPLEND EQ R
OMNI HONORE
FVNCTO

5

Q . GAVIVS . Q . F
AQVILA . DECVRIO
TR . MIL . A . POPVLO
HORTIA . C . F . SECVNDA
V X O R
GAVIA . . . FILIA

T. Livius lib. 9. *Duo imperia eo anno* (Urbis CCCCXLIII) *dari coepta per Populum, utraque pertinentia ad rem militarem: unum, ut Tribuni militum seni deni in quatuor Legiones a Populo crearentur: quae antea perquam paucis suffragio populi relictis locis, Dictatorum, & Consulum ferme fuerant beneficia.* Reinesius *Aquila* in *Aquileiae* mutare studebat, & *Hortia* in *Horatia*: nulla dictio apud illum in tuto est. p. 419.

6

P . BAEBIO . P . FIL
POB . TVTICANO
TRIB . MIL . A . POPVLO
PRAEF . EQ . PROLEG
PONTIFICI . IIII VIR
PLEBS . VRBAN
PERMISS . DEC

Militaria, sacra, & iuridica munera Tuticanus aliquando susceperat. Animadvertas, plebem urbanam municipiorum in corpus coaluisse a Decurionibus distinctum.

1

C ATTIO
C FIL POB
ALFIANO
LVCILIO
RVGAE
PRAEF COH II
RAETORVM
LVTONIA FESTA
MATER
L D D D

2

. . . .
TI . F . QVIR . ALPINO
PRAEF . ALAE . GALLIC
TRIB . LEG . II . AVG
PRAEF . COH . II . PR
DON . DON . BELLO . GERM
CLAVDIA . TI . F . MARCELLINA
MARITO . OPTIMO

3

Q . CAESIO . Q . F
POB . SIGNIF
M . CAESIO . Q . F
POB . VETERANIS
LEG . XIIII . GEMIN
Q . CAESIVS . Q . L
PRIMVS

4

D M
L . CAELI . ARRIAN
MEDICO . LEGIONIS
II . ITALIC . QVI . VIX . ANN
XXXXVIIII . MENSIS . VII
SCRIBONIA . FAVSTINA
COIVGI . KARISSIMO

Non *Arrioni*, ut in Novo Thefauro corrigitur.

5

M . ADVRIO
M . F . POB
EXPECTATO
VETER . AMIC
BENEMERENT
SEX . VARIVS
PEREGRINVS
V F

6

P . ASINIVS . L . F
BALLISTA
VETERAN
LEG . XV . APOLLIN
SIBI . ET
. . . .

Eft bifrons.

7

D M
M . COELIO
M . F . FL
HOMVLLO . SOL
MIL . FR . LEG . VI . VIC
. . . .

Homullus Legionis fextae Victricis Frumentarius e Solva venerat Norici oppido, quod Vefpafiano ita addictum fuit, ut a Plinio Flavium Solvenfe nominetur, ac fi Flavium nomen, & Solvenfe epitheton effet. *Flavia Solva* habetur in integerrima, quam videbimus, Mufei Vindobonenfis. Mirum eft in epigraphe noftra, *Flaviam* a Solva diduci, & in fitu, quo tribus ponuntur, collocari. Flaviam tribum ab hallucinatione aliqua confimili apud aliquos, & apud Panvinium quoque, ortam fufpicor, nam Gruteriana 566. 5. *Flavia Spectatus Sifcia* de Flavia Sifcia pariter intelligi debet Pannoniae Civitate. *Domo Fl. Sifcia* Grut. 1090. 13.

De Fefti Centurionis fchemate Deo favente alias pluribus. Virdomari nomen tam nitide fcalptum, prifcifque Scriptoribus non ignotum, cur tam mifere corruptum in quibufdam editionibus fpectamus? Propertius:

vafti parma relata Ducis
Virdomari; genus hic Rheno iactabat ab ipfo.

Miffícius eft honefte a militia miffus. *Miffícium Praetorianum* memorat Svetonius in Nerone. Militaverat nofter in Ala Claudia Nova, cuius in hac tantummodo epigraphe mentionem haberi opinor.

I

2

3

4



5



Cignaroli dis:

Q 3

Fr. Zucchi Scol:

1

D . M
TI . CLAVDIO . TI . F
FABIA . FESTO . BRIXIA
MIL . COH . Ī . PR . >
VETTI . VALENTIS

2

D . M
C . MESSI . VERECVNDI
MIL . CHOR . III . PR . > . LAELI
QVOT . HERES . EIVS
FACERE . NOLVIT
AVL . VETTIVS . SVPER
CONMANVPLARIS
EIVS . FECIT . CVI . LEGA
VIT . HS . ∞CC . N
MIL . AN . VII . V . AN . XXV

Super non verbum mutilum, sed cognomentum est: apparet ex Gr. 128. 1. ubi Caninii cognomen in R desinit. *Conmanipularium pectora* in editis Taciti: marmor diverse profert. Hist. 4. 46. Quod heres facere noluit, legatarius fecit. Sestertios Nummos, aut duo millia Nummum.

3

D M
L GAVIO MAXIMO
VETERANO . COH XI VR
CONIVGI B M IT I VIPSA
NIO . . . . PIISSIMO
sic VI . . . . SIBIOST . . .

Sibi Posterisque.

4

D . M
C . BVRCHI IOVINI
MIL . COH . VI . VIG
CORNICVLARIO TRIB
SVCCESSVS . COGNATO
BENEMERITO FEC

Burchia gens haud innotescebat, nec Vercobia, nec Argentasia, quae consequuntur.

5

D . M
T . SATTIO . SAT . . . .
MEDIOLANI . MI . . . .
VIIII . PR . > . SABIN . . . .
ANN . VII . VIX . ANN . . . .
H . B . M

6

Q . MODIO . Q . F
POLLIA . AMO
MO . PARMA
MIL . COH . VIII . PR . >
NEPOTIS . MIL . AN
XVI . VIX . ANN
XXXIIII . GAVIVS
SEVERVS . AMICVS
FECIT

7

DIS . MANIBVS . TERTIVS
VERCOBIVS . SVRVS
ARNIESE . CREMONA
MIL . COH . X̄Ī̄Ī . VR . > . ROSCI
MIL . AN . VII
VIX . AN . XXVII
POSVIT . AVLVS . CAESSEN
NIVS . PVDENS . FECIT

Tertii praenomen animadverte. *Arniese* populari pronuntiatione pro *Arniensi*. Militares istac fere omnes de novo proferuntur, & praeclara continent.

8

D . M
ARGENTASIAE . NYMFICE
NI . SEPTIMIVS . EVTYCHI
ANVS . MIL . CHO . XIIII . VRB
CONIVGI . B . M . F . VIX
ANN . XXXX

T Nu-

1

... VS . T . L . NVMENIVS ...
.. R . AB . EXERC . CORON . AVR .
. . . LAVDATION . PVBLIC ...
. . . VCAEI . LATRONI . . .

Nedum aureas coronas, & militaria dona, sed & funebrem orationem hic meruerat.

2

D M . SVPER ... O . M . F. M
ARNIESI . CATONI .
CREMONA . MIL . COH .
XIIII . VRB . > . PRISCI . MIL.
ANN XVIIII . VIX . ANN.
XXXVIII . FECIT . CALPVR
NIA . SATVRNINA . CON
IVGI . B . N . M . ET . SIBI . LIB .
LIBERTABVS . P . T . Q . E

3

M . VIGELLIVS . CRESIMVS
VIXIT . ANNOS . LX
FECIT . VIGELLIA . HEROIS . CONLIBERT
SVO
M . VIGELLIVS . PRIMVS . CHORTIS . V
VIGILVM . MILITAVIT . VI . ANNOS
MENSES . VI . VIX . AN . XX

ex altera parte eiusdem lapidis

M . LVCILIVS . CRESCES
VIXIT . ANN . VIII
ET . MENS . IIII

Marmorarii in numeris errorem suspicor, aetatis enim militaris habita nequaquam fuisset ratio. De militari aetate satis est videas quos laudat auctores Gothofredus Cod. Th. t. 2. p. 372.

4

N . DIDI . N . F . AR
VATIA . MIL . IN . PRAE
SPEC . ANN . XX
VIXIT . AN . XLV

in parte aversa

VERNAE . HIRRIAE
BASSILIAE . SERVO
QVARTILLA
CONTVBERNALIS



DE . SVO . FECIT

Numerii praenomen infrequenter occurrit. Militavit in Cohorte *Praetoria Speculatorum*. Aeque inusitatam atque inauditam esse dictionem opinor *Arvatia*, tum si pro cognomento, tum si pro patria accipimus. In aversa ni lapidarius aliquid omiserit, Verna nomen est.

5

D M
T . VRSINIVS .
CASTOR .
III . VICT . NAT .
SARD . VIX . AN . LVI .
MIL . ANN . XXVI .
T . ARENIVS .
CORDVS .
EX . EADEM .

Castor in *Trireme Victoria* Ravennatis classis militavit, Ravennae siquidem lapideam tabellam olim dono accepi: Bassus vero qui consequitur in *Praetoriae Misenensis Quadrireme Minerva*. Vegetius: *Apud Misenum, & Ravennam singulae Legiones cum classibus stabant*. Augustus instituit, qui *classem Miseni, & alteram Ravennae ad tutelam Superi, & Inferi maris collocavit*. Svet. c. 49. Exemplum Pompeius dederat, qui Tullio teste *Italiae duo maria maximis classibus firmissimisque praesidiis adornaverat*. pro leg. Man.

D M

1

D M
M . VALERI BASSI MILITIS
PRAETORI MISENESIS IIII
sic MINEVA NATIONE GRAE
CVS VIXIT ANNIS XXXII MILI
TABIT ANNIS . XI . H . B . M . F

2

VLCIA . M . L . GLAPR
OB . MERITIS . EIVS
POSVERVNT . T . ALFIVS
LABEO . ET . MVRCIVS
ZANATIS . F . ET . SVAVIS
DE . LIBVRNA . DIANA

Sub ipsius Glaphyrae protome. *Actiaco praelio cum Liburnarum auxiliis praecipue victus fuisset Antonius, experimento tanti certaminis patuit Liburnorum naves caeteris aptiores esse*: Vegetius l. 5. c. 3. Liburnis quoque Deorum nomina fuisse imposita discimus. Ulcia Glaphyra Marci Liberta, quae quinque & viginti ab hinc annis Museum nostrum incolit, in Novo Thesau-
870. 8. ro *Vitia M. Lucilii* evasit, & *ob* praepositio in *obiit* transformata est.

3

D M
C . IVLIO . MAXIMO
VETERANO . EX
NAOFYLACE
VIXSIT . ANNIS
LX . TVRRANIA
MAXIMA . NEPOS
ET . IVLIA . FILETE
LIBERTA . HEREDES
B M F

Inscriptionem hanc vulgavi Veronensem historiam illustrare satagens, at pag. 319. inconsiderate dixi, *soldato, ch' era stato prima custode d'un Tempio*. Nimiam in hoc mihi fidem ha-
p. 825. 7. buit Cl. Novi editor Thesauri, & errorem meum, ubi aliud agebam elapsum, iteravit. Quamvis enim ναοφύλαξ etiam pro Templi custode accipiatur, cum Maximus *Veteranus* dicatur, aetatem profecto in militia triverat, non in sacris aedibus custodiendis. De voce militari quoque, & maritimo sensu adhibita pulcherrima auctoritas praesto est. Ulpianus D. 4. 9. 1. *Sunt quidam in navibus, qui custodiae gratia navibus praeponuntur, ut* ναοφύλακες, *&* *diaetarii*. Quid cogitarit secundus editor *alicuius navis cognomen* heic memorans, prorsus ignoro.

4



Ad inscriptionem hanc vide quae diximus in libro de Amphitheatris. Alia, quod sciam, hodie superest nulla Retiarios memorans. Rarissimae vere sunt quae in hoc Museo ad spectacula pertinent, & minime dubiae fidei. Marmor arma etiam oculis subiicit, quibus Retiarii post rete iaculum iactatum pugnam inibant, cultrum nempe, & fuscinam. Mirum est pugnas XXVII Generosum nostrum viriliter, & invicte pugnasse. In Novo Thesauro Gruteria- 613. 4.
na Retiarii affertur e schedis orta, quam nemo vidit umquam: sed in ea ubi Gruterus *Pugna-* Grut.
rum V. Thesaurus habet *Pucharum*, additurque: 333. 9.
Pucharum nomen feminae, ut Glycerium, Melanium; quae verba non a Cl. editore, sed a typographo prolata puto.

5

NOMINE
Q . DOMITII ALPINI
LICINIA MATER
SIGNVM DIANAE ET VENATIONEM
ET SALIENTES T F I

Huius pariter, quae bifrons est, de Amphitheatro cum agerem, enarrator fui. Thesaurus Novus Dianae Signo *venationis apparatum* largi-

 tur;

tur : licere tamen ait, *opinari cum Maffeio Venationem ferarum in Amphitheatro heic designari*. Licet profecto, nec opinari tantum, sed pro indubitato habere: nisi si quis cum Nero *Circenses*, *&* *Venationem* edidit suspicari malit, venatum in silvas populum Romanum duxisse. Svet. c. 7.

I

. . . .

. . . LVCIL . IVSTINVS
EQVO PVBLICO
HONORIB . OMNIB
IN MVNICIP . FVNCTVS
IDEM . IN . PORTICV . QVAE
DVCIT . AT . LVDVM . PVBLCVM
COLVMN . IIII . CVM . SVPERFIC
IE . STRATVRA . PICTVRA
VOLENTE . POPVLO . DEDIT

a tergo

Ω Ρ Α
ΚΑΙ
ΤΥΧΗ

Ita prorsus edidi, quamvis Novus Thesaurus *in reliquis accuratiorem* me existimet, sed de *Lucilii Iustini* nomine Panvinium sequi profiteatur, ac si ego ipsissimas easdem literas non protulissem. Quid *Superficies* sit, quid *Stratura*, ibidem innuere non praetermisi. Amphitheatri nostri ad venationes frequentem usum *Ludus Publicus* manifestat. Romae *ludum gladiatorium aedificare* in animo habuit Caesar. De superficie, sive de eo quod supra terram est, monui Iurisconsultos consulendos. Paullus : *qui in conducto solo superficiem imposuit* D. 39. 2. 18. Iavolenus : *cum aedes ex duabus rebus constent, ex solo, & superficie*. 41. 3. 23. Ulpianus : *qui superficiem in alieno solo habet*. 43. 18. 1. Haec si memoriae occurrissent Cl. editoris Novi Thesauri, in angustias non incidisset, inscriptionem interpretari cupiens e Malvasia, atque e Gorio acceptam, qui perperam *in Maffeiorum* habent, & *Cuperficio Insula*, ubi Gruterus *recte in aedibus Maffeiorum*, & *Superficio Insulae*. In inscriptione illa *Herouum* etiam legitur pro Herois monumento ? *Herouum maceria cinctum*: qua propterea voce etsi Latinis auctoribus inusitata Epictetae testamentum e Graeco convertens uti non sum veritus. Ὥρα καὶ τύχη apud nos quoque adagium est: *tempo, e fortuna*. Si quis Veronam, quae *Colonia Copiis valida* dicta est a Cornelio Tacito, & *Colonia Augusta* in inscriptione percelebri nuncupatur, Mu-

Svet. Caes. 51.
889. 8.
Grut. 608. 8.
Hist. lib. 3.

nicipium heic dici obstupesceret, Ver. Illustr. pag. 85. adire ne gravetur, ubi diversae huius nominis acceptiones, quas saepe viri etiam docti satis assequuti non sunt, expenduntur fuse.

I

. . . .

FACTIONIS VEN . . . .
APPIO . ANNIO . GA . . . .
L . VERVLANO . SEVER . . . .
X . K . SEPTEMBRES . VIC . . .
QVADRI . XLVII . SECVND . CXX . . . .
TERTIAS . CXLVI . BIGAS . VIC . . .
VIIII . SECVNDAS . IIX . TERTI . IIX
ADGENTE . QVADRIG . VICIT . II
REVOCATVS . II . INSTAVRATIAM
TERTIAS . I . AD HONORE VENI
CCCLIIII . VIXIT . ANNIS . XXV
FECIT
CRISPINA MEROE

Eximii huius lapidis Consules antea excussimus. De Factionis Venetae Agitatore enarratur heic, quot vicibus *quadrigas* vicerit, hoc est in quadrigarum certamine omnes antecesserit; quot *secundas* partes, aut palmas dicamus, tulerit, & quot *tertias*; hoc est secundus, aut tertius fervidis evitatam rotis metam transgressus fuerit. Quoties pariter in bigarum cursu idem illi contigerit. Quae sequuntur in nullo umquam visa monumento fuerant. Vicit bis *Adgente Quadrig.* Intelligo *adigentes quadrigas*. In epitaphio Circensium maximo habetur quoties Diocles *occupavit, & vicit*, & quoties *successit, & vicit* : Panv. de Cir. idest ut optime explicavit Panvinius, quoties *primus continuo fuit*, ac quoties, etsi alii primo praevertissent, nihilominus transiliit omnes, & superavit. Modus ergo quo vicerant etiam exprimebatur. Sic auriga noster vicisse dicitur, etiamsi adigentes, seu vi impellentes quadrigae ipsum urgerent, ac impedirent. *Revocatus bis* : intelligo ad cursum, iussus ut resumeret, sicuti legentem *revocasse, & repetere coegisse*, in Plinii iunioris epistola est. l. 3. ep. 5.

Instauratiam tertias I. Tria haec verba non a quibuslibet forte intelligerentur. Docet me Macrobius, cum dies Circensibus adderetur, *instauratitium* dictum. *Additus est illis Circensibus dies is, qui instauratitius dictus est a redintegratione, ut Varroni placet, qui instaurare ait esse instar novare*. Nullus ergo dubito, instauratiam scalptum esse plebeia pronuntiatione pro instauratitia, ut significaretur, die etiam illa postrema, & superaddita tertias tulisse I. hoc est *semel*. Sat. l. 1. c. 11.

Popu-

I



2

3

4

5

6

7

8

Cignaroli dis. *Fr. Zucchi Scol.*

Populares loquendi formas in inſcriptionibus id genus adhibitas vides. Sic exinde *ad honore veni*, pro *ad honorem venit*, nempe honoris non praemii, & mercedis cauſa cucurrit.

1

SOCRATES.AGITATOR

CONTINENTES.OLLAS III

Mira heic inter nomen & artem repugnantia: *Continentes*, ſcilicet non interruptas, continuatas, συνεχεῖς· perpetuas in aliis titulis.

2

LVRIA PRIVATA

MIMA.V.A.XIX.BLEPTVS

FECIT

Mima ad hanc diem, quod meminerim, in priſcis monumentis prodierat nulla. *Imitantes turpia Mimos*, Ovidius Triſt. l. 3.

3

D M

AEMILIAE

IRENE . QVAE

VIXIT . ANN . XXVI

DIEBVS . XIIII

AVRELIVS . EVTY

CHES . STVPIDVS

GREG . VRB . CON

IVGI . KARISSIMAE

Oſſ. Lett. tom. 4. Edideram, cum adhuc ignota eſſet. *Grex* Scenicos denotat: Gregis Stupidum diſcimus appellatum fuiſſe, qui riſum ſtupiditate quadam excitabat. Binas lapideas tabulas Florentiae olim exſcripſi multorum militum nomina continentes, quorum collatione, & expenſa ſcenici ludi editi fuerant. Inter hiſtriones STVP. hoc eſt *Stupidus* in altera bis nominatur (ad cuius calcem DEDICATA III. ID. APR. A... ET ASPRO COS. *duobus Aſpris* in Gr. 132. 1.) in altera vero bis *Stupidus Graecus*. De variis priſci Theatri actoribus riſum concitantibus, vide quae tetigi, ubi primo epigraphem vulgavi. Addo Stupidos raſum geſtaſſe caput; quod ab Arnobio diſco, cuius verba ab editoribus nondum intellecta opinor. *Mimis nimirum Dei gaudent*. Deinde: *delectantur, ut res eſt, ſtupidorum capitibus raſis*. Scribe *Stupidorum*. lib. 7.

4

Q . MAGVRIVS . Q . F . FAB

FEROX

LVS.EPIDIXIB.ET.CETAES.I.II.III.IN

GREG.VETVRIAN.QVAE.ET.IVNI

ORVM.A.A.DICAVIT.EVRAS.VIII

ET.PERTIC.VNCINOR.XII.N̄.CCLIX

Inſcriptionum omnium quocumque in loco repertarum obſcuriſſima reputatur haec, quae exiguo marmore ſed integro, & optime conſervato continetur. Reineſius librum ferme, ut p. 258. eam explicaret, elaboravit, ſed Apolline minime dextro. Re vera mirum eſt, potuiſſe virum doctum in tot ac tantas hallucinationes delabi. Inſcriptionis ſenſum optime patefecerat Holſtenius, quem Reineſius iniuria redarguit: utinam in errorem de Civitatibus omnibus tranſpadanis in tribum Fabiam relatis non incidiſſet. Epigraphe, quam *antiquum aenigma* Holſtenius appellat, ad Aponi thermas erutam teſtatur Urſatus. Ad balnea ob vim medicam celebrata, ut hodie quoque uſuvenit, circulatores quoque, & ludicras, atque hiſtrionales artes exercentes confluebant, ut horis vacuis honoratiores perſonas morborum auxilium quaeritantes oblectando, quaeſtum ampliorem facerent. Aponi quanta frequentia & gloria celebraretur fons, Claudianus declarat, a quo

Publica morborum requies, commune malorum Epigr.
Auxilium, praeſens numen, inempta ſalus 3.

appellari meruit. Propterea Magurius luſor in epidixibus, & luſor diaetae primae, & ſecundae, & tertiae in grege Veturiana, dicavit Aquis Aponi curas octo, & perticas numero CCLIX. uncinorum XII. Tribus nominibus, ac tribu quoque ſcenicum hominem decoratum, ne miremur. Archimimum Gruterus profert L. Acilium L. F. Pomptina Cuticlam, & Moratorem Circenſis ludi, atque Agitatorem Q. Rapidium Q. F. Lemonia Mulionem: neque alii deſunt.

Luſor heic idem eſt atque actor: agebat in epidixibus. Ἐπίδειξις oſtentatio eſt ex Gloſſis, demonſtratio, recitatio ad pompam. Plutarchus de laude ſui: *Rhetores* ἐν ταῖς ἐπιδείξεσι· Cicero in Oratore: *eiuſque totius generis, quod Graece* ἐπιδεικτικὸν *nominatur, quod quaſi ad inſpiciendum delectationis cauſa comparatum eſt*. Ψάλτης ἐπεδείκνυτο apud Aelianum idem eſt ac, *Pſaltes cythara ludens artis ſuae ſpecimen edebat*. Var. Hiſt. l. 9. c. 36.

Grex, ut paulo ante vidimus, Histriones connotat. *Grex agit in scaena*, Petronius. Nomine suo designabantur, quippe plures habebantur greges. *Urbanus* in praecedenti occurrit. *Veturiana* (generis siquidem utriusque est) a Veturio denominatur; quem ludicri illius coetus dominum, vel conductorem arbitror fuisse. Credibile enim est, sub viri alicuius auctoritate, aut divitiis praestantis tutela, & patrocinio antiquitus quoque Greges degisse. Docere etiam hoc Plautus videtur mihi:

Asin. Prol. *Quae quidem mihi, atque vobis res vertat bene,*
Gregique huic, & domino, atque conductoribus.

Nam quod enarratores dominum interpretati sint poetam esse, nihil quidem poterat minus commodum dici. Hinc ergo nomen Gregi saepe attributum iudico; noster alio quoque, nempe *Iuniorum*, denotabatur.

In thermalibus locis, ut pote ruralibus, theatra non erant, quapropter lusoribus, actoribusque aulae plures, sive xystos dicamus, ubi agerent, assignabantur; priores menioribus: hinc Magurius in prima, & in secunda, & in tertia ludos suos ostentare gloriatur. Ampla ea cubicula diaetas appellat usitato apud veteres vocabulo, quod saepe per z scribebant. Lampridius in Elagabalo: *hoc idem de domibus, de praetoriis, de zetis fecisse dicitur*. Ad nos id manavit a Graecis. In praefatione ad Veronensem S. Hilarii editionem memorare contigit, quam frequenter in veteribus membranis *Zabul.* pro *Diabol.* reperiatur, vocesque consimiles non Africanas esse, quod vir doctus Guil. Cave autumavit, sed ut ita scriberentur, mollitiem quamdam prolationis effecisse, quam & in hodiernis Graecis animadverti plures, ζιὰ pro διὰ efferentibus. Philostorgium in Ecclesiastica Historia non Ναζιανζὸν sed Ναδιανδὸν scripsisse, animadvertit Photius. Sed nonne Plato inter literarum mutationes ἀντὶ δέλτα Z usurpari iam coepisse, dicit in Cratylo?

Lapis autem noster non *zetam* sed *cetam* habet; in quo regionum harum pronunciationem iam noscis, c ante e & i tamquam z dulce hodie quoque efferentium. Cetariorum nomen, quos enumerat Cicero inter artes, *quae ministrae sunt voluptatum*, hinc fortasse originem duxit. Off. l. 1. c. 44. S. Augustinus quoque: *tabernarii, cetarii, coqui*. cont. Iul. l. 2. n. 37. Digestorum libri *Diaetarios*, & *Zetarios* memorant. Alia minus expertis oritur dubitatio, quod lusor dicatur non *cetae*, sed *cetaes*; at illis nulla, qui multoties ad Graecorum imitationem quamdam scribi *aes* in lapidibus animadverterunt genitivo casu, ut a dativo discerneretur. *Auctaes* videbimus inter funebres nostras pro *Auctae*. Plurium eiusmodi exemplorum seriem coacervavit Fabrettus. p. 497.

Aquis Aponi dicavit Magurius; hoc est in se exuentium ut fruerentur balneis usum & commodum, curavit ut impensa sua perticae CCLIX infigerentur, quarum unaquaeque uncinos haberet XII. Multitudo ad has aquas confluentium hinc argui potest, & porticuum, xystorumque longitudo. Hippias, quem Lucianus celebrat, quod balneum egregium construxisset, speciatim studuerat, ut *utrimque sufficientia se exuentibus repositoria* haberentur: ἑκατέρωθεν διαρκεῖς τοῖς ἀποδυομένοις ἀποθέσεις. in Hipp. At noster curas octo praeterea dedit. Graecis dictionibus *apodixis*, & *zeta* tertia sociatur *cura*. Pollux ita appellari tradit ferreas laminas rotarum axem tuentes. Hinc discimus Graecam vocem esse, & ferrei quid significare; sed quaenam proprie heic instrumenta denotentur, quemve in his thermis curae octo vere usum haberent, me ignorare fateor.

D . M . M . VLPIO CADMO AVG LIB
QVI FVIT PRINCEPS TABVLARIVS
IN STATIONE XX HEREDITATIVM
M VLPIVS SECVNDVS ET VLPIA CHILIARCHIS
ET VLPIA FELICITAS FILIA EORVM
PATRONO SVO BENE DE SE MERENTI FECER
ET SIBI ET SVIS LIBERTIS ET LIBERTABVS
POSTERISQVE EORVM

lib. 55. Vicesimae hereditatium Tabularios novimus, sed Tabularius princeps prodit nunc primum. Traiani libertum noscis. Vicesimam hanc τῶν τε κλήρων καὶ τῶν δωρεῶν, Augustum instituisse, tradit lib. 56. Dio. Quam molesta esset, & acerba, alibi declarat.

SAL-

2

SALVI . AVG . LIB
TABVL . AQVARVM
V . ANN . XXIX . M . XI
ANTIGONA . MATER
FILIO . PIISSIMO

Neque Tabularium aquarum quisquam viderat. Sumptuum forte rationes ii supputabant ob aquarum Ductus intervenientium. Fornices *Augustus Caesar se refecturum impensa sua pollicitus Senatui* fuerat, ut in Senatusconsulto habetur, quod Frontinus allegat. Vel incumbebat in aquarum Tabularios, ut Aquariorum fraudibus occurrerent, & quantum unicuique Principum beneficio in usum suum ex ductibus derivare liceret, ostenderent. Titulum arcula continet, cuius typum dedimus. p. 212. edit. Pat.

3

. . . .
IIII CRESCE
NS ADIVT
TABVL ET
AVREL SABI
NA PARENT
PIENTES FIL
FECERVNT

Piens non memini nisi in superlativo occurrere. Raro quoque *Tabularii Adiutor*.

4

D M
IANVARIAE
MATRI PIEN
TISSIMAE
IANVARIVS AVG
N ADIVT TABVL
F C

5

LOC SEPVLTVRAE
FAMILIAE XX LIB
REG TRANSPAD
THEOPOMPVS ARK
D S P ET TRYPHONIV . . .
ET Q SICINI . . . .

Epitaphium prope Veronam olim repertum ostendit, in hac Civitate familiam stetisse, quae Vicesimam libertatum a tota regione transpadana exigebat. Vicesimarios appellat Petronius. Familiae tamen indicat nomen, non de Publicanis heic agi, sed de mercenariis eorum ministris ac servis. Arcarius, hoc est pecuniae custos, locum ad eam familiam tumulandam *de sua pecunia* comparavit. Antiquissimum hoc vectigal, quippe ex lege a Gn. Manlio Consule lata, *de Vicesima eorum, qui manumitterentur*: pretii intellige, quod pro libertate dominis persolvebatur. Vespasianus nec post Imperium adeptum *gratuitam libertatem* bubulco petenti concessit. Pecunia inde coacta *in sanctiore aerario ad ultimos casus servabatur*. Vicesimam utramque in Decimam commutavit Caracallae avarities, quod a Dione discimus in excerptis Historicorum Constantini Porphyrogeniti iussu collectis, & ab Henrico Valesio vulgatis: τῆς δεκάτης, ἣν ἀντὶ τῆς εἰκοστῆς ὑπέρ τε τῶν ἀπελευθερουμένων, καὶ ὑπὲρ τῶν καταλειπομένων τισὶ κλήρων, καὶ δωρεῶν &c. Sed novitatem statim abrogavit Macrinus, ut eiusdem Historici fragmenta docent edita a Fulvio Ursino cum excerptis de Legationibus. Caeterum officii a nostro lapide memorati nomini arcta antiquitus intercessit cum K litera necessitudo; nam duos refert Arcarios Sponius, quos pariter Arkarios reperit. Liv. l. 8. Suet. c. 16. Xiph. lib. 77. p. 422. Misc. p. 211.

1

Q . HATERIVS Q . L
OLYMPICVS . APPAR
AEDIL . PERMISSV . COLLEG AVR
HATERIAE Q L . SVCCESSAE
CONIVGI . PIISSIMAE V . A . XX
. . . . CIT ET SIBI OLLAS DVAS

Apparitor Aedilium coniugi memoriam fecit permissu *Collegii Aureliani*, cui in eo monumento ius competebat. In Novo Thesauro *Collegium Apparitorum* perperam hinc infertur.

2

OCTAVIVS ATTALI
CERDO . DEC . CONL . CENT
OCTAVIA L . L VERNA . XI . ET
CERDO CHRYSIS VIX . M . XI . DIE sic

Attali Cerdo heic dicitur, ut apud Sponium in informi e schedis Barberinis *Pompeii Cerdoni*: in Martialis epigrammate *Sutor Cerdo*: in Sponiana epigraphe *Cerdo Faber*: noster vero Centonarius, & eorum Collegii Decurio. Videntur ergo cerdones vel proxenetae, vel propolae p. 221.

 fuisse

fuisse, qui arti cuidam addicti ex aliorum opificiis sibi quoque aucuparent lucrum. *Cerdo* secunda vice in confuso & male sculpto lapide servi nomen est. Papinianus D. 38. 1. 42. *Cerdonem servum meum* &c.

1

ASTRAGALVS AGR . . .
LAPIDAR M VIPSAN
SALVIO OLLAM DAT
IT . M. VIPSANIO FORTVN
OLLAM DAT

Lapidarium falso inscriptiones aliquae typis datae protulerant, sed de novo Nemausi eruta Lapidarium cum Marmorario coniungit. De ollis, & columbariis vide Fabrettum pag. 10.

2

D M
T . F . HERMES
AVG . LIB
sic A SVPERLECTI
LE . P . CAE . N
F . FORTVNATA
LIB . PAT . B . M

Titus Flavius Imperatoris Titi libertus Flaviae libertae nomen dedit: sed quid erit P. CAE. N ? an a supellectile *Praetorii Caesarei Novi* ? huic interpretationi favere videtur quodammodo Strozziana, quam olim exscripsi, & emendate tandem protulit Cl. Gorius, in qua Eumolpus habetur *Caesaris a supellectile domus auriae*. Intelligi etiam posset *a supellectile privata Caesaris nostri*.

3

D M
HILARIONIS
ABASCANTVS . AVG
A RAT ATTIC

Officium hocce a rationibus Atticis nunc primum apparet. Intelligo de rationes procurante redituum Imperatori ex Attica obvenientium. Memorat Tacitus *rei familiaris Principis* in Asia impositos. Mella *acquirendae pecuniae brevius iter credebat per procurationes administrandis Principis negotiis*. Ann. lib. 16.

4

HERACLA
CAESARIS
PALAESTRITA

In Caesareis xystis, atque ut Caesarem oblectaret, luctam exercuisse, non athletas unxisse puto, ut in Novo Thesauro dicitur.

5

P . CORNELIVS CELADVS
LIBRARIVS AB EXTR PORTA
TRIGEMINA . VIX . ANN . XXVI

De porta Trigemina fuse, & docte Panvinius in *Urbe Roma*. *Ab extra porta* : plebis locutionem vides: & vides extra portas quoque populum habitasse.

6

D M
PARTHENO
PEO AVG
DISP VERNAE
FESTA CON
IVNCX ET sic
MERCVRI
ALIS VIR
EIVS B M
FECERVNT

De hoc titulo vide Fabrettum pag. 295.

7

DIS MANIBVS
M.ANTONI . PALLANTIS . L
NOBILIS
ABASCANTVS . AVG . DISP
A FRVMENT . DE . SVO . FECIT

Dispensatores, non semper servi, ut Fabrettus pugnat. Libertum tamen hunc, Augusti Dispensatorem a frumento, eumdem Abascantum esse puto, qui cum Caesaris *servus verna* diceretur, *annonae dispensator* fuerat. Vide Fabrettum pag. 295. Alimenta pueris & puellis ab Imperatoribus erogata distribuebant isti, & partiebantur.



Adrian. Cristofali dis.

Fr: Zucchi Scol:

1

D M
POLYCLITO
AVG.PEDIS
SOTACVS AVG
LIB.FRATRI
INCOMPARABILI
ET SIBI

2

D M
SYNTROPHO
ATTIANI.SER
ACVARIO.VETTIA
RESTITVTA
CONIVGI.B.M.FEC

De Aquariis servis non siluit Pignorius.

3

CLAVDIA TI...
NICARIVM
TI.CLAVD.CHRES...
PHILOCALI...
PLVMBARI.F

Nicarium Italice *Vittorietta*. Plumbarios, Ferrarios, Lapidarios lex habet ultima D. de iure immunitatis.

4

CILLIBAE
OSTIARIO

5

NONIVS Ɔ L
PHILOMVSVS
DECVRIO.Q

6

EROS.ASINI
ATRIENSIS

Asinii. *Ex alticinctis unus Atriensibus*, Phaedrus. *In magna familia sunt alii laudatiores servi, sed tamen servi, Atrienses, ac Topiarii* &c. Cic. Parad. V.

7

..AMVS.HOREARIVS
AGRIPP.ANTIOCINI
CONIVGI ARSCVSA

8

TYRANNVS
NOMENCLAT
POTITI.MESSALLAE

9

OSSA
M.FVFI.M.L
ERONI
NOMENC.HIC
SITA SVNT
ARBVSCVLA
CVNCVB.EIVS FEC sic

10

DIS MANIBVS
POLYBI
CVBVCVLARI sic

11

OPTATVS
OPSI.CVBICVL
IVCVNDAE.CONSER
DAT

S Arrun-

1

ARRVNTIA
MVSA
FAVSTI . L . CVBICVLAR

2

Q . CLAVDIO
PHOTINO
VESTIARIO
NICEPHORVS
PATRON . . . . . .

3

D M
ONESATI CAES
N̄ SER PAEDAGO
GO PVERORVM
FECIT . ANNIA
STRATONICE
CONIVGI . B . M

4

D . M
VLPIO SOTACO
AVG . LIB . PRAECE
PTORI PVER . C . N
CHRYSIPPVS LIB
PATRONO OPTIMO
ET BENEMERENTI

5

D . M
HELENO . AVG
VERNAE . EX
PAEDAGOGIO
P . V . A . XVI

Paedagogum ſervum, Praeceptorem libertum, & Imperatoris *Vernam ex Paedagogio puerorum*, nempe ex ſervorum coetu a Paedagogo inſtitutorum, tres nondum vulgatae inſcriptiones exhibent.

6

D M
IN . HOC . TVMVLO . IACET . CORPVS . EXANIMIS
CVIVS . SPIRITVS . INTER . DEOS . RECEPTVS . EST
SIC . ENIM . MERVIT . L . STATIVS . ONESIMVS
VIAE . APPIAE . MVLTORVM . ANNORVM . NEGOTIAS sic
HOMO . SVPER . OMNES . FIDELISSIMVS
CVIVS FAMA . IN . AETERNO . NOTA . EST
QVI VIXIT . SINE MACVLA . AN . P . M . LXVIII
STATIA . CRESCENTINA . COIVX
MARITO DIGNISSIMO . ET MERITO
CVM . QVO . VIXIT . CVM . BONA CONCORDIA
SINE . ALTERITRVM . ANIMI LESIONEM
BENE . MERENTI . FECIT

Servantes fidem, recteque viventes in Coelum poſt obitum recipi, naturalis quidam inſtinctus Creſcentinae inſtillabat. *Negotias*, ut *Coſ.* pro *Conſulibus*, & haud infrequenter *meſes*, *libes*, *infas*, ac ſexcenta alia ex populari pronuntiandi uſu orta. Humaniter admonetur lector in Novo Theſauro, *ſcribendum eſſe negotians*, & *corpus exanimis ſoloeciſmum* eſſe. p. 978. 7.

P . NV-

I

P. NVMITORIVS . P . L . ASCLEPIADES
IIIIII VIR MEDICVS . OCVLAR . SIBI . ET
SEMPRONIAI . L . F . GALLAI . VXORI
TESTAMENTO . FIERI IVSSIT

Ai pro ae in nostris saepius. Festus: *Ae syllabam antiqui Graeca consuetudine per ai scribebant, ut aulai, pictai.*

2

M . IVLI . SECVNDI
MEDICI OCV
IN . FR P . XIIII
IN . AG P . XIIII

3

C IVL DIONYSODORI
DIAMISVSADVETCI

C IVL DIONYSIODO
RI PACCINADDIAT

Lapillum consimilem, quadratum pariter, & subviridem, inter Galliae antiquitates exhibui. Tres dederat Sponius, unum Chishull ab Haymio vulgatum *nel Tesoro Britannico*, duos nunc Muratorius a Bimardio acceptos. Collyria adversus oculorum morbos continent omnes. In eo, quem nunc addo, literae in duobus tantùm lateribus non eminentes sed incavatae, ut impressae legerentur, typographiam imitantur a dextra ad sinistram procedentes. Myropolae nomen, & cataplasmatum, & ad quid prodessent, notatur. Tabellae, quam Parisiis vulgavi, Diasmyrnum, & Diarrhodon, aliaque felicius apud veteres Scriptores inveni, sed medicamentum *ad Diat* nondum reperi. Num *collyrium enstactum* erat, quod ex Aetio appellabatur *Paccianum*, & faciebat ad acuendum visum? *Diamisum ad Vet.* declarare videtur mihi
l. 34. c. 12. Plinius, cum tradit, *Misi* inter virtutes ceteras extenuare *scabritias oculorum inveteratas.* De Misy vide Mercati Metallothecam pag. 65. *Ad Vet. Ci.* forte *ad veternum ciliorum?* De Diamiso collyrio loquitur Marcellus Empiricus c. 8. Ubi in Novo
508. 1. Thesauro inscriptiones id genus afferuntur, typographos puto Plauti locum deformatum, nec opportune de suo, sic adiecisse. *Sana vinum sibi Stacte, & Crocinum esse dicuntur.* Apud Plautum quidem lena bibax vini odore recreata sic vinum Curcul. A. 1. S. 2.
alloquitur:

Tu mihi stacte, tu cinnamomum, tu rosa,
Tu crocum, & cassia es.

Vel ex Aldi aedibus:

Tu stacte, tu cinamum, tu rosa, tu crocum,
& casia es.

4

D E M E T R I
M . P A N D V S A E . L
MIN . C . MAC . D . P . C

Ut haec compendia explicarent, plures nequidquam operam dedere ingeniosi viri. In expedito quidem non est, verba aliquid significantia quomodocumque hinc exsculpere. Periculum primo feci sic explicans: *minore confecta maceria de pecunia communi.* Sed re melius perpensa, & lapillo rursus inspecto, intellexi, neque funebrem inscriptionem esse, neque communis alicuius generis; exigua enim est flavi, nobilisque marmoris linea, cuiusmodi in columbariis nulla est umquam visa. Exilitas, & genus marmoris suadent mihi, thecae cataplasmatis destinatae titulum fuisse. Pretiosis ad haec utebantur lapidibus. Plinius: *lapidem alabastriten vocant, quem cavant ad vasa unguentaria.* Deinde: *probantur quam maxime mellei coloris in vertice maculosi, atque non translucidi.* lib. 36. c. 8. Vidimus nuper in huius generis titulis myropolae nomen gignendi casu praemitti, exinde emplastri, eiusque virtutem adiungi: propterea epigraphen nostram sic interpretari pergo. *Demetrii M. Pandusae Liberti. Ministrat Cephalicum maceratis dolore protervo*, vel *pessimo capitis.* Ministrandi verbo in re medica libenter utebantur. Columella: *qui adversa valetudine afficitur, is quam commodisse ministretur.* lib. 12. c. 1. Cephalicum a Celso memoratur, ubi emplastra recenset: lib. 5. c. 19. litera omnibus aliis elatiori connotatur, quia praecipuum est tituli verbum. Quod si erudito lectori haec tamen non arridet interpretatio, meliorem cogitet, ac subministret; ego enim laetus libens excipiam, nec eius acumen competenti laude fraudabo.

5

C L A D O
TI CAESARIS AVG
S E R

IVLIA PASTI
AVGVSTI ET
AVGVSTAE L . L
RHODINE

Liberti liberta. Augusti quidem & Augustae rarum est libertum videre; at Caj, & Caiae plurimi occurrunt. Fuse de hoc aliquando mihi disserendum impono,

1

C IVLIVS AVG L · HELLEN
SIBI ET
EROTI PATRI ET
ZMYRNAE . MATRI ET
TRYPHAENAE . NVTRICI ET
EVPATORIDI } CAESARIS ET
PHOEBE } ET
SECVNDO } VERNIS ET
AEQVALI } ET
ILAIRE } ET
LIBERTIS . ET . LIBERTABVS . ET . POSTERISQVE . EORVM
IN FR . P . XII IN . AGR P . XII

2

ALEXAND . . .
TI . CAESARI . . .
CASTOR . CLITI . . .
SER . . .

3

D M
DEMETRIO
AVG . VER . VIXIT
AN . III . M . VIIII
D . XII . FELIX . AVG
VER . ET . PACATA
AVG . LIB . F . DVLC
ISSIMO . FEC

4

D M
CLAVDIA EVFROSYNE . FE
CIT SE VIVA . CLAVDIO . GRAP
TO . FILIO DVLCISSIMO QVI VI
XIT . ANN . XX . M . II . D . XXVIII
ET FORTVNATO . ALVMNO ET
SIBI . ET SVIS . LIB . LIBERTA
BVSQVE POSTERISQVE
EORVM . SI QVIS . HOC MO
NVMENTVM . POST . HOBI
TVM . MEVM . VENDERE
VEL DONARE . VOLVERIT
INFERET . AERARIO . POPVLI
$\bar{S}\bar{S}$ L . M . N . IN FR . P . XII . IN AG . P . XVII

Aerario populi, quod ab illo Imperatorum Fisci nomine ut plurimum intellecto, diversum erat, irrogatam, sestertium quinquaginta millia nummum multam, devovet.

5

D M S
Q . FABIVS . NICANOR . FECIT
SIBI . ET . CONIVGI . SVAE . COC
CEIAE . PROCOPENI . KARIS
SIMAE . ET . LIBERTIS . LIBER
TABVSQVE . POSTERISQVE
EORVM . HOC . MONIMENTVM
VETO . NE DE NOMINE MEO . EXIAT sic
IN . FR . P . X . IN . AG . P . X

Formula *ne de nomine meo exeat*, elegans iurisperitis argumentum praebet. In aliis *de nomine nostro: nec ullo modo abalienabitur*, *ne de nomine exeat familiae suae: neque de nomine utrorumque exire possit*: viri, & uxoris. Grut. 762. 5. 765. 5. 809. 2.

I



2

3

Cignaroli dis: S 3 *Fr: Zucchi scol:*

1





C·FI CARIVS

H M H N S

2



3

4



6



5

8

7

Cignaroli dis: *Fr. Zucchi scol:*

I

5



9

2



6



10



3

7

H



4

8

II



Cignaroli dis: T *Fr: Zucchi Scol:*

I


V
F
M·CLVTTIVS·P·F·POB
SIBI ET SVIS
PACILIA·M·F·VASILLAVXOR
P·CLVTTIO·VIRIO
PATRI
CAELIAI MAXIMAI
MATRI
CLVTTIAI·P·F·TERTIAI
SORORI

2


FACVNDO
DOMITI·AN·X·
FVSCVS·ET·
CHIA PARE

3

GRAECO POCT BASS TIMOTEI
M·ARRI·ZETHI·L·
PRIMI STRATORIS
VI·
FECIT

4

P·VALERIVS SPVRI · F·
MONTANVS·VIVVS·FECIT
MATRI·ET·PATRI·ILARIONI
SVRIA·DOMETIA·ET·SVIS·

5


L·FLAVIANVS
M· L·
ADRASTVS

6

7



8

9

GEN
ET . HON
PRIMI . PAM
PHILI . SECVNDI
ET . L . ATILI
EXORATI
VI . VIR . AVGG ET
M . VETTIDI
AQVILEIESIS
VI VIR AVG . . .
QVINQVEN
ET IN OMNIB COLL
MAGISTERIO PER
FVNCTVS . D . IN TVTEL
HS N̄ ∞ . VT . D . K . FEBR
SACRIF . ET IN PROFVSI
ONE . HS N . . . O . . . TEMI
SIVS QVIET . . . . SCO
ORTENSIVS FIRMIAN
VALERIVS SVRIAN ET
PVBLILIVS VITALIS ET
ADIACIVS PRIMIAN
QVI . MAGISTER EOR
OFFIC . FVNCTI SVNT
MAGISTRI SS TITV
LO HONORIS VSI
DATIS IN TVTELAM
HS N̄ ∞
VT EX VSVR EOR
QVOD ANN DIE
III ID APRIL PER
OFFICIALES SA
CRIFICETVR ET
OLEO ET PRO P
DEDICAVER

Mentem, & propoſitum Inſcriptionum aliquando haud obvium eſt aſſequi, & enucleare, quod commixtis formulis, qua in claſſe recenſendae ſint, vix conſtet. *Genio & Honori* incipit haec noſtra, oblongo rubeo marmori conſignata. Ita incipere deberet Gruteriana 477. 1. minime vero GENETHLON, ut etiam in Indice grammatico repetitur. *Primi* praenomen ex hoc marmore indubiam auctoritatem ſumit: iis Quinti, & Sexti magis certe conſonat, quam Proculus, Vopiſcus, Caeſo, Hoſtus, Volero, quae inter praenomina communia nonnulli collocant, cum quarumdam familiarum ſingularia fuerint. Miror in nominum elencho *Primum* centies deſcribi a Scaligero, qui cognominum catalogum non elaboravit, cum in illis locis cognomen ſit. *Pamphilum* quoque ubi cognomen eſt, perquirit, & recitat. In hac noſtra gentilitium eſt, idemque ac Pamphilii. *Pamphilium* Varum eadem orthographia in Hiſpania inciſum recenſet Gruterus. Exorati, & Aquileienſis Sevirum Auguſtalium honori elogium dicatur; ſed ut elici ſenſus poſſit, ante *Quinquen.* adiicere opus eſt *qui*, praetermiſſam forte vocem ob eiuſdem concurſum ſyllabae, ut etiam in Mſſ. accidit. Hic Quinquennalis cum eſſet, & in omnibus Collegiis Magiſterio perfunctus, dedit in tutelam monumenti ſeſtertios nummos mille, ut die Kalendarum Februarii ſacrificetur. Quot in liquorum profuſione ſeſtertii expendendi eſſent, marmoris abraſio celat. Quinque ſequuntur nomina eorum, qui Magiſterium cum gererent, *officio functi ſunt*, hoc eſt ſatisfecerunt. *Magiſtri ſupraſcripti* titulum hunc, & monumentum trium illorum Genio, & honori dedicavere, ſeu propria impenſa poſuere, titulo honoris uſi. Grut. 596. 3.

Non una vice accidit ut requiratur, & a me plures aliquando fuere qui peterent, quid ſibi velint ea ſolemnia verba in quam pluribus inſcriptionibus *honore uſus*, & in quibuſdam *titulo uſus*. Honore uſi dicebantur, qui Magiſtratum geſſerant, vel publico munere functi erant. Tullius in Philippica octava *hoc honore uſos* cum dicit, de iis intelligit qui Conſules fuerant. Prope finem libri primi de Inventione: *homines claros, nobiles, & honore uſos*: hoc eſt qui Magiſtratus inierant, & in poteſtate conſtituti fuerant. Cornelius Balbus, qui Conſulatum aſſecutus eſt, *primus externorum uſus illo honore* praedicatur a Plinio. l. 7. c. 43. Eamdem phraſim adhibent lapides. In eximio pſephiſmate apud Fabrettum, quod in Capitolio vidi, decernitur, ut Gelotes *Auguſtalium numero habeatur, aeque ac ſi eo honore uſus ſit*. Fabr. p. 170. Sed aliquando bina illa verba in titulis praeſertim ſepulcralibus ita collocantur, ut non aeque perſpicua ſignificatio eluceat. Vidi etiam quandoque extendi, *Honore uſus impenſam remiſit*, ut fit in Gr. 387. 7. ſed quia H. V. perperam exſcriptum fuerat pro H. A. *honore accepto*. Cur vero verbum ἐπέγραψα in Corrigendis Gruterianis, Corr. 313. itemque apud Fabrettum Latine reddatur *titulo uſa*, profecto ignoro. Fabr. p. 42. Formulam autem *titulo uſus*, quam male Scaliger in Indice funerariam putat, quater habet Gruterus, Ind. p. 73. at e Brixianis ſemper lapidibus, unde conſtat, peculiarem eius regionis uſum fuiſſe. Quin ab eadem hoc etiam de quo agimus huc-uſque ignotum epigramma profectum eſt, quod ut alia quoque recte intelligamus facit, nam *titulo honoris* idem eſſe videmus ac *honoris cauſa*, diſcimuſque titulum & in illis pro honore accipi. *Per titulos ingredimurque tuos*, dixit Ovi- Faſt. 1.

dius Augustum alloquens. *Magistri* ergo nostri monumentum dicant iure ab ipso Magisterii munere acquisito.

Iidem sestertios nummos addunt mille in tutelam, hoc est, ut esset qui custodiae causa prope monumentum degeret, tueretur intactum, caveretque, ne quis agrum ipsi circumcirca devotum colendo occuparet. Adiiciunt, ut ex eorum usura quotannis die tertio iduum Aprilium per Officiales, nempe per eius Officii, & Magisterii ministros sacrificetur, & oleo, & profusione parentetur. Anniversaria igitur solennitas instituitur. Profusiones parentales, quibus oleo, lacte, vino, & victimarum sanguine statis diebus tumuli aspergebantur, alia etiam marmora memorant. PRO P. quibus literis lapicida in arctum redactus verba constrinxit, explico *profusione parentetur*. Cicero Philippica I. *cuius sepulcrum nusquam extet, ubi parentetur*: parentabatur autem praecipue his profusionibus, ut etiam ex hac ipsa epigraphe discimus. In Collectaneis Archinti prolixa legitur a Grutero quoque relata, in qua verbum *Parentetur* occurrit, & bis OLEVM ET PROPIN. Explicatur in Indice Historico p. 80. *Propinatio*. Forte ibi quoque erat PRO P. & de profusione agebatur: marmor Mediolani amplius non extat. Extat vero a Brixia milliariis aliquot *Profusiones Parentales* memorans, sed ubi Fabrettus deficit, deficit marmor quoque. (Grut. 153. 4)

1

D M

AREA.HEC ANTE.FACI
sic AE.ET IN FRONTE.PERTI
NET.AD MONIMENTVM
IVLIAE.EVTHYMIAE ET
EMERVNT LIB
M. METTI.PHOEBI.AGATHO
PVS.EVTYCHVS.VESTALIS
METTIVS.DIOGENES.SIBI
LIBERTIS.LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE.EORVM

In Novo Thesauro sensus hiulcus est, quia post *Phoebi* omissa sunt verba a quadratario intericcta, quae prius ipse quoque omiserat: *emerunt liberti*.

2

VETO
RELIQVIAS
P.VERONIVS
CALLISTVS
HOMO OPTIM
HIC IACET

Quid reliquiae essent, Servius docet: *Cadaver crematum reliquias dicimus*. Marii corpus *sitas reliquias*, quas Sylla dissipari iussit, appellare videtur Cicero, siti enim, ut ipse ibi docet, dicuntur ii qui conditi sunt. Communiter tamen cineres, & reliquiae dictae sunt minuta ossium & semiusta fragmina, quae remanebant ex combustione, & quae in urnis recenter detectis praesertim vitreis pluries inveni. Hoc fuit, quod post Augustum crematum superfuit, cum primores equestris ordinis *reliquias legerunt, ac in Mausoleo condiderunt*. Eiusmodi quisquilias transferre, religioni habuit Plinius Bithyniam regens ut permitteret, sic enim scripsit Traiano. *Petentibus quibusdam, ut sibi reliquias suorum, aut propter iniuriam vetustatis, aut propter fluminis incursum, aliaque his similia quaecumque, secundum exemplum Proconsulum transferre permitterem, quia sciebam in Urbe nostra ex huiusmodi caussis collegium Pontificum adiri solere, te Domine, maximum Pontificem consulendum putavi quid observare me velis*. Plinio concinunt lapides. *Reliquiae traiectae ex permissu Collegii Pontificum*. Alibi. *Cuius reliquiae ex indulgentia Augusti nostri Romam latae sunt*. At quid in animo habuit Veronius noster, cum reliquias vetuit? Gutherius vetuisse putat earum translationem: at ego collectionem potius inhibuisse iudico, non enim reliquias vetat, qui tantummodo transferri vetat. Ut reliquiae igni iterum traderentur, ita ut absumerentur prorsus, vel saltem ut minime reponerentur in tumulo, ne aliquando, ut eveniebat, dissiparentur, peculiari sibi religione Veronius iussit. (ad Aen. 2. 539.) (de Legg. l. 2.) (Svet. c. 100.) (l. 10. ep. 73.) (Grut. 578. 1. 594. 7.) (de Iur. Man. l. 3. c. 23.)

3

. . . .
ITEM DEDIT COLL
NAVT.ARILIC.HS XII.N
VT.EX.EIVS.SVM.REDITV
ROSAL.ET.PARENT.IVSTO.F
IVSTAE.VXORI.ET.SIBI.OMNI
AN.IN.PERPETVOM.PROCVR
ET ADIECIT.PONTIA.IVSTA.ISD sic
COLLEG.IN MEMOR.FORTVNATÆ
LIB.OB.EAND.CAVSAM HS N.DC
ET VT MONIMENTVM.REMVND

Prope Benacum olim reperta. Edidit Fabrettus imperfecte. Vici verum nomen discimus siti olim, (p. 754.)

ti olim, ubi nunc arx Pischeria est. In tabula
Grut. 449. 6. Peutingeriana scribitur *Ariolica* : in Gruteriana epigraphe *Naviculariorum Ardelicensium* : sed ex hoc marmore *Arilicensium* repone. *Arilica* ad *Ariolicam* magis accedit, ut Ver. Illustr. pag. 383. animadverti; cuius voluminis paginam 95. non
527. 1. respexit Cl. editor Novi Thesauri, cum *Ardelicienses* populum credidit *ad Athesim situm*. Collegio nautarum Arilicensium sestertium nummum millia XII legat, cuius nomen evanuit, ut ex eius summae reditu Rosae, & Parentalia sibi, & filio, & uxori omni anno in perpetuum procurentur. Ubi *Rosal*, scribendum erat *Rosar*:
l. 21. c. 3. hoc est rosarias coronas. Plinius: *transire deinde ad rosarias*. Docet ibi coronas etiam *sepulcrorum, & manium* honorem fuisse. Sestertios nummos sexcentos addidit Pontia in eamdem causam, & etiam ut hypogaeum verrerent; quod munditiei studium haud scio, an in alio epitaphio occurrat, neque an verbum *remundare* alibi visum sit.

1



Pischeriae, ad Benaci lacus exitum sitae, eruta non multo ante. In huius generis compendiis tam redundantem lapidem nusquam incidi, nulla tamen deficiente litera, neque ex errore intrusa. Eapropter scripturae formam repraesentare in *Verona Illustrata* necessarium duxi. Novus Thesaurus referre verba satis habuit, sed ea ipsa nequaquam feliciter. Quid V. A. significent, anterior inscriptio nos docet. Legendum itaque hoc modo est. *Dis Manibus Publii Virucate P. F. Maximi, & Valeriae Ursae. Publii Virucate Maximinus, & Tertius parentibus benemerentibus. Quorum ob memoriam dederunt collegio nautarum Vico Arilica* (vel *Arilicensi*) *consistentium sestertium quatuor millia nummum, ut ex reditu eius quotannis rosae eis deducantur, & cibos ponendum secus veterem consuetudinem*. Cl. editor Novi Thesauri interpretatur *nautarum Veronensium Athesi consistentium* : at praestabat profecto primo harum inscriptionum editori, & interpreti fidem habere. Ex reditu eius intellige *summae*. *Secus* pro iuxta : Glossae πλησίον· *Cibos ponendum* loco scribendi, *cibi ponantur*, ne *linguae cadentis vitio* imputes, neque enim sequioris seculi hoc monumentum est, sed plebeiae locutioni & sculptoris sphalmati, in iis tamen sollummodo verbis aberrantis. Scimus Romae quo- Quintil. l. 1. c. 22.
que in Theatris populum *exclamasse barbare*.

2



Simul cum anteriori, alte prius terra obruta, exiit haec, ab eodem scalpro incisa. *Dis Manibus Marci Conceneti Marcellini Marcus Congius Iustinus. Si maior auctoritas patrimonii mei fuisset, ampliori titulo te prosecutus fuissem piissime Pater*.

3

D M
AEMILIAE SECVNDAE
CN AEMIL PRIMITIVOS
E T
L OCTAVIVS IVCVNDVS
FECER C B M

Primitivus, & Iucundus Coniugi benemerenti fecerunt : duobus ergo maritis mulier haec

haec cum occubuit gaudebat? Memini cum Gruterianam olim legerem, cuius postea archetypum prope Perusiam in Oddiorum villa reperi, duos pariter coniugi benemerenti fecisse, me valde mirari: nec tamen ultra processi, nec quomodo nodus hic solveretur, exquisivi. Nunc vero in hunc incumbere necessarium puto, quoniam Cl. Muratorius alias consimiles inscriptiones ponderans, & in Indice Historico XIII eiusmodi exempla congerens, in eam opinionem devenit, ineluctabili lapidum testimonio feminas apud Romanos binis quandoque uno tempore coniunctas maritis fuisse; idque pro certo habiturum se, *donec Romanorum veterum lex quaepiam obiiciatur, qua eiusmodi coniugia interdicta, & multata fuisse*, constet. Verumtamen dicere liceat, nihil mihi hac sententia incredibilius videri. Fuse narrat Halicarnasseus, iam ab urbis exordio Romulum uxorum pudori prospexisse, lege sanciens, γυναῖκα γαμετὴν κατὰ νόμους ἱεροὺς συνελθοῦσαν ἀνδρὶ, κοινωνὸν ἁπάντων εἶναι χρημάτων τε καὶ ἱερῶν· *mulierem nuptam, quae secundum sacras leges cum viro congreditur, bonorum omnium, & sacrorum participem esse*. Hac siquidem lege *nuptae, quibus aliud non patebat refugium, cogebantur coniugis mores Unice induere*. πρὸς ἕνα τὸν τοῦ γεγαμηκότος ζῆν τρόπον· Nota est antiqua nuptialium tabularum formula, *liberorum procreandorum causa*: at mulier, quae nuptias cum existentibus duobus contraxerat, cuinam ex illis procreabat? cuiusnam habitasset domum? Filios alere, & onera matrimonii subire, quisnam ex illis tenebatur? Postquam prior dotem consecutus fuerat, supervenienti quid praestabatur? Nati ex Secunda nostra, quae Gn. Aemilii, & L. Octavii eodem tempore uxor esset, Aemiliine erant, an Octavii? *Eiusmodi nuptias*, addit vir Cl. *tantummodo occurrere inter ignobiles pauperesque homines*. Sed contra animadverti primo potest, in hisce titulis, duobus tantum exceptis, *tria nomina nobiliorum* duplices maritos exornare semper; deinde diversas non fuisse quoad iura connubialia pauperibus, & divitibus iniunctas leges. Sententiae suae quosdam adversari Cl. Muratorius ait in Corrigendis, quod apud Romanos polygamia locum non habuit, ut apud barbaros; sed hoc ad rem nequaquam facit, polygamia enim uxores plures permisit, & gentibus multis etiamnum permittit, non eodem tempore feminis maritos plures.

Grut. 757. 9.

1297.7.

tom. 4. p. 14.

At lex eiusmodi coniugia vetans apparet nulla. Id ne requiritur, ut quae communi quodammodo repugnant sensui, & a naturali iure videntur explodi, *Romanos rerum dominos gentemque togatam*, nisi peculiari lege vetuerint, credamus admisisse? Quam pluribus elucet e legibus augendae proli, & liberorum multitudini promovendae Romanos legum latores praecipue studuisse: at huic fini valde obstitisset eo modo permissus feminis biviratus. Caesarem, *uti uxores liberorum quaerendorum causa quas & quot vellent ducere liceret*, scriptam habuisse, paratamque legem tradit Svetonius: sed de uxore communi inter duos reddenda cogitavit nemo. Claudius Imperator cum comperisset Valeriam Messalinam super caetera flagitia *Silio etiam nupsisse, supplicio affecit*. Verum nonne sanciebant leges, *neminem, qui sub ditione sit Romani nominis, binas uxores habere posse*? nonne & *in Edicto Praetoris huiusmodi viri infamia notati* erant? quanto magis mulieres, quae binos coniuges affectassent? neque id memorandum erat, quia inaudita ea turpitudo nemini in mentem venerat. Longissima item legum complexio, quae de sponsalibus, de donationibus propter nuptias, de nuptiis, de nuptiis secundis, de iure dotium, de divortiis loquuntur, rem hanc extra omnem aleam ponit; pro rato scilicet in iis habetur, univiras fuisse mulieres, & hoc veluti fundamento nituntur: nec ulla umquam quid agendum esset, ubi duo simul intervenirent coniuges, indicat: de quo casu frequens necessario incidisset mentio, quia litibus, & contentionibus occasio & causa hinc facillime fuisset praebita. Infamiam, & nuptialium lucrorum privationem minabantur leges, *si qua ex feminis perdito marito intra anni spatium alteri festinaverit nubere*: qui ergo credi possit, duos eodem tempore habere permisisse?

Caes. 52.

Cl. 26.

Cod. l. 5. t. 5. l. 2.

Cod. 5. 9. 2.

Post haec autem omnia non deerunt qui reponant, tu vero quomodo tamdem expedis? & quomodo hoc involucrum extricas? nam quod eruditus Bimardius suspicabatur, *alterum coniugem, alterum fuisse Cognatum*, nemo certe consenserit. Ego quidem rem paucis conficio, utrumque afferens maritum fuisse, sed successive, non ut Cl. Novi Thesauri editor multoties pugnat, *eodem tempore*. Non omnia divortia dissidiis intervenientibus, & odio exorto eveniebant. Id consilium aliquando vir & uxor ob utilitates mutuas concorditer amplectebantur. Hoc est quod Hermogenianus significavit, cum dixit, *bona gratia matrimonium dissolvitur*. Mulierem respice, quae *divortio facto partem dotis receperat, partem apud virum reliquerat*. Propterea nihil mirum si benevolentia durante, ubi mulier decederet cum praesente marito anterior quoque interdum ad eius honores concurreret. Nihil est in his inscriptionibus, quod ambos eodem tempore coniuges indicet fuisse. Viris in priscis marmoribus adhuc perennantibus multas saepe tribui dignitates videmus, & munera: propterea ne eodem tempore iis decoratos fuisse putabimus? M. Calpurnius exempli gratia *Praefectus* dicitur *classis Praetoriae Misenensis*, & *Praefectus classis Praetoriae Ravennatis*: quis non videat, unam post aliam ex eis Praefecturis susceptam? Si quis tamen anceps adhuc esset, & huic sententiae nondum accederet, ad inscriptionem oculos convertat, in qua Vibia Polla *sibi*, & *Coniugi C. Aesilio Myroni*, & *Q. Caesio Hermeti Coniugi* locum comparat. Secundum in coniugio etiamnum fuisse,

v. Th. Nov. 1295.7.

Cod. 24. 1. 2. 24. 3. 65.

Grut. 383. 7.

Grut. 843. 1.

fuisse, priorem vero non amplius esse, satis ex eo constat, quod iam decesserat, & cum eo XIII annis vixisse dicat. Apparet ergo, quae ad secundas nuptias transierant, non praesentis solum sed etiam defuncti coniugis interdum
p. 121. in titulis meminisse. Fabrettus cum Calpurnio Hypno filio Hypnum, & Primam, & M. Cestium *parentes* facere videret, quo pacto eiusdem filii se parentes dicere possent, ignorare dixit, & *aenigmatis loco doctioribus proponere*. At cum divortio facto mater marito alteri se tradidisset, filium secum retinuit, ut accidebat quandoque, qui cum occumberet, & a patre, & a vitrico, quem patrastrum dici in Perusino lapide alibi monui, honore afficitur, & filius vocatur.

1

MANIBVS
ACVTIAE...
SEVERIL...
ANN...

Altini eruta. *Acutiae Manibus* idem valet, ac *Dis Manibus*. Non ergo Plutonem nec alia inferna numina literae D. M. in epitaphiis praemissae connotant, sed vita functorum animas. Ita profecto locuti non essent, nisi *maiores, eos qui ex hac vita migrassent, in Deorum numero esse voluissent*. Cic. de Legg. l. 2.

2

M. ACILIVS...
SALVIVS...
ACILIA. PA...

3



4

ANNIA. C. L. POTHVSA
SIT. TIBI. TERRA. LEVES
. . . .
H. T. D. D

5

D M
ANNIAE
AQVILINAE
COLLACTA
NEAE. PIEN
TISSIMAE
QVAE. VIXIT
ANN. XXVIIII. M
XI. DIES. XVI
C. IAVOLENVS. SEVE
RVS. B. M. POSVIT

6

L. ANNIVS. C. F. POB. SIBI. ET
M. ANNIO. C. F. FRATRI. FIERI
TESTAMENTO. IVSSIT. PROBAVERE
DIOMEDES. ET. ANTHVS. LIBERTI

Haud vulgarem fuisse monumenti constructionem, marmor indicat inscriptionem gerens pedes non minus septem latum. Propterea probatione opus indiguit, quam credibile est L. Annium testamento suo praescripsisse. Sic opera publica in acceptum non ferebantur, *antequam perfecta, probata, praestita* essent. Mirum D. 48. 11. 7.
est reperiri in titulis non una vice, eosdem fuisse qui facerent, & qui probarent: at in conductorem, & in artifices recidebat puto ea probatio.

7

Q. ATINIVS
SEX F CAPITO
VIVVS SIBI ET
ANNIAE FAVSTAE
VXORI SVAE
F....
H M H N S

1

D . M
ATINIAE
FORTVNATAE
PATRONA.B.M
FECIT

2

C.AVDASIVS
BODVACI.F
AVDASIA.C. F
PAVLLA

3

M.ATTIVS.PRIMI
GENIVS.VIXIT
ANNOS.XXXV
CVM.SODALIBVS
PHAENVSA
VXOR DE SVO
S.T.T.L.E.C.T

4

OSSA.HIC.SITA
SVNT.AVCTAES
APVSTIAE.RVFAE.QV
AE.FVIT.ROGO.PER SVPE
ROS. QVI ESTIS. OSSA MEA. TVEATIS

Edidere Reinesius, Sponius, Fabrettus, Gorius inter Florentinas: ego tamen non Florentiae, sed Venetiis Veneti aurei pretio coemi. Verbi *tueo* exemplum unicum a Basilio Fabro laudatum: archaismus est. Priscianus lib. 8. *Plurima inveniuntur apud vetustissimos, quae contra consuetudinem vel activam pro passiva, vel passivam pro activa habent terminationem, ut testo pro testor, opino pro opinor:* alia plurima recitat, nec tamen omnia. *Tuetis* pro *tuemini* Plautus in Aldina editione, ubi posteriores aliquae *tuvetis*: Mercat. A. 5. S. 2. *Auctaes* loco *Auctae*: ita interdum scribebant genitivo casu, ut a dativo distinguerent, s literam a Graecis mutuantes. Vide Fabretum pag. 496.

5

. . . .
VXORI
L.D AB
AVFILLENA.TACITA
COMMVNIS.ET
FAVSTA.L.FEC

Aufillena, a qua *locus datus*, subsequentes septem Musei nostri cum mentione loci fecit ut adiungerem.

6

G.C.GAMIANVS
SIBI ET QVINTIAE
VALERIAE CONIVG
BENE MERENTI
HELVIDIO PRIMI
ONI. ET AVGVSTAE
QVARTILLAE VIVO
ME LOCA CESSI

Loca cessit Gamianus, Caecilius ille, vel Claudius, vel alia gente a C incipiente prognatus fuerit. *Locus est, ubi quid locatum esse potest*: Varro de L. L. l. 4. In sepulcralibus aliquando idem valet ac sepulcrum. Hinc loculi pro conditorio. Ut plurimum situm significabat, in quem corpus, vel cineres inferri debebant. Hinc leges adversus eos, qui mortuum *in locum alienum* intulissent: locum autem alterius *accipere debemus sive in agro, sive in aedificio*. Loca cessit, idest in sui iuris monumento, ut ii quoque locum aliquando haberent, permisit. l. 2. D. de r. lig.

7

LOCVS
Q. SATRI
IN F.P.XII
IN A.P.XX

8

LOC.MON
IN FR.P.LX
IN AG.P.L
C.FVLVI.AGATHON

Q. Satrii, & *Locus monumenti* Agathonis terrae portionem signant, quae monumentis eorum devoveri debebat.

1

L . M
FLAVIORVM
Q . Q . V . P . L

Nobile quidem, & sumptuosum Flaviorum istud, cui agri *quaqua versus pedes quinquaginta* dicati erant. Has singularias nobis explicat Tul-
Phil. IX. lius, qui Sulpicio Rufo statuam pedestrem fieri exoptabat, circumque eam loci *quaqua versus pedes quinque* haberi.

2

L . M
E . SEX . L . H
IN F . P . XIIX
IN A . P . XXXII

Ad Sertorium Ursatum pertinuit, qui etiamsi de Notis amplum volumen dederit, neque in eo, neque in Monumentis Patavinis has interpretari tentavit. Inscriptionem rursus edidit Comes Silvestrius, qui pariter notas non attigit. Saepe in funebribus titulis illa occurrit formula, qua cavebatur, ne heredes in monumentum quoque ius sibi adsciscerent. Contra declaratur heic, ni fallor, uncias duas, sive sextam loci partem heredi traditam esse. *Locus monumenti e sextante legatus heredi.*

3

Q. CAESIVS SECVNDVS
Q. CAESIO LVCANO LOCI ET FAMILIAE EIVS

Ita in marmore, non LOC. I. ut apud Gruterum. Loci, hoc est loculamenta, familiaribus, hoc est servis, item concessa.

4

PRISCAE
TERENTIAE . Q . F
LOQVS
HIC . EST . ET
QVATRAE . TERE
NTIAE . IN . F . P
XII
. . . .

5

D M
AVRELIE GORSILE
CONIVGI BENE M
ERENTI QVE SEMPER
MECVM BENE VIXIT
NATIONE ACVICESEM
QVE VIXIT ANOS XXIIII
MESES VI OMERITIS OS
TITATIS EIVS EI EILIO FE
FICIMO QVI VIXTIMR
II MESSIBVS vIII DIEB . XXI
III FECIT AVRELIVS IVSTI
NVS VEVTERANV P
G A

Aurelius Iustinus natale quoque solum amatae coniugis memorat nempe *ad Vicesimum*, intellige a Roma lapidem. Cellarius: *a monte* (Soracte) *Romam versus locus in Tabula, & Hierosolymitano est, ad Vicesimum*. Sphalmatis nimium scatet.

6

AVR . AVGG . LIB
EPICTETVS VALR CAPI sic
TOLINE MATRI DVLCI
SSIMAE MVLIERI
ET INCONPARABI
LI QVAE VIX ANN
LX . BENE M FECIT

7

AVLOZENES
VRBANAE
CONSERVAE
TI . F . HIC

Aulozenes servile nomen, ut Auluzanus cognomen apud Aringhium, & Fabrettum. Reinesii schedae habebant *Aulonensis*, unde *Aulonam vicum, seu regionem urbis Veronensis* cudit pag. 627.

1

. . . .

CAECILVS
FORTIO.SIBI
ET.CAECILIAE
FESTIVAE.LIB
DVLCISSIM
ET SVIS

2

CAEDICIA.CHRESTE
DAT.L.SVTORIVS
INGENVOS

Haec in aversa Graeci epigrammatis parte pulcherrimis literis spectabatur.

3

V F
SEX.CALVISIVS
SATVRNINVS.SIBI.ET
CALVISIAE.SATVRNINAE
CONIVGI.DEFVNCTAE.ET
CALVISIIS.FIRMIONI.ET
VALENTIONI.FILIS.ET
NVRIBVS.ET.NEPOTIBVS
ET.PRONEPOTIBVS.ET

Reliqua in lapicidae, qui spatium non mensuraverat, scalpro remanserunt.

4

CALPVRNIAE
Ɔ.L.VENAERIAE
MATRI
VASSIDIA M.F
AQVILINA.FILIA
POSVIT

5

SEX CÆRFENVS
SEX F TERTIVS
. . IB . . . .
SEX CARFENO
MODESTO
L LIBQ

6

C.CASSIVS C.F
VESPA
MANLIA.T.F
REPENTINA
VXOR.AN.XXX

7

M CASSIVS M L
DIDMVS.PVPA
CASSIA.M.F.FILIA
GRAPIS.L.VIVA
FECIT SIBI ET
PATRONO ET
FILIAE.H.M.H.N.S

8

CELERI.....
RVSTICO CVRI....
PRIMO SACIDIO
BENIGNO FRATRIBVS
IN.AGR.P.XV.IN FR.P.XII

9

CHIAE
CHIVS.ET
CAENIS.PARENT
FIL.PIENTISSIM
QVAE.VIX.ANN.VIII
MENS.III.D.XXIII

Dis

1

DIS MANIB
TI.CLAVD.ALCIMVS FEC
SE VIVO SIBI ET CORNE
LIA'E SYMPHERVSA'E CON
TVBERNALI CARISSIMA'E
ET CLAVDIA'E PRIMITIVA'E
FILIA'E SVA'E ET SVIS
POSTERISQVE EORVM

In praediis Comitis Rolandini Maffeii, consanguinei mei dulcissimi, haud procul ab urbe Roma reperta. *Contubernalis* heic coniugem dicit: exempla alia colligit Fabrettus pag. 315. Accentus observa ae diphthongo impositos.

2

D M
TI.CLAVDI.PIETATIS
CLAVDIA.HEGEMONIS
CONIVNX.ET
TI.CLAVDIVS.EVTYCHES
PATRONO.B.M.FECER.ET
SIBI.SVISQ.LIB.LIBERTABVSQ
POSTERISQ.EORVM

3

V F
L.CLODIVS.L.L
ACTIVS.SIBI.ET
CLODIAI AMPHALE
CONTVB.ET
CLODIAI LIBERALI.F

IN.FR.P.VI.IN.R.P.XV

Nisi R pro A ex errore subiit, legam *in recessu*.

4

CLODIA M
L.PRIMA
M.CLODIO
M.L.HER
PATRONO
M.CLODIO
M.F.NIGRO
FILIO
V F

5

M.COMINIVS
M.L.DEVTER.SIBI.ET
T.COTIO.T.L
QVADRATO.ET
M.COMINIO.M.L
REPENTINO

6

L.CORDI.L.L
AMPHIONIS
OSSA.SITA.SVNT

7

L.CORNELIO
L.F. POB
BALBO
NORBANO

8

L.CORNELIVS
L.F.SVLA SIBI
ET AMANDE
ET MARCO
COMINIO VI
NDICI.VF.S

9

V F
CN.CORNELIVS
CN.VIC....II SEMNI...
CORNELIA CN L...
SEMNI FILIA
T.ORBIVS L.L.TVSCVS ET
ELEOTINI... MATRI
ET VALERIO T.F.FRATRI ET
VALERIAE..... FILIAE
IN F.P.........
H.M.H.N.S

1

.. M H IV...
...P F CORNELIVS
VALERIA P F GALLA
CALAMITOSA SIBI ET
....

2

L. CORNELIVS
FELIX EST
HIC SITVS
VAECIA. C. F
TERTIA
POSIT

3

L CVRTIVS
L. L. PRISCVS
CVRTIA L. L
NEVMA
CVRTIA Ɔ. L
PYRAMIS

ALBANVS

4

L. DOMITIVS
C. F. POB
QVERRA

5

C DOMITIVS
C F SATVRNINVS
SIBI ET
C DOMITIO
PATRI

6

D M
DONATO
CONIVGI
DORCAS
FECIT

7

V F
EGNATIA
SEVERA SIBI
OCTAVIAE
EXORATAE F
PIENTISSIM

8

Q. FICTORIVS Q.L. EVMACHVS
OLLAS. CONT. V. SIBI. ET. CVSINIAE
M. L. HEDEAE. ET. M. CVSINIO
M. L. ASCLEPIADI. PATRI
HEDEAES. C. CVRTIO POSTVM
BELLONI FRATRI. SVO

9

D M
T. FLAVI PRIMI VIXIT ANNIS
II. MENSIBVS. X. DIEBVS XX. HORIS
VI. FECIT. T. FLAVIVS PRIMVS PATER
ET. MATER FECIT SIBI. ET SVIS. POSTE
RISQVE EORVM

10

M. GAVIVS
M. L. COL
HILARVS...
GAVIA L L
ELEVTHERA
GAVIVS. F
QVARTAE
GAVIA M. F
MARCELLA

11

P. GAVIVS. P. L
HILARIO
VIVOS. SIBI. FECIT
H. M. H. N. S

1

V F
M GAVIVS ...
SEVERVS ...
CORNELIAE ...
CONIVGI ...
BENE MER ...
· M . GAVIO ...
CORNELIO ...
LIBE ...

2

M GELLIO . M . L . DIOCLI . DAT
DE . SVO M . GELLIVS FAVSTVS
LEIBERT

3



4

IANVARIVS . INBIM ...
HYPATVS . PATER . ET . FRA ...
AB . C . SALIO . OPTATO

5

IHAMNA GALLE
SQNNA GALLE
C . OCTAVIVS
M . F . CAPITO

Vide Ver. Illustr. pag. 5.

6

D M
IVLIA . P . PISTOR
C . D . COHIVVGI
B . M . VIXIT . AN ...
DIES . VI . O . II

7

C . IVLIVS . THAMYRVS
M . ANNIVS . PHILIPP
FILIVS . ET . PATER
HIC . ERVNT

Adoptionem noſcis, per quam nomina ſingula mutabantur. Philippo Iulianus addi deberet, ſicuti P. Cornelius Scipio Aemilianus eſt dictus, ex Aemiliis in Corneliam gentem ex adoptione translatus. At quomodo naturalis pater ſimul cum filio tumulandus in aliam familiam traducto? Eventuum, & viciſſitudinum quandoque inter homines evenientium rationem quis reddat?

8

C . IVLIO . C . F
POB . VALERI
ANO . ET . OCTA
VIAE . M . F . FESTÆ
PARENTIBVS . B . M
C . IVLII . PATER
NVS . ET . VERVS

9

LVPENSIA . HIC . EGO
SVM . INLATA . CONSVTIA
RVFA . CVIVS . OSSA . LEVITER
TEGAT . TERRA . MATER

Quomodo verba ſibi conſtent, & quem ſenſum conſtituant, non apparet; ſed apparebit, ſi literam inſerimus a lapidario omiſſam: *inlata a Conſutia*, quae Lupenſiae locum dederat. Eiuſdem literae concurſus ut in Mſs. ſaepius errorem creat, ita interdum & in lapidibus.

1

D M
KATTIA AVGV
STINA IIT VALIIR
MVKIANVS PA
RIINTIIS IIT VALR
FRATRIIS KATEIANV
MVKIANV IIT AVGV
STA POSVIIRVNT
BIIN MIIRIINTI
VALII MARKIILLINO
QVI VIXIT ANNOS
XXVIII MIINS II DI V

Parentes, *& Valerii fratres posuerunt Valerio Marcellino*. Inter literarum permutationes, quae aliquando in priscis lapidibus habentur, mirum praesertim est, cum duo I loco E occurrunt, IIT exempli gratia pro ET. Ortum opinor ex quorumdam usu Graeca, & Latina elementa permiscendi, atque eta Graecum adhibendi pro e: nam si de H transversam lineolam demis, habes II. Propterea apud Fabrettum pag. 346. FHCIT. in aliis, & in nostra, quae consequitur, FIICIT.

2

TI.CLAVDIO
PHILOXIINO
ALIIXANDIIR
COLIBIIRTVS
FIICIT

3

LANIVIAE. L. L. LEVCE
P.ALFENIVS.VARI.L.INGENVS

IN FRO.P.XII. IN AGR.P.XII

4

LEINASIENA.T.L
CLEOPATRA.SIBI.ET
T.LEINASIENO.T.L
PAPO.CONLIBERT
ET SVIS

Nondum agnitas gentes Leinasienam, Laniviam, aliasque eruditus Lector animadvertet.

5

M.MANILIO.M.F
POB.PANSAE
P.MANILIVS.M.F.POB.STRABO
ET.M.MANILIVS.M.F.POB
SILO.ABIDIANVS
. . . .

Perraro accidit, ut videamus cum patre filios duos tribum profiteri; at animadversionum huiusmodi non est hic locus.

6

MANILIAE
L.F.SABINAE
L.CASSIVS.L.F
TEBVLVS

7

V F
MARIA
AFRICANA
C.AFRICANO
ABASCANTO
ET AFRICANAE
ELPIDI.PARENTIB
ET.C.AFRICANO
IVNIANO.FRATR
B M

8

C.MARCIVS.C.F.COL
RVFVS.VIXIT.ANN.XVIII

Duobus praenominibus usos rarissimum est in lapidibus reperire. Fuisse tamen qui uterentur, Traiani Decii columna nobis ostendit, quae Caium, & Quintum singulariis literis denotat. *L. T. Flavius Fortunatus* erat in tubo plumbeo, p. 120.
quem Turrius vidit. Haud tamen continuo statuere licet, aliquando enim quod communiter praenomen est, quibusdam gentilitium fuit, videmus

mus siquidem in marmoribus L. Publium Faustum, T. Publium Crescentem, aliosque. Aliquando etiam non Titus sed Titius, non Quintus sed Quintius legi debet. T. Q. Flaminius, cuius vitam scripsit Plutarchus, Graece ΚΟΙΝΤΙΟΣ fuit. *Haec adnotatio ad subsequentem pertinet.*

1

C. P. MINVCI
C. F. P. MINVCIO
P. F. AVO

2

M. MARCIVS
TROM MARC

3

MVCIAN...
QVI VIX...
MILITAV...
ARIVO...

3

D M
MVNDICIVS AGATEMER
ET MVNDICIVS ROMANVS
EX DONATIONE
FECIT SIBI ET SVIS
LIBERTIS LIBER
TABVSQVE POS
TERISQVE EORV sic

Ex Donatione loci.

4

V . F
C. NASONIVS
Q. F. SIBI. ET
C. NASONIO IANVARIO
MINVCIAI. P. F. MAXIMAI
CONTVBERNALI

Naso celebris Poetae cognomen Nasoniae gentis nomen genuit, cuius sepulcrum in via Flaminia detectum fuit. Quae de gentilitiis saepe ex cognominibus profluentibus Cassiodorii nomina recensentes diximus, adi si placet. Lapis ab ecclesia Casellarum, ubi infixus est propediem adveniet.

5

NONIA. C. NONI. CHRESIMI
LIB. PHILVMINA

6

V F
NOVICIVS
RABVTIORVM
SIBI ET
P RABVTIO GLAGO
SODALI

Rabutiorum servus P. Rabutium libertum Sodalem vocat, vel quod antea fuerit, vel quod de Sodalitate Augustali intelligat, quam Glagus consequutus esset.

7

D. OCCI. ET. PONTI. ET Ɔ. L. FAVSTI
D. OCCI. ET PONTI. ET Ɔ. L. AVCTAES

Infrequens profecto est haec bonorum communio inter alienos; ita ut Faustus, & Aucta servi prius, deinde libertus, ac liberta essent Decimi Occii, & Pontii, & Caiae. Sed Pontius forte Decimi Occii frater fuit.

8

D M
OCTAVIAE
FIRMINE QVAE
VIXIT. MECVM
ANN. XXX. M. IIII
C. SENTIVS SE
CVNDVS CON
IVGI INCOMPA
RABILI ET G SEN
TIVS . . . . AVA
NVS MATRI DESIDE
RANTISSIME

Mira est, & semper fuit praepostera vulgi in efferendo perversitas. N literam iniuria dictionibus auferebant: contra ubi non est locus, imo significationem invertit, libentissime intrudebant. *Desiderantissimae* heic pro *Desideratissimae*. Qui Mss. triverunt codices ita librarios fere semper scripsisse norunt.

1

C. OPPIVS . Ↄ . L . AEM
PHOEBVS
VIXIT ANN XVI

2

PARCILIA
M OXONI . F
SIBI . ET SVIS
V F

3

PAVLINVS ET AMPLIATA
PARENTES FECERVNT DA
PHNIDI FILIAE DVLCISSI
MAE ET INCONPARAVILI
BENE MERENTI QVAE VI
XIT ANNIS XII MENS
VIIII DIEB XII HOR XII

4

PELLIAI M F
SECVNDAI
SORORI
BLANDAI L

5

C . PERCENNI
PROTI ET CRESTI
L . HIC SVNT OSSA
SITA

6

PETICIA
M . ET Ↄ . L
LIBERTA

7

VIVI . FECER
Q . PLOTIO . P . F
PVB . DESTINATO

8

V F
M . POBLICIVS
LINVS
SIBI ET
POBLICIAI ATTICAI
VXORI

9

C . POBLICIO
QVARTIONI . PATRI
REMMIAI . C . F
OCTAVIAI MATRI
C . POBLICIO C . F
VERO . FRATRI
POBLICIA C . F
SEVERA . ET SIBI
T . F . I

10

Q . POMPEIVS LVCR
SIBI ET
C . NOVELLIO CRESCENTI
AMICO

11

POMPONIA . Q . ET . Ↄ . L . CALE
VIXIT ANNIS XVII . . .

12

. . . .
. . . IVCVNDVS
SIBI ET
P . PONTIO . P . F
FESTO PATRONO
GAVIAI . Q . L . LYCNIDI
CONTVBER
P . PONTIO AGRICOLAE
FILIO

Primi-

1

PRIMIGENIA
COSSVTI . ET
MINVCIAE
LIBERTA

2

RAEDONIAE
PROTOGENIAE
PVP. PLASSA MAR
CELLINVS CONIVGI
INCOMPARABILI
RARISSIMAE
FEMINAE
V . ET . SIBI . F

Raedonios in titulis videre non memini. Pupius Marcellinus alter e Grutero habetur cum Q. Plassario. Literae optime effictae etiamsi plures simul colligatae, & implexae, sicut in illis vidimus Virucati, & Conceneti. Cum illis hic quoque stylobates repertus, sed ob petrae, vel tophi potius fragilitatem itineri non suffecit, & in fragmina dissolutus est.

3

D M
C
RVTILI
CALLIAE
MAGIA FES
TA MARITO
BENE
MERENTI
ET SIBI

4

T. SAVFEIVS . L . F
SAVCIO . SALVE

Imitatur funereum χαῖρε Graecorum. *Salve aeternum mihi maxime Palla.* Virg.

5

DIIS MANIBVS
SACRVM
M. SALVIO STENONTI
SALVIA ICMAS
CONIVGI SVO
CARISSIMO ET
SALVIA ROPE
PATRI PIENTISSIMO
ET SIBI ET SVIS
POSTERISQ. EORVM
FECERVNT
IN FR. P . III . IN AG. P . III

6

D M
SECVNDI
ENAE SALVI
AE Q V A XX
VI M VIII
Q SERTORI
VS LEONIC
COIVG KAR
MER POS
NCCXVIIII

In columbariis sepulcralibus ollae erant plurimae. Inscriptio a Fabretto allata: *parietem hunc, in quo sunt ollae LXV.* Secundienae cineres, ne moveri aut transferri possent, sub hoc numero collocati videntur fuisse. Tam magnus numerus, nec qui ei proximaret nondum apparuerat. pag. 15.

7

SEIAE
CHARITE
QVAE VIXIT
ANNOS . XVIIII . M . VII
Q. CATIVS
NICEPHORVS
CONIVGI
BENE MERENTI

1

SEXTIA . Ɔ . L C . IVLIVS C . L
CIVITAS FAVSTVS

2

T . SEMPRONIO AVCTO
PATRONO
T SEMPRONIO
HERMETI
LIB BONO
ET....AMICO

3

SENICIO
SOLITVS SOLITI F
SIBI ET
BANILLAE VXORI
T F I

4

SERVILIA AMAB
SERVILIAE RVFAE
P.SERVILI FAVORIS
V.ANN.XX

5

SEX.SERTORIO
C.F.VOLVMNIAE
L.F.TERTVLLAE
VXORI
SEX SERTORIVS CLEMENS
PATRI ET MATRI
V F

6

OSSA
SEVERAE
PRIMVS POSIT

7

DIS
MANIBVS
STATIA SEVE
RA.P.F
T.F.I
CVR.LIB

8

D M S
Q.STATIO FILIO VIXIT
AN.I.ME.II.D.XXII
Q.STATIVS SPERATVS FIL

9

STAEDIAE PAVLI
NAE L CANTIN
VS HERMIPPVS
CONIVGI INCOM
PARABILI

a tergo

AVE ANIMA
INNOCENTIS
SIMA STAEDIA PAVLN

10

F sic
P.STATIO.L.F
DENTONI PATRI
CASSIAI Q.F.MAXIMAI
MATRI
STATIA P.F.SEVERA
MAECANAE.A.F
SECVNDAE AVIAE

Ossa

1

OSSA HIC SITA SVNT
C . STATORI C . F. COR
BASSI

2

T . ARQVITIVS T . L
CASTVS
AEDI . DED SODALI.SV
L . TAMPIO Ͻ . L . VITALI ET
TAMPIA Ͻ . L . MYRSINE . VITALI L

Aut *Aedilis*, aut *aedificium dedit*.

3

M . TENATIVS . C . F
NIGER . SIBI . ET
C.TENATIO P . F . PATRI
DOMITIAI . C F . SECVNDAI
MATRI
C . TENATIO . C . F . PROBO
FRATRI
T F I

4

TITINIA . PRVSA
NERIA DELIVM EIV
S . VIXIT . ANNIS
XXXV . VIXIT ANNIS V
I . ET D . XIV . C . OSSONIVS GA
LLVS . CONIVGI FIDISSI
MAE . ET DELICIO . SVIS

a tergo

TETINIA
PREPVSA
C . OSSONIVS GALLV
ET DELICIO

In hoc lapide nescis scriptura ne praestet, an verborum constructio. Pro I litera L fere semper depingitur. *Delium* pro *delicium*. *Vixit annis VI.* postquam xxxv vixerat.

5

TERENTIA ALBANA
ANN XXV MENS XI
DIES XIV MINVS QVAM ANN XXVI
EGO SVM QVAE IN CARINIS PEPERI ODI
SVPERI ET INFERI O MATER MISERA

Cum Coelio coniunctae Carinae. Varro L. L. l. 4. In eo vico Albana importune puerperio correpta, vita excesserat.

6

V F
L . VALENTIVS
EVTICHVS
SIBI ET
L VALENTIO
SENECIONI
PATRONO SANC
TISSIMO

7

T . VALENTINO
PISINIONI
CVRFIA MAR
CELINA MARITO
OPTIMO B M
ET . . . . ATRE
PARENTIBVS
INFELI. . . . .

8

. . . ISIVS . . .
MERCATOR
. . . ANVS . LEG
. . . SIBI ET
. . . SIO IVENCATO
. . . ATRI
. . . SIVS HOMVLLVS
. . . . ES . LEG

1

DIS MAN
VALERIAE
M . F
SEPTIMINAE
M.VALERIVS.M.F
HERMA PATER
ET VTILIA.M.L
MYRTALE MA
TER FILIAE
PIENTISSIMAE
POSVERVNT
EX IVGX IN
FRONTE P
XXXVIIS IN
AGRO P L
V F

Ex iugero decimo , ut indicarent, qua in parte praedii sepulcrum statuissent . Donius difficultatem elusit , epitaphium afferens sine iis literis: quae nescio quo fato cum petrae fragmine quod dissiluit rursus evanuere .

2

VALERIA
D.L.HECALE
SIBI ET
ENNYCHO
V F

3

MARCVS VALERI
VS VALENS.F.IV
LIAE MONTA
NAE CONIVGI PI
ENTISSIMAE QV
EM. HABVI.AN XV
FVNCTA EST.AN
XXX...

M. Valerii Valentis, & Iuliae Montanae nomina Italicum scalprum , aetatemque nequaquam inclinatam & barbaram testantur , & monstrant. Attamen si e literarum forma & scribendi modo iudicium facis , barbarorum aevo, & manibus inscriptionem statim assignabis. Literae praesertim A, & L insueta prorsus forma, & exotica effictae sunt.

4

C.VALERIVS.C.F.POB
PLANTA.SIBI.ET
C.VALERIO C.L.AMPHIONI.ET
... AE. C.L.CLARAE
... TO. FIERI.IVSSIT

5

NERIA.CN.L
CALLO
V. AN.LXXXXVII

6

D . M . S
M.VARENIO
IANVARIO
V.A.LXXXXVI
ET LVSIAE
NOMICENI
CONIV GI EIVS
M.VARENIVS
FELIX
PATRONIS DIGNISSI
MIS.B.M.POSV
.IT

Patroni rarissima longaevitate spectandi, & patronae nomina Felix expresse , & distincte profert, cum caeteroquin liberti ea formula uti solerent , quam videmus in subsequente , *Caiorum*, *&* *Caiae*. Mirari aliquando soleo , communionem hanc, ubi de servis agitur, bonorum inter coniuges animadversam ab eruditis , & perpensam nondum , quod viderim, fuisse.

7

VARICIA
C.C. ET Ɔ.L
CALITYCHE

M.Va-

1

M . VARIO
L . F . PATRONO
MINICIAE . L . F
TERTIAE . ET . SIBI
M . VARIVS
M . F . SECVNDVS
CAPRIA . C . F
SECVNDA
VARIA . M . F . MAXI
MA FILIA
H . M . H . N . S

2

V F
L . VASSIDIVS M . F
MERCATOR SIBI ET
M . VASSIDIO M . F
FRONTONI
C . VASSIDIO M . F
CLEMENTI
. . . .

3

DIS MAN
VERECVNDI
DELICATI VIXIT
ANN. XVII . M . II . D . XI
C. VESIVS MARTIALIS

Duo priora verba ſibi invicem repugnare, putabit aliquis. Utrum Delicatus turpitudinis notam involvat, *contentio viget inter Criticos*, ait Fabrettus. (p. 362.) Vere aliquando obſcaeno ſenſu accipitur a Scriptoribus, ut plurimum tamen nequaquam. *Adoleſcens delicatus, qui in littore ambulans ſcalmum repererat*, nihil aliud ſignificat apud Tullium (in Bruto.) quam tenerae aetatis. In Vulgata verſione nomen id honeſto ſenſu ſemper adhibetur, & eodem modo ἄβρα in Graeca. In Inſcriptionibus ſimiliter, quamvis aliquae perperam acceptae fuerint; ut Gruteriana 661. 9. cuius tria ultima verba in marmore nequaquam habentur.

4

Q. VIBI . ANTEROTIS
ET . VTI . DONATI
OLLAS . VI

5

VIBIA . M . L . PANDROSIS
FILIA . EVANGELI . ACIDINI
TI . CLAVDIVS . TI . L . ACIDINVS

6

M . VIBIVS . M . L . EVANGELVS
HIC . SITVS . EST
VIBIA . M M . L . STVCA . EVANGELI

7

C VIBIO EVTYCHET
VIBIAE POTENTILL
PARENTIB
C . VIBIO APHRODIS
PATRVO VIBIAE
APHRODISIAE AVIAE
C VIBIVS CALLISTIO

8

DIS . MAN . VIGELLIAE
SVCCESSAE . AGENS . OCTAVO . ANNO
RAPTA EST

9

. . . VIPSANIO
CTESONI
M . VIPSANIO
CLEMENTI
L . VIPSANIO
LVCANO

10

D M
SEX VINIO DAMA
ET NAEVIAE TYCHE
FECIT FLAVIVS
PRIMIGENIVS ET
ADITVM DIDIT sic

Itum, aditum, ambitum in aliis.

V F

1

V F
C VOLESIVS
L.F.LVCVLVS
SE BARBILIAE C F
QVARTAE VX
sic E SVIS

2

CINERIBVS
C.VALERI.EVARISTI
FECER.VALERI FRATRES
PARENTI BENE
MEREN TI

3

D.M.SAERIAE TRYPHAE
NAE.Q.COSCONIVS
CRES CENS
CONIVGI.B.M.FEC

4

D M

CANIAE
VENERIAE

Foramina, quae interdum in arcularum cineres continentium operculis aspicimus, Reinesius, qui lapides non vidit, & inscriptiones e libris, aut schedis hausit, *marmorarii lusus*
p. 860. credidit; sed Fabrettus *ad lacrimas*, *seu libatio-*
p. 70. *nes excipiendas* facta probe docuit. Morem lacrimas, aut liquores quosdam, anniversario praesertim officio, in cineres infundendi, modumque quo id praestabatur, ex urnis huiusmodi discimus. Huc respiciunt Poetae. *Ad tuum*
Iph. in *sepulcrum non afferam lacrimas*, inquit Iphige-
Taur. nia apud Euripidem: *οὐ δάκρυ' οἴσω* *Lacrimis urgere sepulcrum*, Propertius.

Sparge mero cineres, & odoro perlue nardo, Ausonius. Sed quocumque Scriptore melius antiqua haec Rusticellae inscriptio docet, quam
Gruterus corruptam attulit. 882.3.

Quandocumque levis tellus mea conteget ossa,
Incisum & duro nomen erit lapide:
Si qua tibi fuerit fatorum cura meorum,
Ne grave sit tumulum visere saepe meum.
Et quicumque tuis humor labetur ocellis,
Protinus inde meos defluat in cineres.

5

. . . .
ET IN TVITIONEM
HS CCCIↃↃↃ CC...

6

D M
C.ROSCIO SALVIANO FILIO
PIENTISSIMO.QVI.VIX. ANNIS
XLIII. MENS.XI. DIEB. XXV. VLPIA
PRIMA.MATER.SE VIVA.FECIT.SIBI
LIB.MEIS. ITEM.FILI.MEI.ROSCI SAL
VIANI. POSTQ. EORVM

7

D M
PREPVSAE FI LIAE B.M
QAE.VIXIT ANN. VI. DIEB. X
CAECILIANE. ET. DYDIMVS PA sic
PARENTES. FECERVNT. ET. SIBI
ET SVIS POSTERISQVE
EORVM

8

Quatuor in hac collectione lapides habentur Asciam praeseferentes. Quod in Gallia decantata ea formula *sub ascia dedicavit*, in Italia sola instrumenti figura, etsi raro admodum, significabatur. Cum typographi aliena saepe facie ediderint, accurate heic figura repraesentatur, ut ex ea constet, neque ligonem, neque sarculum, neque securim esse, sed asciam, qua calx macera-

Off. tom. 4. p. 232. ceratur ad inducendum tectorium muris. Spectetur item ascia in inscriptione, quam Lugduni exscripsi de novo erutam, ineditamque vulgavi.

Quid eo signo, eaque formula denotaretur, ut investigemus, animadvertamus, dupliciter id obscurum reddi, nempe & verbo *dedicare*, & asciae nomine, aut figura. Dedicandi verbo tam multipliciter, tam varie veteres usi sunt, ut prolixum nimis foret, significationes enumerare singulas. Multa in hoc argumentum collegi, quibus non est heic locus. Hebraeorum ritus, & Vulgatae versionis locutiones non praetermisi, quod ad propositum valde conducere existimo. De praesenti quaestione cum verba facerem in *Galliae Antiquitatibus*, scripsi quidem,
Gall. Ant. e- pist. 11. & scripserat antea vir Cl. Canonicus Mazochius, qui in hac materia erudite versatus est, dedicare idem esse, ac *rei cuiuspiam usum incohare*.
Maz. de Ascia p. 90. Revera in hoc sensu dedicationes apud Scriptores occurrunt saepius. Etiam in Deuteronomio xx. 5. *qui aedificavit domum suam, & non dedicavit eam*, significat, *& uti non incoepit*. Ut plurimum tamen dedicatio quiddam ultra superaddebat. Animadverterat Casaubonus quo-
Ner. 31. que ad Svetonii locum de Nerone, *domum absolutam cum dedicaret*, id esse, *auspicari usum alicuius rei*; & opportune addiderat, *quod fiebat cum solenni festivitate*: legere malim *festo*. Celebris Marchio Polenus, de cuius amicitia glorior, in adnotationibus ad Frontinum an. MDCCXXII
p. 50. editum, sic docuerat. *Dedicare erat aliquid splendidum ac magnificum primo fabricae usu publice exhibere iis, quorum gratia fabrica perfecta erat*. Mariana multo ante in 3. Reg. VIII. 63. *Dedicare est uti incipere aliqua re, sed cum aliqua solennitate*. Memoratur in Machabaeorum historia *sacrificium dedicationis, & consummationis Tem-*
1. IV. 56. *pli*: ἐγκαινισμοῦ καὶ τῆς τελειώσεως· & quomodo fecerint *dedicationem altaris diebus octo*.

Ad rem nostram quod pertinet, Cl. Mazo-
p. 90. chius tradidit, *nihil aliud istic est dedicare, quam usum monumenti illato cadavere inchoare*. At hocce ego epitaphium Lugduni apud Patres Trinitatis exscripsi:

D M
P. PRIMIVS
EGLECTIANVS
P. PRIMI CVPITI
LIB. QVI VT HABE
RET VIVVS SIBI
POSVIT ET SVB
ASCIA DEDIC
DOMVI AETERNAE...

pag 98. Perperam Sponius in Lugdunensibus incipit PRIMVS EGCLETIANVS. Libertus iste vivus sibi tantum ponit, ac praeparat, & tamen sub ascia dedicat. Idem dicas de Aquilia Severa, quae Spon. p. 227.
pariter *viva sibi posuit*, & sub ascia dedicavit, nec tamen ullum cadaver intulit. Idem de Muratoriana 1159. 5. a Bimardio accepta, quam Sponius decurtatam attulerat in Lugdunensibus pag. 57. definit autem, *sibi vivi poni curarunt, & sub ascia dedicaverunt*. Animadverti etiam potest ad eum Cl. Mazochii paragraphum, *locum* in re funerea interdum quidem pro loculo, seu conditorio accipi, at saepissime etiam a sepulcro distingui. *Locus monumenti* idem certe non erat ac monumentum. *Loca duo* qui in monumento dabat, duo monumenta non dabat. *Locus impetratus a domina*, *Loco sibi concesso a patronis suis*, *Locum sepulturae donavit*, & sexcenta alia apud Fabrettum cap. 3. quis de sepulcro ipso accipiat?

Ego vero dicare alicui monumentum, nihil aliud significare modo arbitror, quam illius gratia construere. In Narbonensi, quam vidi, & protuli. Secunda Sibi & Viro suo *Dicat*; hoc Gall. Ant.
est monumentum condit, ut se aliquando, vi- ep. 11.
rumque suum excipiat. Aemilius Paullus Basilicam suam ἀνέθηκε Ρωμαίοις, *Romanis dedicavit*: Civ. lib. 2.
ita Appianus loquitur. Aliudne haec importare dicemus verba, quam *in Romanorum usum extruxit*? Idem dicendum de Panviniana inscriptione, qua Augusti, & Caesares thermas *Ro-* Grut.
manis suis dedicaverunt. 178. 4.

Quid addat ascia, & quid ultra denotet, alias proposui, itemque Cl. Mazochius proposuit. Ea monumenta de novo fuisse excitata, nemini antea patuisse, & quod perhonorificum habebatur, in eorum gratiam, quorum nomina inscribebantur, complementum suum habuisse, ascia significabat; quod his argumentis ostendo. Eo instrumento, ut extremam muris, navarent operam, murarii fabri utebantur: congruenter ergo monumentum illud ab artificum manu recens exiisse, asciae indicabatur nomine, aut figura. Nec propterea tamen dicendum cum Gutherio, *sub ascia dedicare idem omnino esse ac opere tectorio, marmoreo, vel albario exornare*: verae sententiae surculum heic habes non truncum. Graecam Nemausi exscripsi, in qua quod Latine *sub ascia dedicatum* dicebant, Graece νεόδμητον dicitur, id est *noviter aedificatum*. Nemini antea patuisse, ut declararent, *locum virginem*, & *monumentum virginem* comparasse, in v. Fabr.
epitaphiis quandoque exprimebant. Dedicare si- p. 53.
gnificabat insuper completum opus: *Consummatum hoc opus sub ascia est*, in sepulcrali habetur, quam in Epistola XI citavi. *Dedicaverunt portas* in Machabaeis quid est nisi perfecerunt? In no- 1. IV. 57.
tissima Veronensi post ea verba, *Muri fabricati ex die III nonarum Aprilium*, subsequentia, *De-* Grut.
dicati pridie nonas Decembres, nihil aliud prae- 166. 2.
stant, nisi quod perfecti, completique operis designant diem. Ficoronius de antiquitate benemeritus huius mihi inscriptionis paulo ante apud Labicanam viam, ut asserebat, repertae,

exem-

exemplum transmisit, quam deinde Cl. Mazochius in lucem protulit, atque ubi servetur, admonuit. de Asc. p. 304.

HVNC · MVNIMENTVM
IN . FRONTE . P . XII . IN . AGRO
P . XVI . A SOLO ET AB ASCIA
AELIA . ISICENIA . TI . CL
ZENATI . MEMORIAM
MARITO SVO DVLCISSIMO
ET SIBI LIBERTIS LIBER
TABVSQVE POSTERISQ
EORVM

Manifesto heic apparet, formulam *ab ascia* alteri opponi *a solo*, quam adhibent lapides, ubi communiter *a fundamentis* dicitur. Liquido ergo constat, *a solo*, *&* *ab ascia* significare a principio constructionis ad finem; constatque pariter, eruditos viros hallucinatos esse, qui contra pro certo habuerunt, *ab ascia tantumdem esse quod a fundamentis*. Aelia, non Tiberii liberta, ut vir doctus putavit, sed coniux, Tiberio Claudio Zenati marito suo monumentum a soli excavatione ad asciam adhibitam, hoc est usque ad extremum eiusdem complementum, curavit elaborari. Pro coronide animadverto, in columbariis, sive in hypogeis, ubi urnae literatae magno numero coacervabantur, nullam umquam visam asciam esse, quia monumenta illa libertis patebant, libertabusque, nec in eius, aut in eorum gratiam qui inscribebantur, de novo extructa dici poterant. Animadvertere item liceat, Mazochianae sententiae summam ad meam quam proxime accedere, atque ab illa Cl. Muratorii, qui sub ascia dedicantes, *monere* ea formula, *&* *exorare possessores agri* opinatus est, ut *identidem amputarent vepreta*, *urticas*, *herbasque rusticanas*, quam longissime abesse: nihilominus erudito libro condito illi potius savisse vir eximius videri voluit. At ego quidem iam absisto, ne in viri celebris notum heic dicterium incurram, qui eius formulae vim ignorare potius se velle dixit, quam tot chartas evolvere, totque opinionum commenta, ut hoc discat, digerere. De Ascia p. 118. & 304. Nov. Thes. p. 538.

M . ACILIVS
SALVIVS

AVRELIAE MAXENTIAE
N̄ XVIII

C . CAESIVS
C F
AGRIPPA

M . COCCEIVS
M LIB
IANVARIVS

COMISIAE
ARIADNES

L . CANTITIO

P . DOMITIVS
P F
RVFVS

L . EGNATIVS
L F
NIGER

L . FLAVIANVS
M . L
ADRASTVS

. . . .
C . F
FABVLLAE

C . GAVI
CAPITONIS

L . IVLIVS S...
SEX . F . COR...
T F...

IVNIAI M F TERTIAI
SORORI

MANILIVS A F
COLLINVS
Cum viri protome.

MARCIVS
THYRSVS

L TENATIVS
L F
PROCLVS

L TENATI...
M F
VARVS







Cignaroli dis: Y 2 *Fr: Zucchi scol:*

In magno vaſe marmoreo.

TROTTEDIO
P L SASAE

L . VALERIVS
L F
COXSINVS

G . VALERIVS
G F
CLEMENS

M . V A R I V S
VARI F
MAXIMVS

IN F. P . XII IN A . P . XV

I N F R
P X X X X
R E T R
P . X X X X

In lucernis fictilibus.

F E S T I	C . D E S S I
COMVNIS	IEGIDI
LITOGENE	S A B I N I
STROBILI	L V P I
D E S S I	L . CALVENTI
F O R T I S	

In magno & quadrato latere pulchris literis, & eminentibus.

KAR . ARES

I N O Я V ᗡ . M

I ꟼ O H T A Ↄ A

И O M

⅃ · Ǝ A Ↄ

In aere literis extantibus, & inverſis, ut impreſſae recte procederent: typographiae initium quoddam erat. In averſa parte anulus annexus eſt, ut tenues lamellae duobus digitis prehendi, & premi poſſent.

In fragmento vitreae tabellae ſubviridis hae ſolum literae eminentes ſuperant EX... CIN... In fragmine conſimili ſed convexo quadriga pulcherrima. Vitream inſcriptionem ſatis prolixam Piſauri videre memini in Muſeo viri cl. Io. Bapt. Paſſerii.

Inſcriptionis, quae Amphitheatrum antiquitus condecoravit, literae ſuperſunt, & ſervantur quatuor S. CON. ad pedis amplitudinem dilatatae. Vide de Amphith. l. 1. c. 3.

Ut horum nominum, aut fragminum taedium relevem binas alius generis perraras affero epigraphas.

ITER
P R E C A R
Q. G A V I
P H A R I



Ulpianus de ſervitutibus praediorum: *Iter eſt ius eundi ambulandi hominis, non etiam iumentum agendi*, quod dicebatur *Actus*. Cicero pro Caecina: *iter, actus a patre relinquitur, ſed rata auctoritas harum rerum a iure civili ſumitur*. Diſcimus ab his ſaxis noſtris, conſuetum fuiſſe ad evitandas lites inſcriptos in opportunis locis cippos breviuſculos ponere, quibus etiam ſpatii menſura praeſcribebatur: *pedes duos ſemis latum*. Etiam cum de aquis agebatur, *lapideo titulo poſito, unde aqua veniat adſcribere, ut nulla invadendi publicum relinquatur occaſio*: quam inſcriptionem egregiam Cyriacus prope Delphos repererat, & communicaverat, Gruterus autem iniuria ſpuriis accenſuit. Marmor in Graecia vidit Sponius, & diligentius exſcripſit. Iter aliquando non ex ſervitute debita ſed precario obtinebatur, & hoc quoque in altera exprimitur. *Trecarium eſt quod precibus petenti conceditur tamdiu, quamdiu is qui conceſſit patitur*; & in lege proxima: *veluti ſi me Trecario rogaveris, ut per fundum meum ire, vel agere tibi liceat*. Siculius Flaccus de conditionibus agrorum. *Ad omnes autem agros ſemper iter liberum eſt; nam aliquando deficientibus viis vicinalibus per agros alienos iter praeſtatur. Quin etiam conveniunt Trecario &c.* quae ſequuntur corrupta ſunt.

D. 8. 3. 1.

Cyr. pag. 8.

Miſc p. 279.

D. 43. 26. 1. & 2.

I

IVCVNDVS LIVIAE DRVSI CAESARIS
F . GRYPHI ET VITALIS

IN QVARTVM SVRGENS COMPRENSVS DEPRIMOR ANNVM
CVM POSSEM MATRI DVLCIS ET ESSE PATRI
ERIPVIT ME SAGA MANVS CRVDELIS VBIQVE
CVM MANET IN TERRIS ET NOCET ARTE SVA
VOS VESTROS NATOS CONCVSTODITE PARENTES
NE DOLOR IN TOTO PECTORE FIXSVS EAT

Iucundus puer, Liviae minoris, quae Drusi Caesaris, Tiberii ex Agrippina filii, uxor fuit, servus, filium se dicit Gryphi, & Vitalis. Vitalis nomen feminis etiam dari novum non est. *Vitalem ancillam* exhibuit Gruterus 1039 8. *Saga manus*. Apud Auctores substantivum nomen est: *Pollicita est magico saga ministerio*. Tib. lib. 1. el. 2.

2

NONVM . POST . DECIMVM . COMPLERAS
NVBILIS ANNVM
VIBIA CRVDELI FVNERE RAPTA VIRO
DVM TIBI PROGENIES ANIMO DVM
FIDIS IN ILLA
HEV FACINVS VICTRIX ME TVA VOTA GRAVANT
MOLLITER AD MATREM PLACIDI
DESCENDITE MANES
ELYSIIS CAMPIS FLOREAT VMBRA TIBI
M . ATEIVS EPAPHRODITVS

PERMISSV ATTI PRIMI GENI ET

HERACLID TABVLAR DOMITIAE

Manes defunctae animam perspicue hic significant. Monumentum, sive monumenti locus, ad Primigenium, & ad Heraclidem Domitiae Tabularium pertinebat: forte Domitiae Domitiani uxoris.

3

TELEPHVS . HÁC. SÉDE . IVCVNDA POTHVSQVE . QVIESCENT
DÉBITA . CVM . FÁTIS . VENERIT . HÓRA . TRIBVS
HIC . LOCVS . HEREDI . NE . CESSERIT . INVIOLATI
SINT . CINERÉS . TVM . QVÓS . CÁNA . FAVILLA . TEGET
TELEPHVS . IIIIII . VIR . SIBI . ET . SVIS

Fata vel Parcae, Fulgentius. Aureum in thesauro Mediceo aliquando vidi Diocletiani numisma, tres mulieres exhibens cum epigraphe *Fatis Victricibus*. *Tria fata*, quae memorantur in

in epiſtola Celerini Confeſſoris ad Lucianum, vigeſima inter Cyprianicas, tres Parcarum ſtatuas fuiſſe prope Iani aedem poſitas nullus dubito. Procopius Goth. l. 1. c. 25. Τὰ τρία φάτα οὕτω γὰρ Ῥωμαῖοι τὰς Μοίρας νενομίκασι καλεῖν.

Proſodiae leges ſervantur ut plurimum in Graecis inſculptis carminibus, at negliguntur ſaepe in Latinis. *Iucunda ſede* ſcripſiſſet huius auctor tetraſtichi, proſodia conſtabat, attamen neglexit. Temporum, ac ſyllabarum apud vulgares Poetas neglectio viam ſtravit carminibus *Saturnio metro compoſitis, quae ad rhythmum ſolum vulgares componere conſueverunt*. Servius ad Georg. 2. 385. Vide quae *de rhythmicis verſibus* aliquando compegimus.

In hac, & in aliis pluribus ex inſcriptionibus noſtris, accentus interdum ſignantur, & literis ſuperponuntur, ut animadvertere potuit eruditus Lector, diligenter enim in hac editione ii quoque apices ut plurimum additi ſunt. Videntur ſcalptores illi, longas ea nota connotare voluiſſe ſyllabas; illas ſaltem, quas non pateret omnibus longas eſſe. Quintilianus: *longis ſyllabis omnibus apponere apicem ineptiſſimum eſt, quia plurimae natura ipſa verbi quod ſcribitur patent*. lib. 1. c. 7. Probavit autem ad ſignificationis ambiguitatem tollendam: *neceſſarium, cum eadem litera alium atque alium intellectum, prout correpta, vel producta eſt, facit; ut malus, utrum arborem ſignificet, an hominem non bonum, apice diſtinguitur*. Ita in hoc lapide admonet accentus, *ſede* nominis ſextum caſum eſſe non verbi imperativum, quia corriperetur. Verumtamen ab his quorumdam marmorum notis parum nos diſcere fateri cogimur, nam praepoſtere adpoſiti deprehenduntur non infrequenter, vel ubi ratio non apparet, & quandoque cur in eodem titulo quibuſdam literis appingantur, quibuſdam minime, intelligere non eſt.

SEX . NAEVIO
L . F . PVB
VERECVNDO . SIGN
COH . XIIII . NATO
VERONAE . OSSA
RELATA . DOMVM
CINIS . HIC . ADOPERTA
QVIESCIT . HEREDES
TITVLVM . VERSICVLOS
CORNELIVS . EROI
CONLEGAE . ET . AMICO

Hanc Signiferi decimaequartae Cohortis (optime de Cohortibus Fabrettus) memoriam, quatuor a Roma milliariis erutam, edidi iam Ver. Illuſtr. p. 111. Multa heic inſueta occurrunt, & adnotanda. *Publicia* tribus, quae paſſim Poblicia. *Nato Veronae*, cum de more *Verona* ſatis eſſet dicere, ſicut in aliis patria profertur. Oſſa Veronam uſque miſſa poſt exuſtionem rogi. Nec minus rarum eſt, epitaphium quoque idem iter denique emenſum eſſe. Cineris diſtinctio ab oſſibus, & ſeparatio. *Cinis adoperta*, ut *acerba cinis* Veronenſis alter. *Titulus* non pro inſcriptione, quae Cornelio debetur, ſed pro ſtylobate, qui heredibus. Nomen illius, qui verſiculos inſcriptos fecit adiectum: cuius adiectionis exemplum haberi deberet apud Grut. 703. 2. *Verſum ſuperpoſuit P. Succeſſus pater*: ſed loco verſus ſuperpoſiti alia inſcriptio ſequitur importune agglutinata. *Herois* appellatio amico tributa in epitaphio Latino Graecorum more: ex ea colligere eſt, florida aetate Verecundum deceſſiſſe; in Graecis enim epigraphis, quod ab antiquariis forte nondum animadverſum, iuvenibus tantùm illa appingi denominatio ſolet. Omiſſa in *Eroi* aſpiratio. In eadem Cohorte, & in eodem honoris gradu argui poteſt Cornelium militaſſe, cum defunctum *Conlegam* vocet. Obſervandum demum, poſt hexametrum, & dimidium pentrametri verſum abrumpi, & exlex eſſe quod ſequitur. Non deerunt fortaſſe qui putent, alia carminum genera verbis ſequentibus contineri; ſed hoc ex eo quod, ut Quintilianus docet, *nihil eſt proſa ſcriptum, quod non redigi poſſit in quaedam verſiculorum genera*, 9. c. 4 minime vero quia genera tam diverſa umquam miſcerentur. Addas etiam velim, nuſquam forte viſum eſſe carmen dactylo, ſpondeo, & dactylo conſtans, cuiuſmodi eſſet *Verſiculos Cornelius*. Videſis Ricciolium in *Proſodia* ubi de pedibus, & verſibus. Infrequens non eſt in vetuſtis ſaxis carminum abruptio huiuſmodi, ac defectio. Qui edidere, verſus interdum apte concinnantes, ut metri rationem haberent, veritatem abiecere: lapides enim non infrequenter hemiſtichiis infectis ſcatent, ſeu mutilis carminibus, & hiantibus. Ubi verſus pangenti metrici pedes negotium faceſſebant, obtruncabatur carmen, & in ſolutam orationem declinabatur. Horum epigrammatum dici poſſet cum Poeta, *pars imperfecta manebat*. Aen. l. 8. In ſubſequenti noſtro hexameter prior capite caret, ac dimidio ſui. In Brixiano P. Atinii poſt verſus egregios loco ultimi pentametri ſic clauditur: *In quo eſt corpus Atinj conditum:* ita enim habet marmor, & initio carminum, *Si lutus aut pulvis*; non ut apud Gruterum 803. 1. legitur, cuius etiam emendationes ibi omnes reiice.

P. HOS-



Sive cognomen ſecundum, ſive profeſſionis declaratio *Venator* fuerit, quadrant figurae lateribus inſculptae. Hexametrum ex abrupto incipit a medio: ſic Gruteriana 686. 8. ubi etiam idem verſus ſequitur.

2

Q·OCTAVIO
Q.L.POB.PRIMO
VI VIRO AVG
SAC IVVEN
OCTAVIA TIGRIS PAT
CONIVGI B M ET SIBI
V F

QVAERERE CONSVEVI SEMPER NEQVE PERDERE....
NVNC AB VTROQVE VACO DE CAVSA PAV.....
VOLVIT HIC MEA COMPOSITO REQVIESCVNT OS .....
IS LABOR A PVERO QVI MIHI SEMPER ERAT NVNC LABOR OMNIS....
CVRAEQVE MOLESTE NEC SCIO QVID NVNC SIM NEC SCIO....
PARVA TAMEN NOSTRO REMANENT SOLACIA FACTO VIVENT QVI...
VIVI QVIA DONA FRVVNTVR VIVITE FELICES QVIBVS EST FORTVNA....

Funebria carmina fuere quaedam, quibus cum uti conſueverint plures, pluribus in lapidibus reperiuntur, ut in anteriori vidimus. Diſtichum hoc, *Quaerere ceſſavi numquam neque perdere deſi*, *Mors intervenit, nunc ab utroque vaco*, iterum videbimus in Taurinenſi. At quid heic conſequentia carmina, a nemine memorata, quamvis hanc inſcriptionem laudarint multi, docue-

docuerint, & qui conſtiterint, aegre eruas, brevia enim abraſarum literarum ſpatia ſupplementis opportune ſarcire non ſinunt. Omiſit quadratarius quaedam, turbavit, miſcuit. Pentameter ultimus ſic forte legendus erat:

Nec ſcio quid nunc ſim, nec ſcio tunc quid ero.

Extremum verbum erat, opinor, PERACTA.

1

LAELIAE CLEMENTINE
VXORI INCOMPARABILI
Q. FVRIVS SECVNDVS MARI
TVS ET SIBI VIVVS FECIT
FVNCTA IACES HIC SET VIVIS VIVESQVE SECVN
DO LELIA TVO DEBET NEC BENEFACTA
MORI
TE TELLVS SANCTOSQVE PRECOR PRO
CONIVGE MANES VOS ITE PLACIDI
TV LEVIS OSSA TEGAS. VIXIT ANN XXVII

Ingens arca Veronae ab antiquo ſpectata, quamvis in Novo Theſauro Romae aſſeratur. Adſtat hinc & inde figura alata, quarum altera facem non tenet inverſam, ut ſpectari ſolet.

2

AVETE ANIMAE INNOCENTISSIMAE
L. OCT. TREB
IASIVS MAX. VAL
ERIANAE MATRI
CARSMQVAE VI
XIT ANN XXXVI D
VIII ET L. OCT LVCILI
ANO PATRI NOBILI
SSIMO QVI VIXIT AN
LI MVIIII DIES XXII

CONIV.... HIC ILLE IACET CASTISSIM... FAMAE
QVIBVS... SE LICVIT BIS DENOS VIVERE N..T..
QVOSQVE CITO NIMIVM RAPVERVNT FATA TENEBRE

....

..........VETOR.....
.....EVM NOMEN LEGI M

Qui titulum protulere, de carminibus infra ſculptis, ſed nihil dicentibus, non monuerunt.

1

. . . .
QVOD MIHI TV IPSAM . . . .
SENSVM FACILE DEDI INCAVTVS . . .
QVIBVS IPSE SET MERITIS SE . . . . .
RESOLEBAM EN IACET ME
VEIVOS O MANES MIH . . . . .
. . . RONIVS . . . .

2

. . . .
. . COPORVSQVE TVL . . .
NEC TVSCI SALTVS PASCVA
NEC SICVLA
QVI VOLVCRIS ANTEIRE VAGAS
QVI FLAMINA CHORI
VINCERE SVETVS ERAS
HOC STABVLAS TVMVLO

Equi ſigura rudi ſcalpro adpoſita, qui ſi ea corporis ſtructura fuiſſet, volucres profecto non anteiſſet. Adrianus quoque equo ſuo Boriſtheni ἀποθανόντι καὶ τάφον κατεσκεύασε, ἢ στήλην ἔστησε, καὶ ἐπιγράμματα ἐπέγραψεν· *& ſepulcrum ſtruxit, & cippum poſuit, & epigrammata ſuperſcripſit.* Theophraſtus Μικροφιλότιμον, ſi catellus ſuus obierit, ſolere ait, αὐτῷ μνῆμα ποιῆσαι, καὶ στηλίδιον ποιήσας ἐπιγράψαι, Κλάδος Μελιταῖος· *monumentum ipſi extruere, & columellae inſcribere, Surculus Melitenſis*. In verſu ſecundo literas ſuppleo. *Nec Tuſci ſaltus*: equi Tuſci inter laudatos erant: Vopiſcus in Firmo: *utrum Tuſco equo ſederit Catilina, an Sardo*.

Dio. l. 69.

Ut Poetis gratificer, ipſiſque oſtendam, quam venuſta quae priſcis inciſa notis marmora adhuc vivunt, quandoque epigrammata ſervent, tria quamvis iam edita afferre pergo, quorum primum Vrbini exſcripſi in collectione Fabrettiana, ſecundum Romae, ni fallor apud Ficoronium, tertium item Romae in porticu S. Mariae trans Tiberim, haud multo ante repertum, & cum nondum quiſquam ediderat: in eo ſunt bona mixta malis, & aliquae ſyllabae licentius poſitae: in verſu antepenultimo *i* vel praeponitur, ut *idies* vidimus pro *dies*, vel aequivalet *ei*. Literis inductum minium fuerat, ut magis conſpicuae fierent. A nomine Ῥόδανθος non *Rhodanthion* ſed Rhodanthidion incidi debuit.

UMbrarum ſecura quies, animaeque piorum
Inſontes, colitis quae loca ſancta Erebi;
Sedes inſontem Magnillam ducite veſtras
Per nemora, & campos protinus Elyſios.
Rapta eſt octavo fatis inſtantibus anno,
Carpebat vitae tempora dum tenerae.
Formoſa, & ſenſu mirabilis, & ſuper annos
Docta, decens, dulcis, grataque blanditiis.
Perpetuo talis gemitu lacrimiſque colenda,
Infelix aevo tam cito quae caruit.
An felix, aegrae potius ſubducta ſenectae?
Sic Hecuba flevit Pentheſilea minus.

D M
C . ACILI . EROTIS . ET
ACILIAE ROMANAE

Quamvis inſcriptum ferali carmine ſaxſum sic
Saepe legas, noſtro nihil puto flebilius.
Siſte gradum, parvamque moram concede viator,
Aſpicies quantas liquerimus lacrimas.
Una forte dic duplici nos pondere mater
Edidit, heu ſimiles, heu male diſſimiles.
Invida bis denos Lacheſis conceſſerat annos:
Nondum alio pleno quod dederat rapuit.
Nomine Acilianus, quo nomine nunc ſoror orba eſt.
Vivat, & a fatis ſit procul uſque meis.
. . . .

SI quis forte velit tumuli cognoſcere fatum,
Et quorum maeſtus contegat oſſa lapis;
Accipiat paucis, ne ſit mora longior aequo,
Si tumulus teneat quem vocat ipſa via.
Hic ſitus eſt annis plenus, vitaque beatus,
Et laetus omni more Rhodanthion. sic
Nec ſit mirum, quod comis, quod dulcis, amoenus
In vita fuerit, nomine Floris erat.
Hunc coniunx talem nimio dilexit amore.
Inque diem vitae una fide coluit. sic
Et poſtquam fatis morientia lumina ſolvit,
Supremiſque ſuis reddidit obſequium,
Invita hoc munus coniunx Victoria fecit,
Quodque virum vicit, aegra dolore fuit.
Sed quoniam Fatis nulla eſt obſtare poteſtas,
Quin teneant curſum, quem ſtatuere ſemel;
Quod ſolum licuit, coniunx fidiſſima fecit:
Poſt illum nulli fas violare toros.
Servatamque diu vitam, habitamque pudice
Poſt mortis caſum pertulit ad tumulum.
Namque ſimul poſita eſt, fatoque tenetur eodem,
Quodque modo potuit, morte ſecuta virum.
Haec eſt ſancta fides, haec ſunt felicia vota,
Amplexus vitae i reddere poſt obitum.
Fortunati ambo, ſi qua eſt ea gloria mortis,
Quos iungit tumulus, iunxerat ut thalamus.

Spu-

Spuriae

.C.SERVIL.
.CAEPIONI.CON.
.CEN.ET.TRIVM
PHALI.PATRIAE.
.LIBER.DECVR.
.VERONEN.OB.
.IVD.RESTITVTA.
M C

EGo quidem, cum ad inſcriptiones meas collocandas manum primum admovi, commentitias in fundamenta muri, qui ad eas recipiendas, atque oſtendendas deſignabatur, deiicere conſtitueram omnes; quam condemnationem prima ſtatim ſubiit, quae ex eo genere oblata eſt, fuitque Gruteriana illa e Velſerianis hauſta 894. 4. Verumtamen cum quaedam ſubinde occurrerent tam exacta priſcarum imitatione effictae, ac concinnatae, ut perſpicacia non mediocris, nec vulgaris harum rerum, totiuſque antiquitatis notitia ad fraudem olfaciendam requirerentur, conſilium mutavi. Antiquariorum enim oculos, quos nihil magis acuit, ac inſtruit, quam veri & falſi collatio, ab iſtarum etiam contemplatione plurimum erudiri poſſe intellexi: quamobrem ſervare decrevi, & ſimul congeſtas, marmoreiſque lineis a ceteris ſeiunctas, ſuo loco infigere. Quaedam etiam antiquitatem ſimulantia marmorea anaglypha inſerui, quorum hoc oſtendo, quod porphyreticum ſit.



Etruſca praecedere deberet ſatis decantata, ſed tam inepta eſt, ut piguerit tranſcribere. Si quis eius deſiderio tenetur, Novum Theſaurum adeat ubi p. 509. 2. congeneribus cum aliis emicat. Nondum viderat, opinor, illuſtris collector, quae de illis eiuſdem anni initio enuntiaveram, eiuſmodi oſtentorum artifice ipſo detecto, ac deſignato. Spurias Graecas propoſui ſuo loco. Cur Latinas haſce fictitiis accenſeam, in Arte Critica enarratur. Tres inter has ex ære conſtant: non affero, quia ſat eſt monere, Gruterum attuliſſe 499. 12. ac Muratorium 22. 8. & 1984. 8. Ementitas aeneas non reperiſſe me, aliquando dixi, ſed addidi, *niſi exiguis tabulis:* vide *Oſſ. Litt.* t. 5. p. 333. quod ſi alicubi non addidi, incaute egi. Non deerunt qui mirentur, editum uſque a decimoquinto ſeculo Plinii lapidem reiici heic, & ablegari: ſed oculi inſculptis antiquo ſcalpro literis diutiſſime aſſueti hoc a me evicerunt. Qui hoc ſubſidio indigere credidit, ut Plinium Veronae aſſereret, parum profecto vidit, nec indubitata argumenta calluit. Ubi de Veronenſibus Scriptoribus actum eſt, rem hanc in tam bono lumine collocatam, viri docti affirmarunt, & nec Romanum fuiſſe, ut Harduinus, qui in editione priori Veronenſem aſſeruerat, in ſecunda pugnat, nec Comenſem ut alii quidam, tam perſpicue oſtendiſſe me, ut inutile in poſterum futurum dixerint, diſputationem ſuper hoc inſtituere. Sed cum invaluerit hodie, etiam poſt veritatem patefactam rationibus minime impugnatis eaſdem nenias repetere, Gruterianae inſcriptionis occaſione, quam aliquando eiuſdem ac noſtram ponderis oſtendemus, Alciati quaedam in Novo Theſauro vulgantur, quae illa aetate tranſmitti poterant, ſed in hac literarum luce, ut tanti viri famae conſuleretur, praeſtabat nequaquam proferre.

[Margin: Oſſer. Lett. tom. 5. p. 370.; 731. 1.]

Amicis obtemperare cogor, qui tamquam ſpecimen quoddam, quae in Arte Critica Lapidaria, lucem forte numquam viſura, de praemiſſa Servilii Caepionis inſcriptione vigintiquinque ab hinc annis commentatus ſum, tranſcribere omnino iubent, atque heic exhibere. Haec itaque primi Libri medio in illa habentur.

VErum claſſica iam exaudire mihi videor, & inſtructam aciem pugnamque fortiter depoſcentem intueri; quapropter quod cum infinito poene hoſtilium lapidum numero gerendum mihi bellum ſuſcepi, ineundum intrepide, & nervis omnibus contendendum, ut diſiecta, attritaque ubique gentium fictitia marmora iaceant, informibuſque, & vulgaribus ſaxis, ut antequam inſcriberentur, rurſus tamdem accenſeantur.

Inſcriptionem hanc Gruterus afferens non una vice aberrat. 468. 5. Ediderant ante Gruterum Appianus, Saraina, Smetius, Manutius, alii: illuſtrarunt, vel in antiquitate illuſtranda adhibuerunt, Scaliger, qui in Indice Hiſtorico *Iudicia Veronenſibus reſtituta* hinc deducit, Panvinius in Faſtorum Commentariis, Rupertus in Epiſtolis, Ep. p. 124. Streinius in Familiis, Freinſhemius in Supplemento Liviano, Gruteri illuſtratores

 in

in Corrigendis, Almelovenius in Fastis. Antonius Augustinius, qui critico acumine Inscriptiones expendere professus est, hac nostra tamquam incontaminatae fidei bis utitur. Reinesius, qui tam frequenter criticam ostentat facem fuse admodum ac prolixe in epistola ad Rupertum eamdem celebrat, & explanat. Tot attamen tantique nominis patroni, literae quoque apte delineatae, & vetustatis larva quaedam marmori scite imposita, subsidio miserae nequaquam fuere, quo minus ego a legitimarum consortio eiicerem, & in opposita parte septentrionalibus ventis damnarem. Quod autem ne unus quidem in conferto doctissimorum hominum choro sit inventus qui de illa subdubitarit, in ipso huius inquisitionis limine documento sit, quam lubricum, periculosum, atque ut ita dicam viris etiam celebratissimis fatale quodammodo in hoc eruditionis genere iudicium esse possit. Puncta, quae ab initio versuum vides; CON pro COS ad *Consuli* ea aetate significandum; LIBER pro *Liberatori*, IVD. pro *iudicia*, quae inusitata compendia sunt, vehementem iam suspicionem ingerunt. Singulariae M C, quas *Monumentum Condiderunt* explicare liceat, spuriae sunt, & in honorario praecipue titulo ridicule adiectae, Augustinius S substituit, explicans *Monumentum Statuerunt*, quod aeque importunum est. Iam ad penetralia.

Dial. x. & in Fam. Servil. Ep. 27.

De Servilio Caepione, cui Iuliam filiam Caesar desponderat, sed eo assentiente Pompeius repente duxit, ut Plutarchus tradit in Pompeio, & in Caesare, nequaquam heic agitur. Ex Serviliis Caepionibus, qui Romana in Historia collucent, & Fastis Consularibus nomen dederunt, Inscriptio nostra, ut a verisimili minus recedat, ad recentiorem pertineat, qui anno Urbis DCXLVIII Consulatum iniit: quin eumdem istum cogitasse, qui Inscriptionem composuit, apparet ex mentione Iudiciorum, & Triumphi; is enim est, de quo Valerius Maximus *Triumphi claritatem* celebrat, & de quo scripsit Iulius Obsequens: *per Caepionem Consulem Senatorum, & Equitum Iudicia communicata*. At quam diversa iis temporibus orthographiae ratio obtineret, Sexti Atilii Sarani cippus noster, & Sigoniana æra abunde testantur. Ab eius aetatis locutione abhorret pariter dictio *Triumphalis* nude pro viro qui triumpharit posita, nam ante Svetonium, & Plinium sic adhibitam videre non succurrit. Hunc Caepionem Censorem fuisse, ut heic dicitur, nullae nos docere tabulae. Caii etiam praenomen Scriptor ei tribuit nullus. In angusto autem admodum tempus fuit, quo Caepioni honorificum statui monumentum potuisset; ille siquidem proconsulari imperio post Consulatum prorogato, una cum Gn. Mallio Consule Cimbros post aliquot menses infaustis avibus lacessens, maximae Romanis cladis auctor fuit: ex qua calamitate ipsius *Caepionis*, *cuius temeritate clades accepta erat*, *damnati bona publicata sunt*, ut ex Liviana Epitome: sed plura docemur a Valerio Maximo haec de Q. Caepione memorante. *Is Praeturae splendore*, *triumphi claritate*, *Consulatus decore*, *maximi Pontificatus sacerdotio*, *ut Senatus patronus diceretur assecutus*, *in publicis vinculis spiritum deposuit*, *corpusque eius funesti carnificis manibus laceratum*, *in scalis Gemoniis iacens*, *magno cum horrore totius fori Romani conspectum est*. Quo constat, etsi honorifica Inscriptio nostra insolito in monumentis publicis, & cuius in Caepione causa non apparet, *Liberatoris Patriae* titulo fuisset posita, permansuram tamen non fuisse, sed ignominiae nota superveniente abolitam. Nihil autem in hac Inscriptione tam mirificum est, quam Decurionum Veronensium mentio ea aetate, qua Verona nedum civium Romanorum, sed Latinae Coloniae iure nondum erat nobilitata; eam enim Caepione iam vita functo anno tantùm V. C. DCLXIIII Gnaeus Strabo deduxit: norunt autem & qui nondum ære lavantur, Decurionum nomen Colonias Romanas in civitates attulisse. Quid hic doctus Reinesius reponeret, qui *Veronensium forte patronum fuisse Servilium, si non & civem*, suspicabatur? Quid Augustinius, qui ad Caepionem alium nostro adhuc vetustiorem spectare epigraphen credidit? Quod etiamsi ius Coloniae tum temporis Veronenses iam obtinuissent, ineptum nihilominus esset eos credere *ob iudicia restituta* Caepionem coluisse: quae enim Romae iudiciorum causa inter Senatorium ordinem, & Equestrem identidem dissidia efferbuerunt, intrinseca fuere Reipublicae mala, & intestinae contentiones, quae ad externos nihil omnino pertinerent. Iudicia primum penes Senatores erant; lex Sempronia C. Gracchi a Senatoribus ad Equestrem Ordinem transtulit; lex Servilia Q. Caepionis nostri utrumque ordinem ex Obsequentis, & Cassiodorii verbis videtur admisisse: quid hoc ad Veronenses? Alternarunt haec subsecutis etiam annis non una vice, usque dum Sylla Dictator Equitibus reiectis Senatoribus iudicia reddidit, fluctuante tamen semper ex acerrima ea contentione Republica; ita ut Cicero in Verrem agens illum saepe locum urgeat, meminerint iudices, si apud ordinem Senatorium manere iudicia vellent, integros se in ea causa, incorruptosque praestandos, populum enim Romanum veterem iudiciorum vim, gravitatemque requirere, & ex eorum levitate, & infamia Ordinem alium ad res iudicandas iam postulari: paululum sane temporis intercessit, cum ex Praetoris L. Cottae lege non Equites tantùm rursus sed ex plebe quoque aliqui in iudicum decurias recepti sunt. Verumtamen Urbes alias, & praesertim a Roma magno locorum intervallo seiunctas, eae vicissitudines vel nullo modo spectabant, vel certe

Marginal references: l. 6. c. 9. — Prod. c. 101. — lib. 67. — l. 6. c. 9. — Epist. p. 101.

certe non ita, ut illarum auctores publicis, & honorificis monumentis externae gentes prosequerentur. Hanc Inscriptionem aliquanto fusius discussi ob reverentiam erga communem eruditorum consensum, quo se tuebatur.

1

. . . .
. . . ONA . VALLARI . TRIVMP
. . . RICO . THEATRVM . CONDENT
. . . ORIS . CAVSA . TRANS . ATH
PATRONO

2

SALVS
. . ÆTER . R . P . POP . ROM
L . FLACCVS . PRÆF . V

3

I . O . M
L . LIBVRCIO
FELIX . ANN . XX
IIII PATRIA MIR
A . FORTITV . DE
FEN . INTERFE
. ET . CVM . COM
LACCHRI . AD
ROG DVC . T . IV
LLIOLA . MARC
ELLA . V . PI . POS
T III D I OBIIT

4

VEIDIA T L AVGE ET
IVLIA C L VRBANA
...MAG VENERI

5

CERERI . AVG
HEDOMACVS . PVB
II VIR . MAG . OB . HON
LIBA . . R . ET HERCVLI . AVG

6

GENIO
IVCVNDITATIS
MVSIS
FLORAE Q
S

7

DISS
PARENTIB
V S L M
M CENSOR
TENET

8

. . . I N I V . . .
. . . N D V . . .
. . . A V G . . .
. . . R C I V I A . . .
. . . C E L L A E . . .
. . . R I
. . . ERI PATRI
. . . MAE MATRI
. . . MARCELLAE
T F I

9

V D
M T C
H E I A G E
Q. . . . QVE VOLES
MORITVRVS
INEMPTORAMICE
AC PEPERI . . . . A
. . . LOCV . . . .
D. . . . VI CANDA PRIV . . .
MIHI DANTI
CEREA PRATA
NE POST P . . NTEA
NON TETVLI . . . . M
IN FR P LXX
IN AGR P XLV

10

MAEDOMIAE
VISPIIAE MO
DERATE . AVRE
LIVS SILVIVS
CENTVRIO . DEPVTA
TVS . MISERISSIMVS CO . . .

 Deo

Christianae



Christianas recitare aggredior numero quidem paucas, sed quarum aliquae pretii maximi, & ex omni parte spectatissimas. Pusillum agmen Diodorus ducit. Nullam usquam inter Christianas videre memini, quae primaevam, & magis antiquam indicet, ac testetur aetatem; cum ob stylobatis formam, & probe effictas, recteque dispositas literas, tum ob dicantis nomina, puramque Latinitatem: adde solennia sigla ad calcem, Gentilium usus adhuc redolentia. Christianam esse declarat primo *Dei Aeterni* veneratio, quo titulo nullum umquam ex fictitiis Diis praecise agnitum, ac designatum scimus. At veram amplexi fidem *Dei Aeter-*
Gen. xxi.33. *ni* nomen ab invocante Abraham iam in Genesis libro discebant, *Dominus in aeternum perma-*
Ps. ix. 8. *net*, canebant in Psalmis, & in Apostoli episto-
Rom. xvi.26. lis *Aeterni Dei praeceptum* audiebant. Innominato *Deo Magno Aeterno* Christiani tantùm fundebant preces, cuicumque enim ex commentitiis Paganorum numinibus in eorum votis nomen tribuebatur aliquod. Christianam item demonstrat insolita, immo in tanta Gentilium votorum copia numquam visa formula, *quod se precibus compotem fecisset*. At Christi fidelium auribus verba,
Gen. xxv. 1 *exaudivit Deus preces eius*, & *aures eius in preces eorum*, insonabant frequenter. Favent etiam tria
1.Petr. III.12. hominis nomina, patris praenomine contra communem usum haud interposito, Christianorum scilicet, animadverti pluries, morem fuisse, patris praenomen in inscriptionibus non enunciare. Plenissime demum confirmant, & rem in tuto collocant, oleagina corona, quae in uno quadrati marmoris latere, & palma, quae anaglypho opere in altero affabre sculpta visuntur. Rei lapidariae deditis notum est, inscriptorum lapidum latera symbola saepe ostendere, quae ad numina, quibus solvebantur vota, referuntur. Temonem hinc, illinc cornucopiae vidimus in C. Opetrii voto Fortunae soluto. Nominibus etiam, vel professionibus aliquando figurae alludunt, ut in *Venatoris* marmore nuper apparuit: sed in votivis saepissime hinc patera, hinc simpulum conspiciuntur, quae Diis gentium omnibus aptabantur, ut pote sacrificiorum primaria instrumenta. Nihil huiuscemodi in lapidis nostri lateribus, sed contra duo in eis spectantur Christianorum praeclara symbola, palmae ramus, & oleae corona. Frequentissime occurrunt haec in Christianorum monumentis, & cuiuscumque generis lipsanis, sciebant enim,
etiam in Salomonis Templi parietibus *Cherubim*, 3.Reg. vi.29.
& palmas artifices sculpsisse, & *Iustus ut palma* Psal.
florebit, canebant, & *palmae in manibus eorum*, xci.13. Apoc.
legebant. Corona quoque baptismatis velut in- vii.9.
dicium erat quoddam ob invisibiles hostes devictos. Fabrettus *coronam & palmas Christianita-* p. 565.
tis signa nuncupavit: eo magis si oleagina, oleam enim portans regressa fuerat columba bonis, & Deum colentibus pacem afferens. Idem
Fabrettus *T. Flavii Senilis* epigraphen inter Chri- p. 568.
stianas retulit non alia ex causa nisi ob ancoram insculptam: adde tamen in ea quoque praenomen patris reticeri.

Non obstitit haec perspicuitas omnis, quo minus cl. Novi Thesauri collector Christianis accensere hanc inscriptionem renueret. Argumentum a symbolis deductum oppugnavit unice, eo quod, inquit, *palma & corona visuntur* p. 106.
etiam in Ethnicorum monumentis. At si maiora 6.
studia

ſtudia, quibus perpetuo vir doctus incubuit, otium illi permiſiſſent, literatos ipſos lapides perquirendi, conſulendi, ſcrutandi, perſpexiſſet optime, quantum haec laboret aſſertio: nullum enim in tota quanta undique eſt gentilium ſtylobatum caterva reperiſſet palma, & corona hoc modo ornatum. Perſpexiſſet, quam diſtent a lapidaria veritate palmae illae, & coronae, quae in collectione ſua pluries repraeſentantur, & ex quibus argumentum arripit ſententiam iterandi ſuam. Probe etiam intellexiſſet, non eamdem ſignificationis vim habere informia ſigna tabularum fronti inciſa: & anaglypticae in latere utroque ſculpturae, cuiuſmodi ſunt, quae marmor noſtrum decorant, quamvis diverſe in Theſauro ſuo figurentur. At cur quaeſo eruditus vir pro Chriſtianis interdum acceptat, quae Chriſtianitatis nullum aliud indicium habent quam piſcem, aut ancoram, & noſtram a Chriſtianis ablegat, quae praeter duo Chriſtiana ſymbola Deum aeternum precibus imploratum aſſerit? Quod poſtrema ſigla ſpectat, ſancta evadebant, cum vero Deo ſacrabantur. Primis Chriſtianorum temporibus quaedam incaute adhibita in inſcriptionibus occurrunt. Notum eſt, *D. M.* Chriſtianas aliquas mortuarias praefari, quas immerito gentilibus accenſeas. Fabrettus hac noſtra fretus *Deo Magno* interpretabatur; ſed noſtra funebris non eſt, & non *D. M.* ſed *Deo Magno* praeſefert. Dicendum potius, ſculptores eas literas, tamquam commune ſepulcralium initium quoddam inconſiderate aliquando praemiſiſſe.

1820.7. 1850.10. p. 564.

IN HOC SANCTO ET RELIGIOSO LOCO . POSITA . EST LICINIA .
HONESTA FEMINA . OMNI LAVDE BAEATA . ET DEO CRISTO
DEVOTA THEODOTO . DIACONI . IVNCTA . PVDICA . QVAE .
VIXIT SECVM ANN . PM . XXVII . ET IN VIDVITATE . ANN . PM . XXV .
DENIQVE . COMPLETO . ANN . LXVII . M . X . D . III . DEP . XVII . K . NOV
A MATRI . BENE . MERENTI . IN PACE . Ω

Fauſtam, felicemque obtigiſſe huic Muſeo ſortem putavi, cum marmoream hanc tabulam in eo dicare mihi licuit; nulla enim ex priſcis inſcriptionibus, neque conſimile monumentum aliud ad hanc diem agnitum, Chriſti, *qui eſt ſuper omnia Deus*, divinitatem tam diſerte canit, veterumque Chriſtianorum teſtatur fidem. *Carmen Chriſto quaſi Deo* ſolitos fuiſſe ante lucem dicere, teſtis minime ſuſpectus iunior Plinius tradit; hoc eſt, *ſicut Deo*. Quae verba Tertullianus repetit, quamvis in editis non appareat, quia *Chriſto & Deo* ſcribunt, ubi *Chriſto ut Deo* ſcribi debet. Apologet. c. 1. *coetus antelucanos ad canendum Chriſto ut Deo*. Initia verſuum abrupta in promptu fuit reſarcire.

Rom. 1. 5. Pl. l. 10. ep. 97.

Liciniae coniux Theodotus, Theodoti pater Diaconus videtur fuiſſe. Caeſaris ſervum alia inſcriptio memorat, cui *Diaconus* nomen erat. *Diacono* ſi ſcalptum eſſet, cum illa ſociari poſſet epigraphe, ubi habetur *Iul. Auguſtinus Subdiac. Coniugi dulciſſimae, cum qua vixit an. VIII.* ita in marmore, non *convixit*, ut in Grutero. Vix unum aut alterum iſtiuſmodi exempla in tanta monumentorum affluentia occurrunt, quia ut pervulgatum eſt, valde ab antiquo, & mira ſollicitudine in Clericorum coelibatum ferri Eccleſia coepit.

Nov. Theſ. 1060.6. 1049.8.

✠ D A C I A N A . D I A C O N I S S A
Q V E . V . A N . X X X X V . M . III
E T . F V I T . F . P A L M A T I . C O S
E T . S O R O R . V I C T O R I N I . P R E S B R I
E T . M V L T A . P R O P H E T A V I T
C V M F L A C C A . A L V M N A
V . A . X V . D E P . I N . P A C E . III . I D . A V G

Martyrologium Romanum in Actis S. Calliſti Papae, & Martyris: *decollatus eſt etiam Palmatus Conſul cum uxore & filiis.* Huius nominis Conſulem, praeter Acta haec memoraverat nemo: indubitatum praeclariſſima haec inſcriptio illi teſtimonium reddit. Scite Baronius: *non puto ordinarium ſed ex ſuffectis*. Quaerendum reſtat, *quibus Conſulibus geſſerit Conſulatum*, ut de ſuffectis eleganter Auſonius in Gratiarum actione. Quocumque floruerit tempore, ſancta profecto familia, eiuſque monumenta non ſine veneratione excipienda, ac ſervanda. Ad illa duo verba, *Diaconiſſa*, & *prophetavit* illuſtranda, tot auctoritates, totque animadverſiones congeſſi, ut proferri non poſſint, quin multa folia impleantur. Ad inſcriptionum ergo praeſtantiam ea omnia amandare praeſtat.

VICTO-

1

VICTORI FILIO
INCONPARABILI
QVI VIXIT ANN
XXIII D VII ALONA
CONIVGI PIISSIM
. . . . . .

2

EGO DECIMILLA COIVX TIBI . . . . .
QVI VIXIT TECVM PER ANOS . . . .
NATOS QVOQVE DVLCES P . . . . . .
QVE VNVNC REQVIESCES IN . . . . .
HIRENEM DOMVM D. P. X. KAL . . .

Decimilla, quae pacis domum memorat, & Neophytus qui consequitur, ab Urbe Roma huc accessere. Cum in regionibus ceteris Christiana prisca epitaphia raro reperire contingat, Romae vero, & in agro Romano mira frequentia emerserint semper, & adhuc emergant, dilucide apparet, quam altas in eo solo confestim egerit Christiana religio radices, & quam exiguus in partibus aliis diutius constiterit fidelium grex. Decimillae nomen illud Undecimillae Virginis comprobat.

3

Q VIMINATI NEOFITO BENE ME
RENTI IN PACE QVI VIXIT ANN P M V
DEPOSITVS VIII KAL DEC AVSONIO
ET OLYBRIO COSS

Anno scilicet CCCLXXIX. *Quinti Viminatii* legas velim potius quam Quinto Viminati. *Viminatii Neophyto* plebeia locutione. Viminatia gens antea incognita. Neophytus sensu Christiano vox est ab Apostolo consecrata. Tim. III. 6.

4

HIC REQVIESCIT
IN PACE PLACIDIA
INLVSTRIS PVELLA
INSTRVCTA LITE
sic RIS QVI VIXIT ANN
OCTO ET MENS XI
ET SEPVLTA EST
SVB D V ID OCTV
BR ITER P C LAMPA
DI ET OR . . . .

Anno Christi DXXX Lampadius, & Orestes Consules processere. Subsequentem formula *post Consulatum* eorumdem signavit, quae in egregia ad D. Petri in arce S. Valentis inscriptione visitur. Vulgavi Ver. Illustr. p. 366. eiusdem numeralem notam repraesentans, ex Graeca ς derivatam, ac senarium numerum significantem: quod Gruterus, aliique plures non assequentes, in V commutarunt. Fuere qui pro quinario, & qui pro ternario acciperent. Vide Pagium ad annum CXIII. qui tamen varia prorsus eam specie effingit. In mentem modo venit, perillustrem olim amicum Philippum Turrium Episcopum Adriensem, cum autumni tempore Veronam apud me, quae sua humanitas erat, divertisset, quaestionem illatam de quorumdam Episcoporum consecratione, ac Valentis nostri praecipue, alio die quam Dominico facta, huius emendationis subsidio, statim dissolvisse, sententiamque optime tutatum esse suam: his enim numeris substitutis, & retrogrado instituto computo, in diem Novembris sextam, quae anno DXXII Dominicalis erat, Valentis consecrationem incidere, repertum est. Inlustris puella, quae aetate tenerrima instructa iam erat literis *sepulta est iterum post Consulatum Lampadii & Orestis*, hoc est anno DXXXII, ab iis Consulibus secundo. Apud Marcellinum Comitem: *indictione X item (lege iterum) P. C. Lampadii, & Orestis.*

5

B N M
HIC REQVIISCET IN
PACE SCEM PREBITER
VRBANVS QVI VIXET
IN HOC SECVLVM AN
NVS PLMN XXX ET FVAE
PRSB ANVS IIII ET M
VIII DEPOSITVS SD VI
NONAS OCTOB PC IT
AQVE IT LAMPADIO
ET ORESTO VVCC
IND XI

Nova formula heic habetur, quae Urbanum presbyterum depositum docet sub die VI nonarum Octobrium *post Consulatum iterum atque iterum Lampadii, & Orestis*: hoc est anno DXXXIII, ut addita indictio undecima extra dubitationem ponit. Fastorum auctores hoc anno Iustinianum sine collega Consulem exhibent; sed marmor nostrum perspicue docet, in Italia subsignata aliter fuisse monumenta.





In nomine Domini nostri Iesu Christi de donis Sancti Iuhannes Bapteste edificatus est hanc Civorius, sub tempore Domno nostro Lioprando Rege, & venerabili Paterno domnico Epescopo, & Costodes eius venerabilibus Vidaliano, & Tancol presbyteris, & Refol Gastaldio. Gondelme indignus Diaconus scripsi.

Ursus Magester cum discepolis suis Iuvintino, & Iuviano edificavet hanc Civorium. Vergondus, Theodoal, Foscari.

PLebeia & rustica Latinitate praeclarissima habemus Langobardorum temporum monumenta, quae cum nec edita, nec ob insolitam praesertim L literae figuram satis intellecta fuissent, Veronae Illustratae libro XI publici iuris fecimus. Videsis amice Lector, quae ibi commentati sumus. Ciborium modo tabernaculum appellamus: columellis quatuor imponi solebat. S. Gregorius Ciborium in S. Petri fecisse traditur *cum quatuor columnis suis argenteis.* Ex marmoreis quatuor, quae in S. Georgii Pulicellae vallis ecclesia Ciborium sustinuerant, duas heic aspicimus. Formula *de Donis* quid significet, satis exposui etiam in Obs. Lit. tom. 2. p. 282. Hallucinati sunt qui putaverunt, res ipsas, quae de donis constructae dicuntur, allata olim, & oblata donaria esse. Ciborium nostrum nemo certe attulerat, sed de fidelium oblationibus, & Ecclesiae donis Custodes, & Gastaldius aedificari curaverant. Neque intelligendum est, de donis Dei, hoc est de rebus a summo Deo hominibus elargitis: quod ex iis elucet, in quibus de donis Dei, & Divi alicuius id provenisse dicitur; & clarius in hac nostra, ubi habetur solum *de donis S. Io. Baptistae*. Sensus omnino diversus est verborum e Missae canone acceptorum, & in Graecorum liturgiis adhibitorum adhuc: τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν σοὶ προσφέρομεν· quorum originem in Paralipomenis deprehendere mihi videor: *cuncta enim, quae in Caelo sunt, & in terra, tua sunt:* & exinde *quae de manu tua accepimus, dedimus tibi*. Solemnium horum verborum occasione non inopportunum erit eximiam inscriptionem addere, quam in Historia 1. Par. XXIX. 11. & 14.

 Di-

Diplomatum p. 319. ex inſpectione, atque ut vere habetur, vulgavi.

IN MODICIA QVAM IPSA FVND
DE DONIS DI OFFERIT THEODELENDA
REG PROPE PAL SVVM IN BASELICA
GLORIOSISSEMA SCO IOHANNI BAPT

Praefixa eſt maioribus, & non inelegantibus literis libri maiori forma, veriſimiliter Evangeliarii, cuius paginae non ſuperſunt, integumento gemmis atque auro exornato. In Modoetiae theſauro ſervatur, ubi P. Mabillonius in maioris codicis operculo ex auro, pariter *cum Cruce ex utraque parte*, ſubſequentem vidiſſe retulit in Itinere Italico p. 211. *Ex donis Dei dedit Theodelenda Reg. in Baſeleca quam fundavit in Modoecia iuxta Palatium ſuum.*

Cuſtodum Eccleſiarum munus deſcribit Iſidorus Hiſpalenſis in Monachorum Regula. cap.19. Eccleſiae huius Gaſtaldius quoque memoratur, qui alio nomine Vicedominus, vel Oeconomus dicebatur. Inſcriptionis etiam auctor nomen addidit ſuum, quamvis linguam loquatur fere ruſticam, poſtremas nominum ſyllabas, caſuumque terminationes negligentem. Animadvertas praecipue velim, artifices nequaquam genere Langobardos fuiſſe, ſed Italos, ut oſtendunt nomina Urſus, Iuventinus, Iovianus. Artes quaelibet ab Italis omni aevo exercitae ſunt, cum exterae nationes neque literas ullas, neque artes in Italiam attulerint, ſed earum rudes, atque ignari advenerint: iis non admoverunt manus, niſi poſtquam longo contubernio, ſanguiniſque commixtione ipſi quoque Itali evaſerant. Tria nomina ſub finem aliquid aliud ſequi debuiſſe demonſtrant, quod ſcalpris haeſit, & interceptum
1862.3. fuit. Cl. Novi Theſauri collector *Scavinos* heic videre opinatus eſt, quod ante Francorum adventum mirificum profecto eſſet.

AN . X . DCCCCXX
IMPERĀTE BERĒGA
RIO AVG . N̄ . VERON̄
HANC . TVRRE IN
AG . . . S̄ CONSTR

Aevi etiam medii, ac ſequiorum temporum aliquas colligere inſcriptiones ſtudui, ut aetatum omnium mores, variaeque ſculptarum literarum formae conſtarent. Seculi tantùm ſeptimi ſaxeum, vel æreum fruſtra variis in regionibus monumentum perquiſivi. Barbarae illius aetatis neque in membranis documentum memini mihi occurrere, quod archetypum eſſet, quamvis Archiva haud quidem pauca olim perluſtrarim. E papyro Aegyptiaca tria quidem eius ſeculi deſumere mihi licuit, ſed tria tantummodo, cum eius generis chartas anteriori ſexto conſcriptas uſque ad decem habuerim prae manibus, ut ex omnium editione conſtat, quam Hiſtoriae Diplomatum adnexui. Anno circiter DCCXX columellas nuper viſas inſculptas eſſe, Regis, & Epiſcopi docent nomina. Anni DCCCXLVI in Eccleſia noſtra Cathedrali inſcriptio refulget ampliſſima, quam Caſſiodorii Complexionibus aliquando praemiſi. Seculi decimi e Calderio hanc, Berengarii unicam, retuli. *Imperante Berengario Auguſto noſtro Veronenſes hanc turrem in agro Sancto conſtruxerunt*. Veterem vides *Auguſti noſtri* formulam adhuc perdurantem: perdurantem quoque Reipublicae imaginem quamdam in Civitatibus, nam Veronenſes in Calderii caſtro turrim dicuntur conſtruxiſſe. Annus *Chriſti* praemittitur.

✠ HVBERTVS FVERAM SED NVNC SVM VILE CADAVER
EGREDIENS ANIMA FECIT HOC ESSE NICHIL
RVRSVS IN EXIGVAM TRANSMVTOR CARNE FAVILLA
ADQVE CINIS FACTVS RVRSVS IN ORA FERAR
CVM FVERO QVOD ERAM DOMINI VIRTVTE VOCATVS
INDICIO REPETAM GAVDIA SVMMA DATO
POST HINC NVLLA MEIS DABITVR CORRVPCIO MEMBRIS
LEX IN ME QVONIAM MORT(VA MOR)TIS ERIT
HVC QVISQVIS VENIENS LO(CVLVM) CALCAVERIS ISTVM
COMPACIENDO PRECOR (DIC MISER)ERE DEVS
EXIBVI VIVENS HOC ME(TRVM AD) VOTA SEPVLTIS
TV MODO QVI VIVIS NV(NC MIHI REDD)E VICEM
IDEM SEXDENOS MVNDO PERMISERAT ANNOS
HOBIIT DE HOC SC̄LŌ M MĀR ANNO DCCCCLXXVIIII. INDIC VII

Vides decimo etiam ſeculo, qui Muſis utcumque ſacra facerent, non defuiſſe. Quae uncis incluſa ſunt, ſubſtituere opus fuit, deficiente marmore. Q litera ita ſemper effingitur Q.

AN. D.

1

AN. D. M. LX. IND. XIII. C
SECR. E H ÆCCLA. XVI K
SEP. AD HON. S. ✠ ET. S. MICHAEL
ET SCOR MAR. CASTORII
ET VICTORIS. ET. SCOR. CF
MARTINI. ZENONIS
ET. REMIGII. A. T. V. EPO

Anno Domini MLX indictione decima tertia consecrata est haec Ecclesia XVI Kalendarum Septembrium ad honorem sanctae Crucis, & sancti Michaelis, & sanctorum Martyrum Castorii, & Victoris, & sanctorum Confessorum Martini, Zenonis, & Remigii a Teopaldo Veronae Episcopo.

Hunc non recenset Ughellius, sed in legitimis etiam membranis, & ita scriptum reperi. D. Zeno Confessoribus accensetur.

2

ANI DOMINI MILESIMO
CENTESIMO QVADRA
GESIMO TERCIO INDICIO
NE SESTA TEMPORE TEBALDI EPISCOPI
PROPE FESTIVITATEM SANCTI MAR
TINI SACERDOS AMBROSIVS
FVIT AVTOR VIVS OPERIS BORGO
ET MALFATO QVI TVNC ABITABANT
IN VERONENSI CASTRO EXISTENTIBVS
MAGISTRIS

Insuetum quarumdam literarum aspectum utilius animadvertet, qui lapides ipsos usurpabit oculis.

3

✠ ANNI DNI. M. CLX
CONBVSTA E
PORTA SCI ZE
NONIS. $\overset{\text{MO}}{\text{XV}}$ ... E MADII

4

SERGIVS ET BACHVS REQVIESCIT IN HAC COQVE SANCTVS
ANNIS MILLENIS CENTENIS SEPTVAGENIS
HIS DOMINI CVNCTIS NOVENIS DENIQVE IVNCTIS
HANC ABBAS SACRA FECIT BONIFACIVS ARCAM

Arcula haec retecta ab annis plurimis, & derelicta, ut e Nogaria in Civitatem transportaretur, curavi, atque in Museo servaretur. Eorum Martyrum corpora numquam in ea fuisse inclusa, ut bonus ille Abbas putavit, multa sunt quae evincant: illos Procopius memorat de Aedificiis lib. I. Marmor spectandum summopere ob sculpturas, quibus circumquaque ornatur, minime quidem meliorum peritia temporum, ea tamen, quam in illius aevi toreumatis, aut picturis forte nequaquam alibi invenias. Eas Deo favente in alia collectione ad Veronensem eruditionem pertinente exhibebo, simul cum Baptisterio egregio, & Zenonianae Basilicae fronte, unaque cum omnibus cuiuscumque generis urbis nostrae aut agri inscriptionibus ab anno millesimo ad millesimum quadringentesimum.

5

✠ ANNO DNI. M. C. LXX. II. INDIC. V.
DIE VENERIS QVE FVIT. VII ITN.
IVLIO COBVSTA E CIVITAS
VERONENSIS.

1

✠ IANVA PARVA VETVS IAM PRIDEM DIGNA NOVARI
EXCLVSO SCELERE PAR DATVR HORA PARI
IVRIS AMATORES QVIBVS ALEA MENSAQVE VILET
ACCIPIT ELATIS IANVA SACRA SILET
HOSPES CONDIGNO CVLTV SI NON CELEBRETVR
ABBATI VENIA NI SCIAT ISTA DETVR
SIT PROCVL A FORIBVS TEMERATOR FERCVLA CENET
QVAE MERVIT VASTVS CERBERVS ANTRA TENET
MILLE DVOCENTIS BIS SEX ANNIS GENITORE
NATO NOSCATIS ISTA PATRATA FORE
VENTA STATVENTE PROBO CLAROQ. RIPRANDO
QVEM TVNC ABBATEM CONSTITVERE CHORVS
PROTEGAT A SPIRITV NEQVAM PIA DEXTRA ZENONIS
ET REPLEAT CVNCTIS HEC SVA CLAVSTRA BONIS

2

MERAVEIAR TE PO LETOR CHE MIRI LA GRAN MAGNIFICENCIA EL NOBEL QVARO
QV AL MONDO NON A PARO NEAN SEGNOR CVM QVEL CHE FE MEVZIRI
O VERONESE POPOL DA LVY SPIRI TENVTO EN PACE LA QVAL EBE RARO
ITALIAN NEL KARO TE SATVRO LA GRATIA DEL GRAN SIRI
CAN SIGNOR FO QVEL CHE ME FECI INIRI MILLE TRECENTO SETANTA TRI E FARO
PO ZONSE EL SOL VN PARO DE ANI CHEL BON SIGNOR ME FE FINIRI

Audivi qui dicerent, vulgari lingua nulla tam magnificam inſcriptionem ulla in regione ſpectari. Marmor eſt ingens ad ſeptenum pedum latitudinem, carmina duodecim continens magnis literis inciſa, eius formae, qua decimoquarto ſeculo inſculpti fuere lapides, & Gothicae nomine communiter intelligitur. Verſus quilibet duo comprehendit carmina, ut memini Iſaacii Graecam a Deſiderio Spreto, & ab aliis vulgatam Ravennae inſpicere. Canis Signorii Scaligeri praedicantur laudes. In turris fronte, ad pontis medium erectae a Navibus dicti, & Signorii iuſſu anno MCCCLXXV abſoluti, inſcriptio fuit collocata, ſed temporum ac rerum viciſſitudine ab alienis muris exinde obtecta, & occultata, ita ut nec eius notitia ſupereſſet. Veronenſis dialectus primum heic locum tenet. *Finiri* tamen terminatio eſt non nobis propria, ſed a Siculis in rhythmi gratiam mutuata: ita Poetarum pater variis, prout expediebat, dialectis uſus eſt. In hanc atque alias ante annum MCCCC Italice loquentes commentarium olim adornavi, in quo de dialectis noſtris, earumque origine multa, ſed quae huic operi nequaquam competunt. In baſilica Zenoniana prope S. Paſtoris imaginem, imo partim ſupra ipſam ſatis eleganter in muro depictam, acuminato ferro haec fuerunt verba, atque hae notae inſcriptae.

1239 *Ladeſe piena de ladeſe meno*
vo 3 ponti preda novo nave adi
3 ot.

literis minuſculis, ſed quibuſdam antiquam formam ſervantibus, ut N M A ſine tranſverſa linea, & E. De hac epigraphe vide precor Ver. Illuſtr. P. III. p. 147.

Quid





QUid hae sibi velint Aegyptiae notae basalti incisae explicaturum me sunt qui putent; at ego nihil magis eas intelligere fateor, quam ipsi intelligant. Praeclara ingenia in obeliscis, inscriptis mummiis ut vocant, ceterisque marmoreis, aut fictilibus Aegyptiorum lipsanis interpretandis operam posuere; quorum ego studium laudo, sed illa nec veteres intellexisse valde suspicor. Germanico Thebarum vestigia invisenti sacerdos e senioribus referebat, contineri in iis molibus, Thebis *habitasse quondam septingenta millia aetate militari, atque eo cum exercitu regem Rhamsen Libya, Aethiopia, Medisque, & Persis, & Bactriana, ac Scythia potitum*, quin & Syria, Armenia, Cappadocia, Bithynia; aliaque insuper historica multa. Iis Taciti verbis Strabo, obeliscorum inscriptiones ἀναγραφάς memorans, videtur concinere. Verum Philo in vita Moysis non historiam sed contineri in obeliscis tradidit τὴν διὰ συμβόλων φιλοσοφίαν· Cum Philone facit Plinius: *Inscripti ambo rerum naturae interpretationem, & Aegyptiorum opera philosophiae continent.* Circi obeliscum maximum Hermapio quidam in Graecum convertit, ac si verbum e verbo redderet. Nec facta historica, nec philosophica arcana in eius interpretatione ab Ammiano allata intuemur, sed Solis, & Rhamessis regis male compacta praeconia. Plinius eas trabes a Regibus ob religionem factas, nempe ut *Solis numini* sacrarentur, innuit: *radiorum eius argumentum in effigie est*. Ammianus: *utque radium imitetur gracilescens*. Servius *signis* illis, idest *notis* opinari videtur, *futura praedicta* fuisse. Magicas ab illis artes doceri, non defuere qui assererent. Lucanus: *volucresque ferasque, Sculptaque servabant magicas animalia linguas*. Cassiodorius autem scrutator aevo suo eruditionis omnis affirmat, in obeliscis *Sacra priscorum Chaldaicis signis quasi literis indicari*. Ad sacram eas figuras pertinere doctrinam Apuleius quoque antea putaverat, sacerdotem narrans *de opertis adyti* protulisse libros *literis ignorabilibus praenotatos, & figuris animalium, tortuosisque apicibus a curiositate profanorum munitos*. Item de obeliscorum *scriptura* Tertullianus: *de Aegypto superstitio est*. Ex his omnibus satis collucere arbitror, huiusmodi notarum significationem omnino ignoratam antiquitus fuisse, illarumque interpretes vel deceptos, vel quod longe credibilius est, ut deciperent operam dedisse. Ἱερὰ γράμματα, ab Herodoto, Diodoro, Manethone apud Iosephum, Strabone, Heliodoro, Laertio in Democrito, aliisque laudata, characteres de quibus agimus nequaquam fuisse, aliquando ostendam. Liceatne suspicari, pro literis, cuiuscumque velimus generis, numquam habitos, aut adhibitos esse? Ad quidpiam significandum trahebantur forte, sed tamquam symbola: id vero quam obscure, quam difficile, quam incerte! Hori Apollinis hieroglyphica accipitrem docent significare *Deum, aut altitudinem, aut humilitatem* ταπείνωσιν, *aut sanguinem, aut victoriam*: Diodorus indicare docuerat celeritatem. Idem Horus Apollo per vulturem demonstrari dicit *matrem, visum, terminum, praecognitionem, annum, caelum, misericordem, Minervam, Iunonem, drachmas duas*: Ammianus *pandere* dixerat *Naturae vocabulum*. Singularis in fragmentis hisce nostris est partitio, quam vides, in columnas, ac si Aegyptiorum processerit scriptura, ut Sinensium illa etiamnum procedit.

Margin notes: Tac. Ann. l. 2. — lib. 17. — p. 412. — l. 36. c. 8. & 9. — l. 17. c. 4. — ad Aen. 3. v. 444. — Phar. lib. 3. — Var. l. 3. 410. — lib. ult. — de Spect. c. 8. — lib. 3. — lib. 17. c. 4.

1

מצבת
של שתי
אחיות
שתים מהם הלכו
לעולמם חרש׳
אלול שמו״ הגרולה
מרת רוסה נפטרה
והצעירה מרת
וינטורה......
תהי נפשם.....
בצרור.....

Cippus duarum sororum, quae ambae iverunt ad earum seculum mense Elul. Nomen maioris domina Rosa profecta, minoris domina Ventura .... Sit anima earum colligata quasi in fasciculo viventium.

מַצבת in Vulgata redditur Titulus: *erexitque Iacob titulum super sepulcrum eius.* Gen. xxxv. 12. עולם Diodorus lib. 1. Aegyptios quoque eorum sepulcra ἀϊδίους οἴκους appellasse tradit: *aeternas domos*. Deficit ad finem confractae petrae verbum צרורה *colligata*, & verbum ultimum, sed facile fuit supplere ex 1 Reg. xxv. 29. unde in funereos Hebraeorum cippos saepe transferuntur. In dictione שמו annus designatur: indicant accentus superpositi: nempe 346. adde numerum magnum, quem semper omittunt, habetur 5346. Christi 1586. In Lonati castro haec latitabat inscriptio, ubi olim habitarunt Iudaei.

2

אָנה אברח · מנו פרח·
כל טוב אזרח · אם רומאנין·
בֿשמה יפֿה · מלא שפה·
רֿוב הֿלולה · מאומנין
מֿשוש שובת · יום טית טבת
בֿשנת שלֿםֿ · אבל קונין·
אשת משֿה · חיל נושא·
אביר רועים · גן אל קנין
אברם נשא · זאת המשא·
יודה שדי · הצור עונין

Quo fugiam? a nobis recessit
Bonum omne, civis mater Romanini.
Nomen eius Iaphà. [Pulchra] Repletum os
Multis laudibus manuum suarum.
Laetitia defecit die nono Tebeth
Anni 370. Maerorem comparant
Uxor Moysis fortis, quem tulerunt
Validum pastores in Hortum domini.
Abram hoc tulit onus,
Laudo Omnipotentem, Hazur respondentes.

Epigramma similiter desinentibus verbis, & ad versuum finem, & ad medium constans. Eius auctor ad Moysis nomen poetico forte furore correptus, quid exinde dicat, non percipitur. Dictionem etiam קנין ut versum claudat importune repetit. Versu postremo precem respicit incipientem הצור *Fortitudo*, quam Iudaei vita functos terrae tradentes canunt. Propriis nominibus apices imponuntur, & literis quoque priora carmina inchoantibus, ut *Abraham* denotetur. Verbo שלם *perfectum* magno addito numero denotatur 5370.

3

איכֿה תמוז צֿר אֿף רמוז לי ליללה
נלקח כתרי אמי משוואב מרת שילה
על כל בנות קנתה כבוד שם ותהלה
תוך גן עדן נעים חלקה טוב גורלה
בזכותה נא יאיר גואל חשכת לילה

Quomodo Tammuz inimicus etiam designatus mihi ad eiulatum?
Ablata est corona mea, mater mea, e Suavio domina Scella,
Super omnes filias adepta est honorem, famam, & laudem.
In horto Heden iucunda est portio sua, bona sua pars,
Propter iustitiam suam nunc illuminabit Redemptor obscuritatem noctis.

In Veronensi Suavii pago domicilium aliquando habuere Iudaei. Expectationem miseri, ac spem manifestant suam, quam causis quas afferunt eorum Poetae dupliciter ridiculam reddere solent. Carminum numeri, itemque rhythmi amore magis recepto abscedunt. Mensi Tammuz plura imputant infortunia. Indicant accentiunculae, in voce איכה mensis vigesimam quintam latere, & in צר אף numeros 90. 200. 1. 80. quos si colligas, annum habes 371.

I

2

3

4

١٢٩٠

PRiorem pluries editam cum eiufdem etiam verfione opinaberis, fi pro eadem accipis, ac a Fazello, Valguarnera, Gualtherio, Kircherio, Relando, Carufio allata, ut communiter putatur. Sed omnino diverfam effe, a doctiffimo Praefule Iofepho Affemanio, Bibliothecae Vaticanae Praefecto, difces, cuius interpretationem fub voluminis finem habebis, quoniam ob incommodam valetudinem citius mittere non potuit. Cum tabulae non communibus fed antiquis literis infculptae fint, punctis etiam non modo vocalibus, fed etiam diacriticis exulantibus, facillimum fuit decipi: eoque magis, quod Arabica monumenta iifdem verbis *Befcem Allà* ut plurimum incipiant.

MUSEI VERONENSIS
APPENDIX

NOn sine causa adiicio, nec sine fructu Appendicem hanc Lector percurret, ineditis ut plurimum hactenus, & in urbe nostra, vel in agro non ita pridem erutis inscriptionibus constantem, sed quas in Museo dedicare non licuit. Aeneas tabulas e Museo Moscardiorum Comitum non praemittam, quia in Diplomatum historia iam edidi, archetypis ipsis praelo primum subiectis. In aliis etiam libris prostant, praecipue apud Thomasinium de Tesseris. Consules inter suffectos numerandi alibi non apparent, sed tempus praeter propter non in obscuro est; nam eiusdem Silii Aviolae duas alteras novimus Consulibus anni ab V.C. DCCLXIII exaratas. Illae quidem Ursino, & Grutero testibus Romae servabantur; at illas, & has nostras quoque Octavius Rubeus Zenani (territorii Brixiani pagus est) olim inventas narrat: unde hoc acceperit, non innuit; sed mirum sibi cogitatum fingit, nec defuit qui obsecundaret: Silium Aviolam Brixianum civem fuisse, atque eiusdem familiae ac alios quosdam eodem cognomento usos, quamvis gentilitia nomina omnino diversa sint: Africae insuper civitates ipsum patronum cooptasse, ut ferrum ex Brixianis fodinis obtinerent. At omnino constat, municipia non in municipiis aliis sed Romae patronos sibi quaesivisse, & primores quidem ac summae auctoritatis homines. Vide apud Gellium, quo in loco tenendi clientes essent, *qui sese in fidem, patrociniumque nostrum, aut nostrorum* (ita scribendum reor) *dederunt*. Adi si placet Diplomatum Historiam nostram pag. 39. Docet Appianus, *Civitates omnes propugnatorem* aliquem Romae *habuisse*. C. Silius, ad quem civitates ex Africa *Legatos* miserant, illarum cives *universos in fidem clientelamque suam suorumque recepit*: id ne mercaturae gratia factum putabimus? Putabimus quoque Africam, quae tot exercitus omni aevo instruxit, ferro caruisse, cum *ferri metalla ubique propemodum reperiri*, affirmarit Plinius? Quod si ferro Italico Africani indiguissent, nonne illis obversa, & summopere commoda erat Ilva,

Insula inexaustis chalybum generosa metallis?

Divites quidem & magnificandae Brixianorum hodie montium fodinae, sed innotuisse antiquitus non apparet: a nullo enim ex antiquis memorantur, cum de Ilvae ferrariis Plinius, Solinus, Silius, Rutilius, alii mentionem fecerint. Post Constantinum sex in Italia armorum fabricae habebantur, ut ex Notitia Imperii liquet, quarum nulla in urbe Brixia; cui si ferrariae detectae tunc fuissent, & adhibitae, primaria sine dubio obtigisset. Theodoricus Italiae Rex, qui Veronae ut plurimum commoratus est, Simeoni Comiti *ferrarias venas Dalmatiae* iussit inquirere. Civitatum in his laminis signatarum ipsismet notitiam debemus, Geographis siquidem ignotae, & immemoratae sunt. Fieri tamen potest, ut Ptolemaei *Themiscua* perperam sit enuntiata, & emendate scribentibus *Themetra* fuerit; atque ut eiusdem *Thige* oppidum, aut in Numidia *Thigiba*, vel Plinii *Timici* revera *Thimiliga* vocaretur. Videsis quae in Diplomatum Historia adnotavimus.

(Marginal notes: pag. 38. — Grut. 470. 1. — lib. 85. c. 13. — Civ. l. 2. — lib. 34. c. 14. — Virg. l. 10. — Cass. Var. l. 3. 25.)

1

I O M
G . S A M V C I N
T E R T I V S P R O
S E E T S V I S
V . S . L . M

In Museo Moscardiorum Comitum.

2

V F
T H O R I A L . F
S E V E R A
SIBI ET M. ENNIO
M. F. PRIMO
VIRO SVO
ET BEBIAE L. F. COLLINAE
FILIAE MEAE

Quadrupes subter visitur, supra quem H.

Ibidem.

3

IVNONIBVS
A V G
L. LICINIVS. HYMNVS
VI VIR
V . S . L . M

In viridario Iustorum Comitum: item subsequentes.

1

V . F
STLANIA . L . L
CYTHERIS
SIBI ET
STLANIO
. . . .

a tergo.

L . STLANIO
IIIIII . VIRO . AVGVS
HOMVNCIONI

2

D M
TROPHIMES
L . LVCRETIVS
EPICTETVS
BENEMERENT

3

C . TVLLIVS
GERMVLLVS
C . TVLLIO . HERMETI
VERANIAE VERAE
BENEMERENTIBVS

4

D M
FVRIAE . Q . F
CRISPINAE
VIXIT . AN . V
MENS . VI . DIEB
XXVIII . FVRII
APHRODISIVS
ET . TRYPHOSA
NEPTI
DVLCISSIMAE

5

D M
L . ANSICIO
. . . .

6

L . NOVELLIVS L . F
POPVS . SIBI . ET
CLODIAE . C . F . MAXI
MAE . MATRI ET
. . . . . .

7

D M
IPSITHILLAE
DVLCISSIMAE
C . VALERIVS CATVLLVS
LEPORIBVS SVIS
MOERENS P

Stylobates ad priscorum lapidum normam pulchre constructus, elegantibusque omnino literis exaratus. Exhibeo quamvis prodierit in Auctario Antiquitatum Veronensium, ut eruditos moneam, *falsiparentis* Catulli nomini ne fidem habeant. Conficta est ex iis, Cat. Carm. 67.

Amabo mea dulcis Hypsithilla,
Meae deliciae, *mei lepores*, Carm. 32.

at leporem omnem amittit vox huc translata, & *Ipsithilla* his literis scripta se ipsam non agnosceret: fuit enim *Hypsiclea* ὑποκοριστικῶς *Hypsithilla*, ut *Bathyllum* dixere a primitivo *Bathycles*. Decepti hac inscriptione sunt Malvasia, eiusque amicus in *Felsineis*.

8

. . . .

VIATORI TRIBVNIC . .
ACCENSO A PATRON . .
IDEM ALLECTO
IIIIII VIR AVG
VETER . . FABRATERIA
E T
BAIBIAI
PROCVLAE
CONTVBERNALI

Epistylium ianuae in culina Palatii veteris S. Zenonis. Viatores Tribunicios ex hoc tantum marmore opinor innotescere. *Accenso*, hoc est accito *a Patrono*, Accensi siquidem e libertis sumebantur. Hunc autem accivit patronus Tribunus factus, ut eidem ministrans acciret, nam ex Varrone *Accensus acciebat*, *a quo Accensus quoque dictus*. Viator iste *Allectus item* fuit, hoc est adiectus *Seviris Augustalibus Fabrateriae Veteris*. Hoc ut intelligamus unice Plinius praestat, qui recenset in Volscis Fabraternos Veteres, & Fabraternos Novos.

C . . .

1

C . . . . . .
C F . . . .
Q . VALERIO
C . F . PASTORI
L . VALERIO
C . F . LVCVSTAI
CN . VALERIO
C . F . SECVNDO
CLODIA P . F
PAVLLA
. . . .

Sub arcu medio pontis Novi: Pontium nostrorum pilae antiquorum marmorum frustis magna ex parte constant.

2

Q . CAESIO CROCO

In S. Petri castro ingens petra nihil ultra loquitur.

3

ET HIC ARETHON LIBERTVS

In confessione S. Stephani haec verba remanent in arca maxima.

4

D M
ARRVNTIAE
FELICITATI

Reliqua sub muro latent ad S. Trinitatis.

5

D M
. . . .
. . . ET CASTISSIMO . . .
. . FORMAVIT VALENTINIANVS
FILIVS PIENTISSIMVS SVA
LACRIMANDA . . . .
. . . . VRSVLA CONIVX
. . . . ET RECOLET
. . . . MECVM VIXIT ANNOS . .
. . VALENTINIANVS ET DECENTIVS
. . . PATRI CARISSIMO

Ibidem transversa, in turri campanaria.

6

IOVI
O M
FLAVIVS
CVM SVIS

Vargatariae.

7

L . CASSIVS
FVLVI . LIB
TROPHIMVS
IVNONIBVS
V . S

Ibidem.

8

L . CVSONIVS
L . F . STVTINVS

Ibidem.

9

MARTI AVG
MARCIANVS
SEVERVS
V . S . L . M

Treniaci.

10

G SEVIVS
G . F
VALERIANVS

In S. Floriani cum vase & secespita.

11

. . . .
L . F . BOB
VERO
COSGONIA C . F
VERA
T . F . I

In S. Ambrosii pago.

12

L . VALERIO . L . F
LVCVSTAE
VALERIAE . VITA
LINI . L
VALERIA . OPTATA
. . . . FECIT

Martianae.

1

V F
L . L A N N V S
P R I M I . F : S I B I E T
C . L A N N O F R A
E T T E R T V L L A E
T O R D I N A E . V X O R I
L A N N A E . F I R M A E . F
C . C O R N E L I O
S V C C E S S O R I . A M I C O

Gadii in Ecclesia. Ne prolixam iterem, quae in Novo Thesauro habetur 1273. 6. sat est monere in ea legendum esse *Matri ; & Statiae*. Deinde *Statiae Primulae Filiae*. Sub finem *Dugiavae*. *Viator vale & tu*.

2

P O M P O N I A E
A R I S T O C L I
A E
A L V M N A E

In vico S. Mariae a Stellis, magno stylobate, in cuius parte aversa Papae Urbani III *Indulgentia* prolixe est sculpta.

DEcentiani (oppidum est Veronensis Dioecesis) ante Carmelitarum ecclesiam sarcophagus visitur marmoreus, cuius anaglypha, &
pag. 41. titulum vulgavit Rubeus in Brixianis. Inscriptio, quamvis Latina, hac dictione clauditur EYXPΩTI, nondum explicata. In Novo The-
1241. 11. sauro perperam emendatur, & *bene amanti* redditur. At consolantis vox est, & imperativi modi, cuiusmodi plures Graece habentur in inscriprionibus, sed ut plurimum non perceptae.
N. Th. 1918. 10. In nuper memorata collectione EYMYPI ONEΣIME vertitur *bonam sortem habet* : vertendum erat *Sis felix Onesime*. Ἐυμοιρία nomen; verbum autem Lexicis adhuc ignotum est, nec ita scribi debuit. In Gruteriana 769. 4. EYΨYXI. Ben. Egius interpretatus est *magnanima* : Novus Thesaurus
1323. 1. *generosa* : verum significat, *bono animo sis*. Ἐυψύχει κα' με μένει τὸ θανεῖν· *macte animis, me quoque fata manent* : malo, quod commune & necessarium
p. 382. est, ne ingemiscas. Apud Boldettum in Coemeterialibus: Ἐυψύχι Cεκοῦνδα ὀυδεὶς ἀθάνατος· redditur, *Eupsiche Secunda bis immortalis*. Repone, *Euge Secunda, immortalis nemo*. Eadem verba in Novo Thesauro 1426. 4. scribuntur perperam, ideoque contra quam debuerat vertuntur. Dertonae in Episcopali Templo maximum vidi, & pulcherrimum e Graeco marmore sarcophagum, in cuius facie Phaethon e curru excussus egregie repraesentatur. Edidit in Itinere Italico P. Mabillonius, cui eruditus Commendator a Puteo exemplum miserat; sed latera ibi non exhibentur, quorum unum duos habet iuvenes, qui pugnaces gallos invicem committunt, valde usitato apud veteres ludo, ut e pluribus a me in alium finem olim collectis Auctorum locis. *Pergami omnibus annis spectaculum gallorum publice, ceu gladiatorum, editum* fuisse, Plinius refert. l. 10. c. 4.
In fronte ab una parte Castor cum ΘAPCEI EYΓENEI, ab alia Pollux cum OYΔEIC AΘANATOC. ad quae Mabillonius minus feliciter: *haeret aqua*; ἐυγένει *forte pro* ἐυγενείᾳ· *immortalem esse neminem audacia, seu nobilitate*. Verus autem sensus: *confide nobilis iuvenis, valens esto, ne doleas, nemo enim immortalitate donatur*. Eiusdem generis est EYXPΩTI, antea in memorata Decentiani inscriprione, & ab eadem Grammatica ac EYMYPI. Num a κροτέω plaudo? quasi *vale* : valete, & plaudite: ω pro ο, ut ι pro ει.

NEque iam editas colligere volui, quamvis existant, neque ineditas, quae in schedis tantum, aut in Mss libris apparent. Verum insignes veterum aedificiorum reliquias tres, inscriptionibus etiam conspicuas, ob oculos ponere minime cunctabor, quod sincere, atque exacte numquam vulgatae sint. Addidit quisque, aut immutavit, ut ab antiquitatum editoribus communiter fieri solet, ingenio suo: nec quaenam olim aedificia fuerint, nec ad quid constructa, qui ea in lucem protulerunt, intellexere. Vide si placet quae de his fuse dicta sunt Ver. Illustr. P. 3. cap. 2. Plura tamen ad Architecturam praecipue pertinentia aliquando addentur, si ad figuratas pertractandas antiquitates accedere, divina benignitas indulgebit. Hasce interim Seguierii mei erudita manu apprime tamdem, & fidelissime depictas heic conspice.

Portae dimidium



6 12 18

Pedes Veronenses 18.

Portæ vetustioris quod ibidem est reliquum







Fr. Zucchi scol.

GAVIORUM ARCUS

Facies Meridionalis.

L VITRVVIVS L L CERDO
ARCHITECTVS

C·GAVIO·C·F
STRABONI

6 12 18

Pedes Veronenses 18.

Fr. Zucchi scul.

Antiqua Urbis Porta



Pedes Veronenses 24.

Fr. Zucchi scol.

Q . MINICIO
Q . F . POB
MACRO
IIII . VIR . VERON
Q . VERON . ET . BRIX
MINICIA . FORTVNAT
MATER FILIO PIISSIM
L . D . D . D

VEronensium Appendici hanc ut inscriptionem superaddam, amici instando evincunt, utque de iis, quae huius occasione satis superque Italice pertractavi, Latine quoque, saltem leviter, quidquam delibem. Quemadmodum heic exhibetur, ad amussim exhibuere Gruterus 438. 8. & Rubeus in *Memoriis Brixianis* p. 265. qui lapidem ipsum exscripsit. At non defuere, qui versum secundum alia etiam tribu infarcirent, & FAB. POB. in publicam lucem proferrent. Hinc exoritur prior, quae viam stravit caeteris, quaestio, nempe unamne praeferat inscriptio tribum, an duas. Huius quidem perfacilis decisio est; exstat siquidem, superest, permanet marmor, & in Brixiae platea omnium oculis perpetuo patet, nec detritum est, nec vitii quidquam habet. Attente inspexi simul cum Cl. amico Can. Galeardo anno MDCCXIX, nec Fabiae tribus vestigium reperimus. Intervallum, quod inter secundi versus literas albicat, ut venustae earum distributioni inserviret, relinquebant interdum, qui Latinos titulos marmoribus insculpebant. Multa testantur, quae etiamnum conspicimus. Inscriptio inter nostras 114. 4. in archetypo sic depingitur.

Ver. Illustr. P. I.

C . VETTIDIO
C . F . TRO
MAXIMO

Non iniuria igitur conqueror, quod recenter contra fidem, & contra id quod fuse aliquando docui, *Novus Thesaurus* binas rursus heic tribus ingerat. Librorum eapropter multiplicatione turbari saepe literas, & confundi, nemo quidem sanus inficias eat. Epigraphen *ex Rubeo* hausisse, *Thesaurus* dicit; at Rubeus fide summa, & sola Poblicia tribu ornatam dedit. Dicit, Maffeium, ac Galeardum *erudito certamine illustrasse hunc lapidem*; at nullum quoad lapidis verba certamen fuit: eruditione enim, nec minus honestate spectandus adversarius, quamvis prius Panvinio fidens duas tribus acceptasset, post meum opusculum visum, alias sibi rationes quaesivit, nec de inscriptione amplius mentionem fecit.

723. 5

Giorn. Ven. tom. 20 *Parere* p. 40.

Unde emanarit error ostendo. A Panvinio acceperunt omnes, qui in *Civitate Romana* haec habet: *legi in antiquo lapide Brixiae*:

Q . MINICIO Q . F
FAB . POB
MACRO

Perspicue heic apparet, non lapidem, de quo res est, Panvinio ostensum fuisse, sed alium quemdam, in huius quaestionis gratiam adornatum. Eidem gemellum alterum eodem tempore ostenderunt, quem item attulit. Non affert Rubeus, quia statim evanuit: Panvinium exscripsit Gruterus, sed non ego credulus illis, nam ea quoque inscriptio ab eadem manu recenter conficta fuerat.

C . IVLIVS C . F
FAB . SCAPT
CAESARI
AVGVSTO

Quis Augusto honorarium dicarit lapidem, veterator enuntiare oblitus est. Augusto dicati lapides *Imperatori Caesari* exordiebantur, non *Cato Iulio*. Octavianus vivente Caesare Augusti cognomentum nequaquam assumpsit; post Caesaris excessum non *Caj* fuit, sed *Divi Filius*. Postquam *Caesar Augustus* dictus est, nulla ei tribus appicta umquam fuit, sicut nec ulli ex Imperatoribus. Qui lapidem struxit, Svetonii verba respexit, *Fabianis, & Scaptiensibus tribulibus suis*; ac si, quia cum adhuc privatus esset, tribum commutasset, in duabus eodem tempore recensitus fuerit. Ab una ad aliam transitus, aut ob mutationem domicilii, & loci, aut ob adoptiones, aut aliis de causis eveniebat passim; ita ut si binas in lapidibus professi tribus fuissent, qui aliquando mutaverant, non duae sed infinitae propemodum binis insignitae ex solo frequentissimarum adoptionum titulo in regionibus omnibus inscriptiones haberentur. Duas illas ingeniosus nescio quis, Brixiae simul cum aliis quibusdam adduc superstitibus, haud quidem inscite prorsus elaboravit, & uno tempore Panvinii aevo protulit; qui propterea antiqua eius urbis epigrammata memorat *haud multo tempore ante effossa*, ut rumor pertulit.

A prima quaestione ad secundam procedimus, utrum Macer Brixianus fuerit civis, an Veronensis, quae profecto iam in aperto est: patriae siquidem non ex nominibus, quae ubicumque eadem occurrunt, sed ex tribubus dignoscuntur; Pobliciam autem Veronenses obtinue- de Imp. Rom.

 re;

re: hinc & *IIII Vir Veronensis* fuit. Sed cum etiam *Quaestor* & Veronae fuerit, & Brixiae (neque enim *Quinquennalem*, aut *Quinquevirum* singularia Q significat) non defuere, qui tertiam quaestionem inferrent, num altera ex his civitatibus Metropolis alterius esset, & ad illam Magistratus mitteret: quam quidem iurisdictionem Brixiae statim deferunt. Sed cum Macrum Veronensem fuisse iam constet, & Veronae primarium Quatuorviri munus gessisse, constat pariter, a Veronensibus potius Brixiam, ut munere fungeretur, missum credi posse, quam a Brixianis Veronam. Addas velim, ubi ex his Civitatibus una praeesse debuisset, Veronam procul dubio id honoris reportaturam fuisse. Hoc si mihi non credis, erudite Lector, at Straboni, eximio si quis alius inter veteres, & circumspecto Scriptori, credas necesse est. Is Mediolanum memorans ἀξιόλογον πόλιν vocat, *urbem eximiam*; eique Veronam aequat, & comparat: Βηρών, ἢ αὕτη πόλις μεγάλη, *Verona, urbs magna ipsa quoque*. Neque hoc in rem nostram satis, sic enim prosequitur: ἐλάττους δὲ τούτων Βριξία, καὶ Μάντουα, καὶ Βέργομον, ut scite emendat Cluverius, καὶ Κῶμον· *Minores vero his*, nempe Verona, & Mediolano, *Brixia*, *& Mantua*, *& Bergomum*, *& Comum*. Poterantne ad dubitationem evellendam omnem magis apte ac magis perspicue verba componi? ineluctabili ergo Geographorum principis testimonio, qui sub Augusto floruit, & has regiones oculis suis perlustravit, Mediolano proximae erant minores Civitates Comum, & Bergomum, ac Veronae minores item Brixia, & Mantua: ita ut eumdem errorem incurrat, qui Brixiam Veronae praefuisse putat, ac incurreret, qui praefuisse Mediolano Comum autumaret.

lib. 5.

Antequam Romanorum imperio regiones hae subderentur, quantum Verona praestiterit, Silius Italicus indicat, qui urbes, quae adversus Annibalem Romanis suppetias tulere, octavo libro recensens, Veronam numerat, Brixiam non memorat. Cum utraque tulerit, apparet magis conspicuam viribus, & dignitate Veronam habitam esse. Eiusdem belli tempore, Polybio teste, quem infra adducemus, de XL milliariorum spatio inter Veronam, & Brixiam intercurrente, Veronense territorium XXX obtinebat, Brixianum X. De prisca Veronensis territorii amplitudine, Civitatisque quam late iurisdictio procederet, consule, si placet, Veronae Illustratae librum sextum. Agro Veronensi aliquam etiam Rhaetiae partem accessisse, Plinius docere videtur, laudata Italiae vina ubi recenset: *in Veronensi item Rhaetica*. Rhaetos *usque ad Italiam, quae supra Veronam est, porrigi*, docuerat Strabo. Cum Benaci lacus omnis, non ex falso quodam extra rem citato diplomate, sed ab immemorabili vetustate Veronensis ditionis fuerit; & cum Plinius IN AGRO VERONENSI fuisse doceat, in eodem terram quoque circumquaque conterminam antiquitus computatam fuisse, omnino videtur intelligi.

p. 136. — lib. 14. c. 6. — lib. 4. — lib. 9. c. 22.

Postquam in Romanorum ditionem devenimus, suprema iudicandi potestas Veronae penes IIII viros fuit, Brixiae penes II viros, ut omnino ex inscriptionibus constat. Ex Panvinii animadversione *II viri iuri dicundo in parvis Coloniis, IIII viri in maioribus*. Tacitus *Coloniam copiis validam* Veronam nuncupavit Vitellianum bellum enarrans. Urbium nobilitatem, opulentiam, praestantiam indicant aedificia. Quaenam, quod ad vetustas aedificiorum reliquias attinet, cum hac certare potis sit, alii iudicent. Brixia certe, quae marmorum copia aeque pollebat, Fornicum, Portarum, Theatri, Amphitheatri reliquias non ostentat. Qui haec urbibus plurimis tribuentes in charta delineent, ac describant, profecto non desunt, sed arbitrario saepissime, & ex ingenio. Amphitheatra marmorea & maxima quam rara fuerint, cum de iis agerem, perspicue ostendi. Veronense quidem ad primatum inter proximas Civitates Veronae asserendum, plurimum valuisse quis non intelligat? Tam diversae harum urbium magnitudini, ac civium frequentiae forte ex parte imputandum, quod Veronenses XII priorum Imperatorum aevo Catullus, Macer, Nepos, Plinius floruerint; adde Vitruvium, Pomponium Secundum, Cassium Severum, deinde Sentium Augurinum, de quibus fuse disserui Ver. Ill. Parte secunda; Brixia vero ante S. Gaudentium qui sedit sub finem quarti seculi Christiani, Scriptorem protulerit nullum. Haec memorare necesse habui, ut prorsus, & ab omni parte pateat, si alterutra praefuit, Veronae procul dubio id contigisse. Proximis quoque temporibus argentea moneta hac epigraphe cusa est: VERONA CIVITAS METROPOLIS. Hanc quidem apud me servo simul cum aliis multis Veronae aevo medio cusis, heic enim usque a Iustini, & Theodorici temporibus officina fuit monetaria; ita ut cum deinde proximis Civitatibus conflandi, & feriundi concessa aliquando potestas fuit, *secundum pondus monetae Veronensis* iniunctum fuisse ut cuderent, membranae doceant veterrimae.

Ant. Ver. pag. 86. — Hist. l. 3.

Verumtamen non unus error in disputationibus hac occasione institutis involvitur. Audirine aequanimiter potest, Romanis rerum dominis Civitatem aliquam in Civitatem imperium exercuisse, illique Magistratus tamquam in territorii sui vicos imposuisse? Transmitti haec fortasse poterant,

Cum neque Musarum scopulos quisquam superarat. Enn. ap. Cic. in Brut.

nec veteris historiae studiosus erat: at quis modo, sub Romanis Civitatem quamlibet, magna esset aut parva, suos sibi administratores delegisse, nescit, ita ut neque ab urbe Roma mitterentur umquam? Quis nescit, a Decurionibus, & a populo Magistratus omnes in civitatulis quoque creatos? itemque *Rempublicam* Comensium, & Bergomatium aeque ac Mediolanensium in antiquis lapidibus nuncupari? Liberum quidem

erat Ordini, ac plebi alienigenos quoque interdum sibi praeficere; quapropter nihil mirum, si Veronensis Macer Quaestorium munus Brixiae sustinuit.

Hos animos eius urbis eruditis quibusdam haec unice T. Livii verba fecere: *mittendo in*
lib. 32 *vicos Cenomanorum, Brixiamque, quae caput gentis erat*. Mirum est, quam splendidas in verbo *caput* significationes deprehendere sibi visi sint. Attamen tam certum est quam quod certissimum, eamdem illud servare vim, cum metaphorice, quam habet cum proprie, & primitivo sensu adhibetur: adeo ut sicuti caput elephantis dicimus, & dicimus catelli caput, ita id nominis & urbi tribuamus, quae maximae provinciae praesit, & parvo oppido, aut pago, qui inter alios eius tractus emineat. Non desunt exempla. Ipse Livius lib. 21. *Castellum, quod Caput eius regionis erat, vicosque circumiectos capit.*

Iam vero urbi praeclarae, amicisque, quos in ea habuisse, & habere glorior, morem ut geram, eius honori nequaquam illos recte consuluisse detegam, qui a Cenomanis, & ab eorum aevo Brixiae splendorem deducere studuerunt: divitias enim suas, amplitudinem, & praestantiam omnino Romanis debet. Quinam obsecro, quinam fuere depraedicati isti a duobus retro seculis Cenomani? e multis barbarorum turmis una, qui veterrimis temporibus in Italiam alternatim irruebant, tractumque aliquem ex fertilioribus occupabant, minime quidem dominandi, sed terram, qua nutrirentur, colendi causa. Veteres propterea incolas, atque habitatores eiiciebant, qui ad asperiora loca, & praecipue montana se transferebant. Inter eas gentes Insubres, Boios, & Senones eminuisse, antiqui Scriptores testantur; Strabo praecipue, quem vide pag. 325. Cenomanorum in Italia nullus est Historicorum locus, qui vel numerum, vel vires laudet: quin eorum exilitatem satis indicat Livius sic loquens.
lib. 5. *Alia subinde Manus Cenomanorum, Elitovio duce vestigia priorum secuta, eodem saltu, favente Bellouveso, cum transcendissent alpes*. Neque enim de Cenomanorum gente agitur, quae in Lugdunensi Gallia semper substitit, sed de eorum manu quadam. Brixiam ab iis conditam initio par omnino est credere, nihil amplius quam vi-
lib. 2. cum fuisse, Galli etenim universi ut Polybius docet, ᾤκουν κατὰ κώμας ἀτειχίστους, *in vicis habitabant nequaquam muratis*; docetque Strabo, Insubres *Mediolanum pro Metropoli habuis-*
lib. 5. *se, illustrem* (tunc) *urbem, sed vicum antiquitus, quod habitarent omnes vicatim*. Μεδιολάνιον δ' ἔσχον Μητρόπολιν, πάλαι μὲν κώμην ἅπαντες γὰρ ᾤκουν, κωμηδὸν, νῦν δ' ἀξιόλογον πόλιν. At cum Romana evasit Brixia, urbs profecto & quidem eximia evasit: non solum quod Colonia est facta, sed multo magis ob rationem aliam, quam miror nondum animadversam fuisse. Quid est quod eam Civitatem insignem, & opulentam reddit? territorii amplitudo, quod ingentes montium tractus (Valles appellant) complectitur. At in eas Valles Cenomanorum aevo Brixia iurisdictionem nequaquam extendebat suam. Earum populos origine partim Euganeos partim Rhaetos Strabo, ac Plinius pro- Mem. Br. p. 249.
didere. *Rempublicam Camunnorum* prisca servat inscriptio. In Quirinam tribum antea relati erant ut alias ex inscriptionibus docui, cum Brixia in Fabiam. A longo iam tempore Brixia Romanis accensebatur, cum Valles Alpinis gentibus coniunctae adversus Romanos etiamnum belligerarent. Domitae demum sub Augusto sunt, quamobrem in inscriptione Trophaeo Alpium insculpta, & a Plinio allata, ante cae- Plin. l. 3. c. 20.
teras Alpinas gentes devictas recensebantur *Triumpilini, & Cammuni*. Tunc autem ii populi Brixiae, quae proximior civitas erat, addicti in poenam, & adsignati sunt. Plinius ibidem diserte docet: *Triumpilini, dein Cammuni, compluresque similes, finitimis adtributi Municipiis*. In Tergestina similiter perampla & egregia inscriptione: *Carni,* Grut.
Catalique adtributi a Divo Augusto Pio Reip. nostrae, 408. 1.
prout qui meruissent talia. Manifesto igitur constat, dignitatem omnem, opulentiam, atque amplitudinem suam non Cenomanis Brixiam debere sed Romanis. Romanis regionem omnem adeptis Cenomanorum, ut exigui olim populi, evanuit in Italia nomen. Illo in posterum Historici usi non sunt, cum Insubrum retinuerint Appianus, Tacitus, Spartianus, alii. In tota hac Italiae parte trium tantummodo gentium haec perennarunt omni aevo nomina: Veneti, Insubres, Ligures.

Qui parum considerate ad Cenomanos omnia referre contendunt, in nuper allato Livii loco non attendunt nisi dictionem *Caput*, minime vero praecedentem illam *Vicos*. Declarat Historicus, quaenam membra corpus constituerent, cuius erat Brixia caput: *misit Cethegus Consul in Vicos Cenomanorum, Brixiamque, quae caput gentis erat*. Gens & regio aptius circumscribi non poterant. Stonos inter *exiguas gentes* numerat l. 4.
Strabo. Euganeos Alpinos ubi Plinius nominat, *Caput*, ait, *eorum Stonos*: eritne qui urbes l. 3. c. 20.
sub eo Castello fuisse opinetur, quia Caput dicitur? Praeclara in urbe Brixia servatur inscriptio, quae CIVITATIVM VARDACATENSIVM ET DRIPSINATIVM mentionem facit. Cenomanorum Civitates ab auctoribus reputantur citatis a Cl. Galeardo, qui ubi illae fuerint, divi- Parere
nare neminem posse affirmavit. Verum Civitates p. 122.
ibi non urbes, aut oppida sunt, sed Communia, civilia corpora, συστήματα Graece, ut Strabo de Thessalis loquitur: μέγιστον τῶν Θετταλῶν σύστημα. Eo lib. 9.
sensu Tacitus: *Galliarum Civitates in Remos conve-* Hist. I.
nere: Plinius: *oppidum Vediantiorum Civitatis Ce-* 4.
melion. Id autem nomen, ut de Capite vidimus, Pl. l. 3. c. 5.
tum magnis coetibus, conciliisque tribuebatur, tum exiguis interdum, & vicos tantummodo administrantibus. Quinam esset *mos Civitatibus* Ger- Mor.
manorum Tacitus narat, quos tamen nisi vicos Germ. c. 15.
habuis-

habuiſſe ſtatim docet: *nullas Germanorum populis urbes habitari, ſatis notum eſt*. Nonne eiuſdem generis pene omnes *Civitates* fuere, quae a Cottio Regis Donni filio in Arcu Secuſino enunciari, aliquando oſtendi? Diſcimus ergo a memorata inſcriptione *Vardacatenſium*, *&* *Dripſinatium Civitates*, nihil aliud quam Communia praeſtantium pagorum fuiſſe, qui Gavardum, & Triſſinum uſque in hanc diem appellantur. Agnoſcere in promptu erat, ſed obſtitit praeiudicata opinio, Civitatis nomine urbes ſignificari. *Vardacatenſes* labentibus annis in *Gavardatenſes* tranſiere, ut Sardiniae *Caralis* in *Cagliari*, Hiſpaniae *Ilerda* in *Lerida*, & in ipſis Brixianis collibus *Voberna* ab antiquo marmore nobilitata in *Bovarno*. Omnino ergo conſtat, ante coloniam a Romanis Cremonam deductam, nullam in Cenomanis praeter Brixiam urbem fuiſſe, & nihil obiici Livio poſſe, *in Cenomanorum vicos*, *Brixiamque*, illorum vicorum caput, Conſulem miſiſſe docenti. Qui vero haec noverit, nonne conſcientia redarguetur, ſi inter eos vicos Veronam computare perſtet? Nonne Martialis diſticho obiurgabitur,

Tantum magna ſuo debet Verona Catullo,
Quantum parva ſuo Mantua Virgilio?

Nonne Strabonis comminuetur auctoritate, qui nedum urbem ſed Brixia multo maiorem diſtincte, & expreſſe Veronam docet fuiſſe?

Vulgaris nihilominus rumor, & conferta Scriptorum manus Veronam Cenomanis adſignat: nemo ſcilicet rem ponderavit, neque introſpexit. Quid autem iuvat, tantum operae impendere in literis, ſi neutiquam progredimur, erroreſque, ſi qui in anteriores obrepſerint, diſcutere nequaquam nitimur, & eliminare? Qui ea tantummodo, quae hucuſque tradidimus, ſerio perpendat, nonne propere, & conſtanter hanc Civitatem a Cenomanis ablegabit? Sed quae ad rem clarius adhuc patefaciendam addantur, profecto non deſunt. Rariſſima, & felici ſorte ipſiſſimus inter Cenomanos, & Veronenſes terminus innoteſcit, ac limes. Hunc Polybius nos docet, antiquiſſimus, & ſpectatiſſimus auctor, Hiſtoricorum lumen, & cui pauciſſimos regionum notitia, & diſtincta rerum narratione compares. Is bellum Gallos inter & Romanos in his regionibus aetate ſua geſtum deſcribens, de Conſulibus Romanas ducentibus copias haec habet verba.

lib. 2. *Περιελθόντες δὲ πλείους ἡμέρας, καὶ διελθόντες τὸν Κλούσιον ποταμὸν, ἦλθον εἰς τὴν τῶν Κινομάνων χώραν*. *Plures autem dies pervagati, & Cluſium fluvium traiicientes, in Cenomanorum regionem venerunt*. Cluſium ergo tranſire oportebat, ut in Cenomanos perveniretur. Militarem, communemque viam eamdem ſemper fuiſſe, quam nunc iter agentes terunt, indicia, & rationes ſuadent omnes; conſequenter eumdem pariter fuiſſe traiectus ſitum, & locum: nempe ultra Lonatum milliaria V. Haec pernoſcere Polybius egregie poterat, quia regiones haſce, ut de iis, ac de bellis in iiſdem geſtis cautius loqui poſſet, ipſemet peragraverat. Pro Κλούσιον ſcribi debuiſſe Κλήσιον, ſeu Κλείσιον opinor, *Chiès* enim populus ex veteri traditione adhuc fluvium vocat.

Quod Hiſtoricus tradit, mire confirmat eccleſiaſtica Dioeceſis noſtra, quae uſque eo hodie quoque protenditur. Hodie quoque Veronenſis, & Brixiani Praeſulum poteſtatem Cleſius ſeparat, ut ſeparabat Polybii tempore Cenomanorum, & Veronenſium confinia. Nobilia Decentiani, & Lonati Caſtella Veronae Epiſcopo adhuc ſubſunt. Ad civilem quoque Veronae iuriſdictionem uſque ad duodecimum ſaltem ſeculum pertinuiſſe, Chartae oſtendunt, Ver. Illuſtr. P. I. quas alibi indicavi. Antiquos territoriorum limites nihil certius oſtendit, quam Dioeceſium confinia. Primitus enim Apoſtoli *Eccleſias apud unamquamque Civitatem condiderunt*, ut ait Tertullianus: de Praeſcr. c. 20. cum unaquaque Civitate territorium computabatur. Seculis labentibus multa territoria ſive bellorum cauſa, ſive contractuum, ſive Principum arbitrio fines immutarunt, & vel ampliora ſunt facta, vel reſtrictiora: at his mutationibus eccleſiaſtica iura minime fuerunt obnoxia, terminiſque inhaeſerunt ſuis. Docemur a Decretalibus, *in regulis contineri antiquis, Parochias unicuique Eccleſiae priſtina diſpoſitione deputatas nulla poſſe ratione convelli*. Decr. P. 2. qu. 3. c. 5. Praeſens ergo Dioeceſis noſtrae confinium, quam vere tradiderit Polybius, in Cenomanorum ditionem Cleſium traiiciendo Romanos perveniſſe, patefacit. *Territoria* ſaepe *fluminibus finiuntur*, ut antiquitus docuit Siculius Flaccus.

Poſt Graecum teſtem Latinum audiamus, ſed qui in hac diſceptatione aliis omnibus procul dubio longe ſit anteferendus; ubi enim de Veronae origine, ac poſitione agatur, quis quaeſo certiora docere poterit, cui magis habenda fides, quam Plinio? veterum nempe Latinorum doctiſſimo, & Veronenſi. Nonne poſt eius deciſionem auditam piaculum erit, hiſcere etiamnum, & inaniter blaterare? At ecce quid Plinius doceat. lib. 3. c. 19. *Coloniae Cremona, Brixia Cenomanorum agro*. Exinde *Rhaetorum*, *& Euganeorum Verona*. Et invenientur adhuc qui Veronam non Rhaetis, & Euganeis, ſed Cenomanis tribuere perſtent? de Etr. Reg. t. 1. pag. 102. Aliter ſenſit Thomas Dempſterus, nam ex Ms libro, quem ſaepius laudat: *Euganei ſunt populi nobiliſſimi &c. quorum Metropolis fuit Verona*. Plinii auctoritas Catonis illam, qui urbium Origines communi omnium plauſu ſcrutatus fuerat, continet, haec enim Plinius pertractans, eum ſexies appellat. Appellat itidem Cornelium Nepotem, quem patriae ſuae hiſtoriam ignoraſſe, mentis compos exiſtimabit nemo. Cum haec Plinius ſcriberet, nec Cenomanica Brixia, nec Rhaetica, aut Euganea erat amplius Verona, ſed origines ibi perſequitur. Regionem decimam enarrat, quam Veneria conſtituebat, ſub qua & qui olim Cenomani fuerant, & qui Euganei, & Rhaetorum qui in Italia conſtiterant, computabantur. Quam ab antiquo Veneti in potens corpus coaluerint, indicat

ad Aen. 7. 715. dicat Servius: *Venetia Aeneae praestat auxilium.* Certius autem Polybius, qui Gallos post Romam occupatam regredi, & fines suos tutari a l. 2. 1. 106. Venetis coactos narrat, *qui regionem eorum irruperant.* Τῶν Οὐενετῶν ἐμβαλόντων εἰς τὴν χώραν αὐτῶν.

Duo heic verba perdere liceat. Dominicus Lazarinius fuit, qui dum vixit, amicum mihi testabatur animum, nec ulla malevolentiae causa intercessit umquam; sed occulte quicquid a me prodierat acriter impugnabat, & adversus singula, quae aliquando in manus hominum dedissem, libellos miro livore consitos construebat. Probe autem noscens, ut opinor, quantum nomini suo possent officere, continuit eos semper, atque arculae tenebricosae damnatos, quibusdam tantummodo ex discipulis clanculum perlegebat. Post eius excessum non defuere, qui ad hanc diem iam duos in publicam lucem emitterent. Ex his alter ut Veronam inter Cenomanos detrudat, sudat *nitendo, neque proficit hilum.* Satyra est, non minus ac prima frigidissimis facetiis infarcta. Mirum sane, hominem qui Comoediam ediderat taedio praecipuam, & in qua risus concitatur numquam, tam seria argumenta cum assumpsisset, risum multo studio plurifariam captare. Quae numquam dixi, aut cogitavi, imputat non una vice. In Turanii auctoritate me niti somniat, quem nec nominavi; sed eius nomen inter Plinii verba ad libri oram posita visitur: immemoratum, & inauditum hominem putat, cum Plinius pluries lau- lib. 3. init. det, & Hispanum fuisse doceat. Contorta ubique & aculeata sophismata. Plinii, quam nuper attuli, quomodo auctoritatem eludat, accipe, & absurditate ab una disce omnes. Plura huius Auctoris capita corruptissima haberi pag. 49. clamat *ob privationem punctorum*, quae perpetuo l. 3. c. 13. desiderentur. Exempli causa ubi legitur, *Castellum Firmanorum, & super id colonia Asculum Piceni nobilissima*, maximum asserit latere mendum, & legere iubet, *Castellum Firmanorum, & super id colonia. Asculum Piceni nobilissima*: ita ut *colonia* ad Castellum referatur, *nobilissima* substantivum amittat suum, & *super id* non *ultra* significet, ut apud Virgilium *super Garamantas*, sed inaudita a Latinis literis natis locutione ut Firmum coloniam diceret, *Castellum, & super id coloniam*, dixisse Plinium, consequatur. Eiusdem leporis sunt mutationes in propositi gratiam confictae. *Coloniae Cremona, Brixia Cenomanorum agro*, perperam legimus, si ipsum audimus, reponit enim: *Colonia Cremona. Brixia Cenomanorum agro.* Brixiam quoque coloniam fuisse, & Cremonam *urbem inclytam in Cenomanis*, ut Cellarius loquitur, nemo ad hanc diem negaverat. Plinii locum *Rhaetorum, & Euganeorum Verona*, scribere imperat puncto inter *Euganeorum*, & *Verona* intermedio; ita ut quid Rhaetorum, & Euganeorum fuerit, amplius non constet: ait subintelligi *Oppida*. At quaenam ergo haec fuerunt oppida? nullus enim Geographorum cum regionem recenset, *Oppida* scribit, & eorum nomina reticet. Mirifici eius puncti vi miserum Veronae nomen cui se agglutinet non habet, & cum cuiusvis oppidi in periodis illis originem discamus, ad quos pertinuerit Verona, unice ignotum evadit, & occultum fit: Rhaetis enim, & Euganeis ablegatis gentem substituit nullam, & ad illos ex iis verbis non magis hanc civitatem referri quam *Lunam ad cancros* asseverat. Tam ἀσύςατα, & ἀνυπόςατα cogitare potuisse, qui sana mente uteretur, quam plures mirantur; nihilominus qui ea extollerent, & ampliarent, inventi sunt: scilicet ex Divi Hieronymi sententia, *nullus tam imperitus Scriptor est, qui lectorem non inveniat similem sui.* ed. Ver. t. 4. p. 491. Quin in ipsa Veronensi urbe quidam praela, ne literariae scenae sannio suus desit, exercens, & Veronam mulierem a Troia, ut Amphitheatrum nostrum exstrueret profectam, popello venditans, iis punctis subscripsit, & plausit. Non praetermittam, a punctorum patrono *codices* allegari. Manuscriptorum auctoritatem ab eo advocatam statim putas, amice Lector; sed falleris: *codices* vocat a typographis impressa volumina, Pliniique *omnium iudicio meliores codices* esse asserit monstrosas annorum 1469, & 1476 editiones. Quin me redarguit, quod *Codici Hollandico* fidem habuerim, ac si Plinii verba non ut in editis aliqua cura libris omnibus habentur, attulerim, & cum Hollandicam eius editionem viderim numquam. Sed Scriptori, qui ut apparet his sacris initiatus μυηθεὶς nequaquam fuit, ne immoremur amplius. Illud stet, doctissimum inter Latinos omnes Auctorem, & Veronensem, in Veronae conditu, & incremento primo nullas habuisse Cenomanos partes, perspicue docuisse.

Animadversionem addam, quam cordatiores viros, ut sibi haec veritas eluceat, omnino sufficere, asseverantes audivi. Aures profecto indociles, & agnitionis quam minimum habeat necesse est, qui Brixiam e Verona profectus, in aliam se devenisse nationem non intelligat; tanta est popularis dialecti non diversitas solum sed contrarietas quaedam. Ad gentium investigandas origines, linguas ante alia, linguarumque proprietates docti omnes perscrutandas monent. Manifestum autem est, Patavium, Vicetiam, Veronam eadem uti locutione, atque unum genus constituere, Brixiae vero populum nec non caeterarum Lombardiae, ut vocamus, regionum omnino aliud. Ea inter duo haec genera voculationum, accentuum, sonorum, u literae pronuntiationis, verborumque obtruncationum dissimilitudo intercedit, ut liquido constet, diversam hos populos originem, & initium duxisse. Gallicismus quidam in Brixiano, & consimilibus dialectis etiamnum claret. Docuit Polybius, Venetos *diversa a Gallis lingua* usos fuisse: γλώττῃ δ' ἀλλοίᾳ χρώμενοι. lib. 2. p. 105.

Haec

Haec ſermonis diverſitas fecit, ut Latina exinde verba, & vulgaria demum Italica diſſidente pronuntiatione ab utriſque efferrentur.

Ea ſunt rationum harum, & auctoritatum momenta, ut quicumque veritati ſtudens non ſectae complexionem omnium expendat, ambigere, aut haeſitare profecto non amplius poſſit. Pro indubitato propterea habendum, quae contra afferuntur veterum Scriptorum auctoritates, captioſas eſſe, & ab erroribus, vel a fallaciis ortas, neque enim verum cum vero pugnat. Singulas autem iam perſpiciamus. Legitur apud T. Livium, Cenomanos conſediſſe, *ubi nunc Brixia, ac Verona urbes ſunt*. Verumtamen quis obſecro non videat, *ac Cremona* legendum eſſe, modo rem undique circumſpiciat, & modo quae hucuſque expoſui, percurrere non recuſet, & conſiderare? Plinius quae libro tertio tradit, ab *Auctoribus* accepiſſe profitetur, & inter primos a *T. Livio*. Brixia, & Cremona Cenomanis tribuuntur a Plinio; non ergo apud Livium legerat, Brixia, ac Verona. Notiſſimum eſt, Polybii fontibus Livium hortulos ſuos irrigaſſe. Polybius *παρὰ τὸν ποταμὸν iuxta Padum* Cenomanos collocat, quod idem eſt ac ſi dixiſſet *ubi nunc eſt Cremona*. Livius ergo ab eo non hauſerit, *ubi nunc Verona*, quae a Pado tanto ſpatio ſeiungitur. Integrum afferam locum, nam Polybio, quem multoties exſcribere geſtiit, Livium nequaquam contradixiſſe, quis neget? Etruſcis a regione, quae circa Padum eſt, variis Gallorum incurſionibus eiectis, *planitiem* occupatam narrat, & primum ad Orientem Padi ſtetiſſe Laios, & Lebecios:
l. 2. p. [illegible] *μετὰ δὲ τούτους Ἴσομβρες κατῴκησαν, ὃ μέγιστον ἔθνος ἦν τῶν αὐτῶν, ἑξῆς δὲ τούτοις παρὰ τὸν ποταμὸν Κενομάνοι· poſt illos vero Inſubres conſederunt, quae maxima fuit earum gentium: exinde apud fluvium Cenomani*. Livius Veronam Cenomanis daret, qui a Polybio didicerat, Cenomanos ultra Cleſum degere? Livius, qui Cenomanorum adveniſſe docuerat *manum*, hoc eſt exiguam turbam tantae ſoli amplitudinis non indigam? Livius, qui Cenomanos *Gallos Brixianos* appellat?
lib. 21. Livius, qui Cenomanis non niſi *Brixiam, & Vicos* adſignat?
lib. 32. Idem verſus, in quo *Verona* nunc legitur, *Cremona* legi debere aperte docet, modo afferatur integer: *ubi nunc Brixia, ac Verona urbes ſunt, locos tenuere Libui*, Libui,
lib. 21. ſive ſint, quos *Libuos Gallos* alibi appellat Hiſtoricus, ſive quos Plinius Libicos, ſive quos Laios, aut Lebecios Polybius, a Pado non abſceſſerunt, nec umquam ad Atheſim acceſſerunt, quapropter Cremonae non Veronae occuparunt locum. *Ubi nunc urbes ſunt*: duas igitur urbes nominat Livius, quae Cenomanis adventantibus nondum exiſtebant: Brixiam ſcilicet ab ipſis, & Cremonam a Romanis deinde conditam, qui Annibale Italiam invadente plura oppida muris, & coloniis miſſis munierunt,
Polyb. l. 3. p. 193. ac praecipue quam *denominarunt Cremonam*, *κατονομάσαντες Κρεμώνην*· Minime ergo *Veronam* ſcribere ibi potuit Hiſtoricus, quae multo ante Cenomanorum adventum ab Euganeis, & a Rhaetis ortum habuit, ut ineluctabili Plinii teſtimonio conſtat.

His argumentis adverſarii non reſpondent, ſed paratragoediant Mſs codices invocantes. Nullae ergo, & reiiciendae quaelibet Mſs non ſuffragantibus emendationes? At cum ego primùm in hanc materiam incidi, in iiſdem Auctorum paginis, quas eam pertractantes evolvere neceſſe eſt, alias nullis inſpectis codicibus emendationes dedi, quas ad hanc diem improbavit, aut reiecit nemo. In Strabonis cum impreſſis tum ſcriptis libris inter Veneta oppida Ὄρδια recenſetur, quae numquam fuit: l. 5. p. 326.
Κονκορδία ſubſtituere oportet. In omnibus Συμβρίους habetur, & *Sombrios* redditur, ubi *Inſubres* legi debet. *Epiterpum*, & *Ucetiam Opitergium*, & *Vicetiam* eſſe, vidit Caſaubonus quoque. p. 330.
Apud Ptolemaeum Βούτριον videmus in Cenomanis, quod Strabo *τῆς Ῥαουέννης πόλισμα* docet fuiſſe, & confirmat Peutingeriana: meo p. 327.
periculo reponendum dixi Βητριακόν· Plutarchus: *ἔστι πολίχνη πλησίον Κρεμώνης τὸ Βητριακόν· Betriacum oppidulum prope Cremonam eſt*; propterea in Cenomanis. *Aquileiam* uſque Aemilium Lepidum viam ſtraviſſe, eruditis omnibus librarii p. 333.
perſuaſerunt, qui Strabonem nobis tranſmiſere: at uſque *Placentiam* ſcribi debuiſſe, quicumque periodi ponderabit contextum, agnoſcet, ſimulque meminerit, Lepido Conſule Aquileiam in rerum natura nondum fuiſſe. Vid. Ver. Illuſtr. p. 37.
Haec ipſa, de quibus agitur, nomina in aliis quoque veterum chartis ob ſimilitudinem alternare monui. De Alarico apud Zoſimum lib. 5.
legitur ab Altino *Cremonam* properaſſe, ubi *Veronam* fidenter legas. Imperator Otho, ſi libris fidimus, *Veronenſi praelio* victus ab Aurelio Victore traditur. Vid. Ver. Illuſtr. p. 21.
At *Cremonenſi* ſcripſiſſe Hiſtoricum, nullus dubites, nam praelium illud *πρὸς τῇ Κρεμώνῃ* Xiphilinus, & prope Bedriacum vicum accidiſſe Tacitus narrat. Subſiſtunt ergo & ſine codicum ſubſidio emendationes plus vice ſimplici. Eiuſdem literae in dictionis fine, & ſubſequentis initio concurſus, tum in Mſs, tum in lapidibus ex illis unam ſaepe abripiebat: *acremonam* cum prior ſcripſiſſet, *ac veronam* putarunt exſcriptores legendum.

Valde aveo haec legat Arnoldus Drakenborchius, qui quam plurima congerens, operam nuper dedit, ut Livius maximo pretio veneat. Is facillimae huius emendationis neceſſitatem minime intellexit; quin Cluverium me *recoxiſſe* blaterat, ac *praecipitis, & calidae temeritatis* arguit. Haec autem falſo prorſus, & inurbane, ut Dominico Georgio quem laudat, gratificaretur, qui librum ſuum de Italiae Metropolibus ipſi in hunc unice finem dono miſerat. Scriptorem illum me puduit refellere, cum

cum quaestionem, de qua disceptabatur, nequaquam intellexerit, & millies dicta omnino extra rem coacervans, frustra diverberet umbras. Drakenborchius in paucarum plagularum libellum, quem tamen puto non vidit, invehitur, etiamsi *Verona Illustrata*, in qua res penitus pertractatur, iam prodiisset. Illam oportebat historiam legeret, & ab illis se argumentis extricaret, qui emendationem incusare vellet. Temeritatem meam *calidam* (sic loquitur) neminem probaturum *confidit*. At quae attuli probarunt statim summopere eruditi *Bibliothecae Italicae* auctores Galli, & probarunt in Gallia summi, atque omni praeconio maiores viri, Cardinalis de Polignac, & Bouhierius Praeses, qui ut Parisiis satis innotuit, *ob ea praecipue*, *quae de Cenomanis*, *& de Metropolibus* in Veronensi Historia *detexi*, & tradidi, doctissimae Regali Academiae ut adscriberer, ultro & sponte sua instarunt.

Mirum quot deceperit adulterinum distichum Catullo intrusum. Horrent quidam, versus duos integros cum eiiciendos audiunt. At non horruit Scaliger Tibullum castigans: *hoc distichon spurium & insititium est*. Quanto minus pertimescendum, ubi de Catullo agatur, cui & alia carmina editores de suo iniecisse, ignorat nemo. Parthenius de iis quae addiderat monuit, at non ita caeteri. De carminis dimidio Scaliger: *additum est a Pontano*, *ut & alia nonnulla*. Rursus quanto minus haesitandum ob inconditum Elegiae illius distichon, quae corruptissima est, ac propterea in pluribus codicibus, ut in Vaticanis tribus, minime comparet, nec in editione sine anno & loco, quam in Cantabrigensi Academia vidi, & omnium primam iudicavi: in hac elegia versum XII integrum ab editoribus intrusum, & elaboratum fatentur omnes. Quis distichon addiderit, affirmare nequeo: monui tamen, inter primos, & inter praecipuos, qui Catullum emendaverint, Ioannem Calphurnium Brixianum fuisse, qui etiam grandis admodum natu cum iam esset, Poetam emisit Vicetiae anno 1481: coniectura in promptu est. Quo possimus de his versibus certiores fieri, veterem codicem habemus nullum, nullus siquidem ex Catulli codicibus hodie notis seculum decimumquintum antecedere putatur aetate. Aliquanto antiquiorem Veronae fuisse, docet Pastrengus nostras, seculi decimiquarti Scriptor, qui duo Catulli carmina citavit in libello de Originibus rerum, p. 88. t. Prodiit quidem ante hos decem annos Corradinus quidam, literis satis inquinatus, qui Catullum *ex antiquissimo codice* Romae reperto edere iactavit; sed illum mendacii manifestum tenemus: quin de hac ludificatione ridebat interdum, ut accepi, fabulando. In eo libro cum quibusdam ingenii luminibus deliria sociavit multa. Catulli etiam apud me codicem laudavit saepius, quem ego nec appellavi, nec habui.

(margin: ad l. 1. el. 2.; ad Cat. 1.)

Iam versus ipsi prodeant. Cum Poeta ianuae locutionem dederit, tantum etiam ingenii dedisse necesse est, quantum ut ad rem loqueretur, requirebatur. At si ea versus illos protulit, importune omnino, & omnino a proposito aberrans garriebat. Dominae scelus quoddam ianuae cum narrasset colloquens, non id solum, sed alia etiam ab ipsa esse perpetrata respondens ianua asseverat.

Atqui non solum hoc se dicit cognitum habere
Brixia Cycneae supposita speculae;
Sed de Posthumii, & Cornelj narrat amore,
Cum quibus illa malum fecit adulterium.

Haec procul dubio authentica, & Catulliana responsio fuit: quid hoc loco ineptius interiecto illo, & insititio disticho,

Flavus quam molli percurrit flumine Mello,
Brixia Veronae mater amata meae.

Quid facit quaeso ad Dialogi materiam, & contextum, quid ad rem de qua agitur, quid ad id cui responsio fit, Mello fluvius, & Veronae origo? & quo iudicio Poeta meretricis ianuam non solum dominae turpitudines quas videbat, sed antiquam historiam callere commentus esset? Veronensis lacus undas *Lydias* nuncupavit Catullus, hoc est Etruscas; non arbitrabatur ergo Veronenses a Cenomanis originem duxisse, sed a Rhaetis potius, ut postea etiam Plinius docuit. Quod si Cenomani Etruscos non a Brixiano tantùm agro, sed & a Veronensi expulissent, & non Brixiam solum sed & Veronam post victoriam aedificassent, propterea ne *Veronae mater* dici potuisset Brixia?

A lepore Catulliano quantum hi versus absint, statim perspicis benigne Lector, & quantum a Poetica venustate *mater amata Veronae*. *Frigidum* fatetur, quem honoris causa nomino, Clar. Vulpius, si *Veronae* genitivus casus est: at quid aliud sit, ubi *mater Veronae* dicitur? Addit eruditissimus idem, hunc versum, *quisquis tamdem eius auctor sit habendus*, *ab epigrammate Callimachi derivatum videri posse*. At monere liceat, non de Cyrene urbe ibi Callimachum loqui, sed de Cyrene Nympha, quam ob Chironis vaticinium in Lybiam transportaverat Apollo, ut urbis mater fieret. Cyrenen urbem, quae ipsi erat patria, *patriae nostrae equis praestantis matrem* nequaquam Poeta dixisset: quibus autem nominibus antea vocaretur, eo disticho docet. Quid haec obsecro ad propositum nostrum? & quid refert, si apud alios etiam auctores nomen *patriae* invenitur, & nomen *matris*?

(margin: ad Catull. p. 383.)

Latinissime locutum esse Catullum, certe inficietur nemo. *Molli* igitur *flumine* Melam percurrere, numquam dixerit. Multa allata exempla sunt, in quibus undae dicuntur molles; verum in versu nostro *flumen* non aquam significat, sed aquae cursum. Sic Virgilius: *rapidus montano flumine torrens Sternit agros*; ubi Servius, *flumine*, idest *fluxu*. Unicum ergo

ſatis erat exemplum afferre, in quo *curſus*, aut *fluxus mollis* haberetur. Ararim placide fluentem *lenem* dixit Caeſar, *ſegnem* Plinius, at mollem ob placiditatem nemo. Quis etiam e veteribus dixit *percurrere flumine?* quis *percurrere Civitatem* de fluvio, qui plus mille paſſibus procul a Civitate fluat? quot inauditae & mirandae ſubtilitates ad tam novam quomodocumque propugnandam ſententiam excogitatae ſunt! Fluvius *Civitatem percurrit*, ſi quis umquam veterum ſcripſit, quid ſignificare potuit, niſi *currit*
lib. 1. *per Civitatem*? ſicuti Lucretius *percurrens turbine campos* de vento dixit per campos currente. At de flumine Pergamum ingrediente, ac de praeterlabente alio, Plinius, qui latine loquebatur:
Pl. l. 5. c. 30. *intermeat Selinus*, *praefluit Cetius*.

In miras ſe involvunt ambages, qui huic inepto diſticho patrocinari volunt. *Mela* fluvius ultra primum a Brixia lapidem excurrit; *Cartia* torrens Civitatem ipſam interfluit. Cuinam ex his *Mellonis* nomen impoſitum dicent ab horum carminum auctore? Non Melae, quia *flavus*, ſeu turbulentus non eſt, ſed clarus nitiduſque, & quia Civitatem non percurrit, nec tangit. Sed neque interiori rivo, quia Mellonis, aut Melonis nomine recenter ab uno & altero Scriptore donatus eſt, nam ab omnibus *Garza* dicitur, & in veteri Brixiae Statuto, ut loquimur, atque in actis omnibus tranſactorum ſeculorum non niſi Cartia nominatur. Recens ergo Mellonis nomen diſtichi aetatem ſatis ſuperque prodit. Unum adhuc percontari liceat; loquentem ianuam utrum Veronae fuiſſe velint, an Brixiae. Si Veronae, poteratne, quo colore infectus Brixiae rivus flueret, noviſſe? certe hoc nec viderat, nec inutile prorſus adiunctum a domina *furtiva voce loquente* audierat. Si Brixiae, ut potius credi debet, cum Cycneae ſuppoſitam ſpeculae ſciat, nonne ridiculum omnino eſt, *Veronae meae* ipſam exinde dicere? nonne patet, oblitum in pentametro auctorem eſſe, non Catullum, ſed Brixianae domus oſtium heic eloqui? Ad tam incongruens diſtichum ablegandum tanta profecto haud requirebatur animadverſionum congeries; duorum tamen accedit etiam manuſcriptorum codicum auctoritas, in quorum uno verſus iſti minime reperiuntur, in alio diverſa tantùm, & poſteriori manu additi habentur inferius: *tranſcriptus* dicitur *anno MCCCCLXXIV*. De illis alibi verba feci: lectiones optimae ex iis eruuntur, non minoris certe quam alii quilibet aeſtimandis. Quantum haec duorum codicum conſenſio ponderis habeat, quis non intelligit? neque enim de verbo, aut de hemiſtichio res eſt, quod exſcribentis oculos facile potuerit effugere, ſed de carminibus binis ſolidis.

Duos in hac controverſia adverſarios habui literatiſſimos viros. Canonicum Galcardum inprimis, a quo praemiſſae Inſcriptionis gratia diſputatio omnis incoepit. Is in opuſculo *Parere &c.* quae ad verſus tuendos afferri poterant, erudite collegit; ſed poſt ea omnia declaravit ingenue, inductum ſe veritatis amore quo tenebatur, *a laſciargli tuttavia incerti, e dubbioſi*. p. 254.
Duorum codicum conſenſu movebatur maxime, quos detexerat, ac perpetua honeſtiſſimi ſincerique animi laude ipſemet manifeſtaverat. Alter autem Cl. Io. Ant. Vulpius fuit, qui Catulli editionem ampliſſimam, aliis omnibus multo praeſtantiorem elaboravit, & ex qua plurima profecto diſcimus. Ut diſtichum aſſereret, amicis forte quibuſdam gratificans, nervis omnibus contendit, & ingenioſa protulit. Illud attamen tamquam ambiguum uncis incluſit, & *litem ſub iudice relinquendam* cenſuit. p. 375.
Quin nobis adiudicavit, cum Lydias appellaſſe Poetam lacus noſtri undas docuit, quoniam *Verona pertinet ad Rhaetos*, *Rhaeti a Tuſcis oriundi*. p. 108.
Quam diſpar, quam huic prudentiae adverſus Lazarinius! is verſus hoſce Catullianis omnibus longe praeſtare, paratus erat iurare conceptis verbis. *Speculam* Italice reddit *guardia*, & ita hexametrum: *ſcorſa dall' umido Mela col placido letto*: poteratne magis falſo, & inepte magis? At novam etiam linguae noſtrae Grammaticam cudit: *egli Catullo*, *egli Plinio*, *eſſi quelli*, & id genus alia. *Percurrit Brixiam* de flumine, quod eam minime ingrediatur, ſed ab ea plus quam milliarium abſit, adeo Latinum aſſeverat, ut Catullus pene ſolus id potuerit effari. Callimachi diſtichum in editis Callimachi antea non fuiſſe ſomniat, & illud oportuiſſe e Pindari Scholiaſte eruere, quem ipſe forte non vidit, nam Scholiaſtes diſtichum non habet, & pentametrum, in quo quaeſtionis momentum eſt, nequaquam affert, nec memorat. Verum quantopere Genius malus homines interdum excaecare valeat, ex uno diſce. Acriter improperat, Fracaſtorio meo *percuſſionem* (ita loquitur) me inflixiſſe: cur quaeſo? quia aquarum curſum *mollem* dici, haud quaquam probo; Fracaſtorius autem *Benaci ripam*, *& molles Atheſi labente receſſus*, ideſt amoenas Veronenſis agri villas, carmina ſua benigne excepturas ſperabat. Credine haec poſſent, niſi edita legerentur? Verſum etiam illum e controverſo diſticho Fracaſtorium hauſiſſe iudicat. Longum valeat ſcriptor adeo mirificus cum eo, qui tam praeclaras cogitationes condire ſatagit: dignum patella operculum.

Catulli, & Livii quam fallaciter auctoritates adducantur, vidimus; verum inaniter Iuſtinus quoque affertur. Ille enim Veronam inter Cenomanos nequaquam locat, quin Cenomanos nominat numquam. Gallis condidiſſe largitur Mediolanum, Comum, Brixiam, Veronam, l. 20.
Tridentum, Vicetiam. De Tridento, & Vice- c. 5.
tia quantum aberraverit, notum eſt omnibus; ſed nullam ex his Civitatibus Senones condidere, de quibus ibi loquitur. Quid ergo ex octo

iis

iis versibus, quos de Gallis confuse, ac velut parenthesin, historiae suae epitomator Iustinus interserit, credi potest? Superaddam, Iustini textui, ut in huiusmodi enumerationibus saepe usuvenit, aliquot forte nomina posterius adiecta fuisse:
l. 2. c. 23. nam ubi Paulus Diaconus civitates a Gallis conditas, ad hunc, ut videtur, Iustini locum respiciens, numerat, nec Veronam, nec Vicetiam, nec Tridentum habet. Tristanus Calcus in Mediolanensi Historia iam a decimoquinto seculo fictitias Civitatum origines reiiciens, Brixiam Cenomanis, Euganeis Veronam reddidit.

Ptolemaeus unice remanet. Multi apud ipsum & patentissimi, ubi hanc Italiae partem recenset, errores, utrum ipsi an librariis imputandi sint, decernere non ausim: sed luxationes saltem aliquas intervenisse, vix est ut dubitem.
Ver. Illustr. p. 12. De his alibi satis disserui. Videsis, ubi gentes Gallicas singulas nihil amplius quam Civitatem unam in his regionibus tenuisse, & Insubres, quae fuit maxima, Mediolanum tantummodo condidisse ostendi. Fidemne Ptolemaeo habebis postea Civitates octo Cenomanis adscribenti? an Cluverio potius, quod Veronam iis tribuerit Geographum arguenti, & doctissimo Cel-
l. 2. c. 9. lario in Notitia orbis antiqui ita docenti: *Turbat vero in aliis etiam limites Ptolemaeus, & Cenomanis tribuit quae sunt Euganeorum, Rhaetorum, Laevorum, ac Boiorum cis Padum.* Ipsius Ptolemaei locus repugnat sibi, nam Cenomanos Venetiae appendicem fuisse praemittit: οἱ εἰσιν ὑπὸ τὴν Οὐενετίαν, *qui sub Venetia sunt:* quomodo ergo tot urbes complectebantur? Non imperium, nec provinciam urbibus refertam Cenomanos obtinuisse sed territorium Plinius in-
l. 3. c. 19. dicat: *Cenomanorum Agro.* Finem impono lectores obsecrans, ut perpendere velint, num quae in hac quaestione ab adversariis iactantur, & quas hucusque difflavi, fallaciae, Polybio, qui Clesium Cenomanos inter & Veronenses limitem constituisse, a Dioecesi nostra usque in hanc diem servatum, & consecratum; & Straboni, qui magnam fuisse civitatem Veronam, exiguam Brixiam; & T. Livio qui Cenomanos Brixiam tenuisse tantum & *Vicos*; & Plinio, qui patriam suam non a Cenomanis sed ab Euganeis, & a Rhaetis originem duxisse, expresse ac diserte docuerunt, anteferendae sint.

Cum de Cenomanis exiguo ante xxx ferme annos opusculo dissererem, accidit, ut in maiorem longe quaestionem, universalique eruditioni multo magis attinentem inciderem de Metropolibus. Obiectum fuerat, argumento a praemissa Inscriptione ducto, Brixiam, quod Metropolis esset, Romanorum tempore Veronae Magistratus imposuisse. Hoc diluens, inter caetera cursim attigi, Metropoles nullas ex eorum regiminis forma, & nullis quidem in partibus Romanos constituisse. Tum vero non defuerunt, qui gaudimonio dissilientes ob errorem maximum in quo me deprehensum iactabant, loca coacervarent, ubi Metropolis nomen apud veteres invenitur, & me *de eliminatis a toto terrarum orbe Metropolibus*, ac de maximis urbibus despectu habitis, ultro citroque apud universam literatorum Rempublicam accusarent. Mirum profecto quam facile sit desipere! neque enim de Geographicis tunc provinciis agebatur, nec de naturalibus, ut ita dicam, earum Metropolibus, sed de regionibus, regionumque copulationibus a Romanis varie, & pro arbitrio sub Praeside constitutis; nec de urbium dignitate, praestantia, ac magnitudine res erat, sed de Romanorum regendi populos, decretasque administrandi provincias peculiari modo, & ab eo nostrae aetatis omnino absimili. Percurre obsecro, erudite Lector, Veronae Illustratae librum octavum, ubi postea fuse novo huic argumento satisfeci. Vide num hiscere contra possit, qui ratiocinandi facultate plane non careat. Vide in quot hallucinationes maximis, & quos veneror, viris delabi contigerit, eo quod distinctionem hanc non introspexerint. Rei perspicuitas me ita adigit loqui, inquirere caeteroquin solitum potius quam decernere. In magnam adducor invidiam ab eamdem semper cantilenam canentibus, superiores tot aetatum heroas haec minime tradidisse. Ad hoc quid reponam non habeo; eoque magis turbor, quo conscius mihi sum, non id solum sine eruditorum auctoritate & subsidio in eo libro me statuisse, sed alia plura. Ratum prius habebatur, antiquam Civitatum libertatem in autonomia consistere; Vardacatensium, & Dripsinatium Civitates ubi gentium fuissent, detecturum neminem; Romanos Praesides in urbe una sedem ac domicilium fixisse; ad eamdem, ut hodie fit, ob iudiciarias lites adactos fuisse Provinciales omnes confluere; viam Aemiliam Aquileiam usque processisse; Gothos, & Langobardos peculiares latine scribendi formas in Italiam attulisse. Quid alia memorem? Langobardorum Regum, Civitatibus omnibus Ducum omnino imperio subiectis, quodnam fuisset regnum, & potestas perquisierat nemo. Inter antiquarios, qui etiam de caligis, & fibulis erudite disseruerunt, quinam essent veterum mores, quaenam opiniones in iis omnibus, quae ad *Honoris* conservationem hodie pertinere putantur, Scriptor indagaverat nullus: id ego cum nobilium vitae, atque instituti maxime interesse crederem, *Della Scienza Cavalleresca* cum agerem, perquisivi, & a Romanis, Graecisque auctoribus ut eruerem, operam dedi. Si in his, & in aliis pluribus nimium, & supra vires ausus sum, veniam peto: bona mens, discendi aviditas, & cognitionis, ac scientiae cupiditas impulerunt.

sic OLIMPIODO
RE VIVAS IN DEO
A ☧ Ω

FLAVI MONTANI INA
VIRGO VIXIT ANNV XI
ET MESES SESXIS ET DIES X
VIVIT IN DEO



Praetermissas ab operis Christianas inscriptiones duas, quae in Museo dicatae sunt, aliasque tres in subterraneo apud cathedralem ecclesiam pavimento, quae ornare Appendicem debebant, antequam monumentis Veronensibus valedicamus, in hoc vacuo subiungimus. Vides non omnia veterum Christianorum opera inscite, atque ineleganter elaborata fuisse. Tessellata pavimenta nota sunt: verbi etiam *tessellare* non deerit exemplum in posterum.

Figurata marmora, quibus aevo medio salientes in maiori platea exornati fuerant, statuae suppositis illuc Theodosio imperante translatae, cum in meliorem formam opus redigeretur, Museo addicta sunt. In illis verba haec pessime sculpta sunt;

REX . ALBOYNVS . LOBARDOR . . .
VERONA . BERENGARIVS . IPERATOR
MARMOREA VERONA VERON . . .
. . . .

Pag. 55. col. 2. v. 42. detexerim, ac norim. *lege* detegerem, ac noscerem.
p. 77. c. 2. v. 9. distinguit. *lege* distinguat.
p. 96. *sub finem*: Numini dominorum. *leg.* *Numinis Dominorum.*
p. 116. c. 1. v. 32. qua censebantur. *leg.* qua Vicetini censebantur.
col. c. 2. v. 2. exhibentur. *Adde*. C. Rubrio *Curatori Reipublicae Veronensium* Grut. 464. 1. De hoc officio vide Pancirolum de Magistratibus municipalibus c. 11.
Versu extremo. Duumvirum quoque Municipalium fasces illustrat Gothofredus Cod. Th. t. 4. p. 506.
p. 126. c. 1. v. 40. Gruterus *recte*. *leg.* Gruterus recte.
p. 175. c. 2. v. 16. oculi insculptis. *leg.* oculi praesertim insculptis.
p. 201. c. 1. v. 30. Cenomani? e multis. *leg.* Cenomani? de iis agitur, qui Italiam petierunt: e multis.
p. 204. *in fine*: puduit refellere. *leg.* puduit vel refellere.



MUSEUM TAURINENSE
SIVE ANTIQUARUM INSCRIPTIONUM
VETERVMQVE ANAGLYPHORUM IN REGIAE ACADEMIAE PORTICIBUS CIRCUMQUAQUE INFIXA COLLECTIO

ANno MDCCXXIII exeunte, cum Augustam Taurinorum ἀγαθῇ τύχῃ me contulissem, inscriptiones quam plures in Consolatae propugnaculo inspectavi, summaque cum voluptate exscripsi, quae praecedenti anno cum vetera moenia ad pomoerium feliciter ampliandum diruerentur, in eorum fundamentis repertae fuerant. De illis invictus Rex non dedignatus fuit mecum multum colloqui, & percontari; cumque ego eiusmodi marmorum in re literaria iuvanda meritum extulissem, ea fuit Regalis animi benignitas, ut illa quocumque mihi opportunum videretur transferendi, & quomodocumque collocandi facultatem concederet: addens insuper, si qua haberentur alia eius generis in Regio Palatio, aut in Regiis villis cimelia, illa quoque acciperem, atque ad publicum bonum, & ad Urbis decus ac ornamentum uterer, si placeret. Quam prompte, quam alacriter clementissimo huic iussui paruerim, quicumque antiquitatis amore capitur, facile percipit. In ipsa Regia perquisitio prima statim est facta. Praeconiis omnibus maior Carolus Emmanuel I monumenta omnis generis eximia collegerat: marmora praesertim anaglyptico opere praeclara e Roma in aulam ipso regnante plurima advecta sunt. Post incendium maximum, quo atria, & porticus iis destinatae fuerunt olim absumptae, recondita iacuerant diutius, ac pene ignorata. Tunc vero eruta rursus, & diligenter collecta: quin cum aliqua in superba Veneriae villa marmorea toreumata ad ornatum adhibita extra locum fuissent cum novitiis mista, illa quoque ut in urbem adducerentur curavi. Marmorea signa, & protomas non attigi, pinacothecae reservans, quam in Regiis aedibus restitutum, & constitutum iri sperabam. De loco quidem, in quo praestantes vetustae aetatis exuvias dedicarem, minime anceps fui; Musarum enim domicilio, hoc est Regiae doctrinis omnibus florentissimae Academiae, literarias hasce supellectiles deberi, statim intellexi. Amplae, quae impluvium circumeunt porticus, opportunissimam praestabant sedem, in qua omnes consisterent. Architectus fictis ianuis, & pilis ornaverat circumcirca muros. Iis ornamentis usus sum ad distribuendos, infigendosque venustate aliqua inscriptos, & figuratos lapides, quod e specimine heic exhibito indicatur. Anaglypha eodem tempore ut accurate delinearentur, & exinde inciderentur curavi. Edere distuli, quia ut in nuncupatoria Historiae Diplomatum epistola dixi, simul cum inscriptionibus in universalem ineditarum inscriptionum collectionem inserere meditabar: sed tam in longum distuli, ut iure merito inventi sint, qui diutius expectare nollent, & plura ex illis vulgarint.

1

I · O · M
M . MEMMIVS . GRA . L
HERMES
V S M

Dicantis figura subest, sed omnino desormata, ac detrita. Lapidem e Marene vico prope Savilianum arcessivi, ut ab Iove principium facerem.

2

VIRIBVS
AETERNI
TAVROBOLIO
SEMPRONIA
EVTYCIA

Ob sensum adeo mutilum suspicioni forte locum dedissem si verba vidissem scripta,. nec marmor conspexissem. Ad latera patera, & vas.

3

GENIO
MVNICIPI
SEGVSINI
IVL . MARCEL
LINVS . V . P
EX VOTO POSVIT

4

. . . . . A . M . F . SECVNDA . ASPRI
FLAMINICA . DIVAE . DRVSILLAE
BALNEVM . ET . PISCINAM . SOLO . SVO
MVNICIPIBVS . SVIS . DEDIT

5

IN HON . . . .
TI . CLAVDII . DRVSI . F . CA . . . .
PONT . MAX . TRIB . POT . II . COS . DE . . . .

6

IMP . CAESARI
DIVI . NERVAE . F
NERVAE . TRAIAN
AVG . GERMANIC
DACICO
PONT . MAX . TR . POT . VII
IMP . XII . COS . V . P . P
D D

7



Herma fuit Traiano iam e vivis ablato sacer, cuius forte superior pars egregie erat sculpta, ac propterea Medicorum Taurinensium, Asclepj & Hygiae cultorum, Collegio Abascantus marmor legavit. In Novo Thesauro 973. 11. perperam haec inscriptio tamquam in quadrata tabula incisa esset, exhibetur.

1


DIADVMENI

2

3

4


D M
L MVSSIO·L·F·PINO·V·A·IIII·M·X·D·XXVIII
L MVSSIVS·PETRONIVS·ET·MVSSIA·TYCHE
FILIO PIISSIMO FECERVNT
SIBI SVISQVE

5

SILVANO·AVG
SACRVM
Q·TOSSANIVS
SYMPHORVS·V·S
L·L·M

1

REPARATORIBVS
ORBIS ROMANI CON
SERVATORIBVS REIP
ET OMNIVM PROVINCIAL
DD NN . FL . IVL. CONSTANTIO
AVG ET FL CLAVDIO
CONSTANTIO CAESARI

Haec & ſubſequens milliares fuerunt columnae, quod etiam conſtat, quia quis eas ſtatuerit non dicitur. Milliariorum numeri non apparent, ſed plures in Nemauſenſi praeſertim Agro conſimiles columnas videre memini nullis pariter numeralibus notis praeditas. Legi etiam poſſet *Propagatoribus*, *Liberatoribus*, *Propugnatoribus*, at non *Imperatoribus*.

3

Q . GLITIO . P . F . STEL
ATILIO . AGRICOLAE
. . . . II . VII. VIRO. EPVLO . .
. . . .

Huius Agricolae tres recenſet inconditas ac monſtroſas inſcriptiones Gruterus, quarum ſphalmata quatuor hiſce quamvis circumciſis elogiis auferri, & reconcinnari poſſunt. Exempli gratia ubi 416.6. CIVI. VESP. TRIB. POT. GALLICAE. X. VIROS. OSTI. ſcribitur, pro *Quaeſtore Divi Veſpaſiani*, *Tribuno Legionis Primae Italicae*, *Decemviro Stlitibus Iudicandis*: & ubi parum fauſte reponebat Cuiacius TRIBVNO LICE. 367. 1. Bis Conſulem videmus fuiſſe, etiamſi faſtis quos habemus omnibus ignotus, & immemoratus: procul dubio ex ſuffectis. Illum deſignari opinor in Gruteriana 14. 3. *Triſciliano*, *& Agricola Conſulibus* poſita.

2

IMP . CAES
PONTIFEX MAXIMVS
CLAVDIVS IVLIANVS
SEMPER AVG

4

Q . GLIT . . . .
ATILIO . A . . . .
COS . II . VIIV . . . .
SODALI . AVG . . . .
PRAEF VRBIS . . . .
CAESAR . NERV . . . . . .
GERM . DACIC . . . .
DONATO . AB E . . . .
DONIS MILITA . . . .
CLASSIC . AVRE . . . . . .
LEG . PROPR . PA . . . . .
LEG LEG . I . . . .
CITER . . . .
VE . . . .
. . . .

5

. . . . FIL STEL
. . . . AGRICOLAE
. . . . VIRO. EPVLON
. . . . TO . PROPRAETOR
IMP . NERVAE CAES AVG
PROVINCIAE . BELGICAE
LEGAT . LEG . VI . FERRATAE
LEG . CITERIORIS . HISPAN
PRAETORI . AEDILI CVR . . . . .
Q. DIVI . VESPASIANI . . . .
LEG . I . ITALIC . X . . . .
IVDIC . SE . . . .
ROMA . . . .
. . . .

6

. . . . F . STEL
. . . . AGRICOLAE COS II
. . . . VIRO EPVLONVM SODALI
AVGVSTALI . CLAVDIALI . LEGAT . PRO . PR
IMP . NERVAE . CAES . TRAIAN . AVG . GER . DACICI
PROVIN . PANNON . DONATO . AB . EODEM
BELLO . DACICO . DONIS . MILITARIBVS . CORONA
MVRALI . VALLARI . CLASSIC . AVREA . HAST
PVRIS . IIII . VEXILLIS . IIII . LEGATO . PRO . PR
PROVINC . BELGIC . DIVI . NERVAE . LEG
LEG . VI . FERRAT . LEG . HISPAN . C . . . .
PRAETORI . . . .
DI . . . .

1

. . . .

. . . . IIIVIR . A . P . . . .

. . . . . ORDO . AVGVSTAE

TAVRINOR . PATROCINIO

COLONIAE . DECREVIT . ET

PER LEGATOS DETVLIT

D · D

2

D M

P . A R R I I

S E C V N D I N I

. . . VÆAL . TAVR . ET

. . . . R . EPORED . . . .

. . . .

Forte *Decurialis*. Retulit Pingonius quoque. *Taurini* legendum videtur, & *Eporediae*.

3

P . LIVIVS . P . L . MACER

II VIR Q . . . SIBI ET

IVNIAE C. F. VETVILAE VXORI

P LIVIO MACRO VI VIR AVO

. . . . AE QVARTAE AVIAE

. . . . TAE

. . . . . . MATRI . T . F . I

4

V F

C. LEVCONIVS . QVIR . VELOX

DEC . II . VIR . COMINIAE PATERN

AE . VXORI . LEVCONIAE ALPINA

E . FIL . MEAE . PIAE . D M

Literis informibus, etiamsi enunciata Tribus aevo superiore sculptas doceat.

5

. . . . OL . CIMBER

. . . I . ET . XI . AED . II . VIR

CIMBRI

. . . . VNT

Etiam ex fragmentis aliquid interdum discimus.

6

. . . .

. . . . ALAE . AVG

. . . . D

OB . MERITA . ET . MVNIFICENTIAM

EIVS

HONORE CONTENTVS

IMPENSAM REMISIT

Num ad Alam Taurinam referemus, quam Tacitus memorat? Hist. l. 1.

7

M . VENNONIO

M . F . STEL . SECVNDO

DEC . IIII . VIR . A . P

IVDIC . . . V DECVRIS

EQVIT . ROMANO

EQV . PVBLICO

BRVT . . . A . C . F . FIDA

. . . TER

. . . F I

Supple *Bruttia*, & *Iudici de quinque decuriis*, ut apud Gr. 481. 2. *Pater*, *aut Frater testamento fieri iussit*.

8

. . . .

. . . . . AM CARITAT

. . . . DIDISS . OB . MERIT

. . . . . LO POSTVLANTE

D D

I.



2

4

3

5

6



7



1

V
C.COR VNCANIVS
C.L.PAL.HILARVS
VI VIR

V viventem indicat.

2

T.CASSIVS.L.F.LICINVS
SIBI ET
L.CASSIO.L.F.CAPITON
PATRI
MANTIAE L.F.TERTIAE MATRI
L.CASSIO L.F.RVFO FRATRI
CASSIAE.L.F.MAXVMAE SORORI
VETVLEIAE.L.F.MAXVMAE
T.F.I
T.CASSIVS.T.L.ITALICVS
VI.VIR.F.C

3

V F
C.RABVRIVS
MELISSVS
VI.VIR.ET
....VIALIS
....ET SVIS

4

D M
L.TVTILI.SECVN
DINI.DECVRIO
NIS

5

...IVS.COTTI.L.VRBANVS
IIIIII. VIR
....IVS.VRBANI.L.APIVS

6

C.SAEVONIVS
STABILIONIS.F
SECVNDVS
VI.VIR SIBI ET
ANNAEAE.>LIB
ADIVTRICI VXORI.ET
ANNAEAE.MEROE
T.F.I

7

D M
T.CORD.MENELAVS
VI VIR AVG
SIBI ET CORDIAE
CHARIDI
VXORI CARISSIM

8

A.TITIO.A.L.BELLICO
VI.VIR.AVGVSTALI
CHORAGIARIO

9

L.VALERIVS
FIRMI.F.STEL
FIRMINVS
VI.VIR.AVG
EX.HS.XX
T F I

10

T.CVSIO.RVFI.F
STE.VI.VIR
AVGVSTALI
CVSIA.RVFI.F
POLLA.SOROR
P.S.F

Gruterus V pro VI. *Pollia* pro *Polla*. D. P. pro P.

1

L. COELIVS. Q. F
MILES. LEG. VIIII
SIGNIFER. OB
VIRTVTES PHALARIS
TORQVIBVS
ARMILLIS DON....
. . . .

Misc. p. 262. Sponius Guichenonio fidens clausulam imposuit EST DECORATVS, qua sinceri lapidis fidem in dubitationem adducit.

2

L. GAVIO. L. F
STEL. SILVANO
PRIMIPILARI. LEG. VIII. AVG
TRIBVNO. COH. II. VIGILVM
TRIBVNO. COH. XIII. VRBAN
TRIBVNO. COH. XII. PRAETOR
DONIS. DONATO. A DIVO CLAVD
BELLO. BRITANNICO
TORQVIBVS. ARMILLIS. PHALERIS
CORONA AVREA
PATRONO COLON
D D

Pulcherrima haec inscriptio praelo nunc primum subiicitur.

3

L. ALFIO RESTITVTO
EQ. R. EQ. P. PRAEF. COH. II. BR
EQ. TRIB. COH. I. BR. ∞. EQ. FLAM
DIVI. TITI ET. CLAVD. PAVLINAE EIVS
C. PINARIVS ONESIMVS ET
CASSIDARIVS AMPHERISTVS
OB MERITA

Edidi, & explicavi Hist Dipl. p. 171. Novus Thesaurus etiam *Milliariae* notam inde poterat interpretari. Parvum ferme obeliscum videas e marmore Viridi Secusiano: inscriptio ad summitatem velut in quadrata tabella.

4

D M
I
sic AVR. MAXIMI
EXAR. NVM. DAL
DIVIT QVI VIX
ANN XXX
AVR. VICTORIN
O. POSVIT

Posuit Victorinus, sed u in o commutando, & consonantes extremas auferendo, Italicae linguae praeludebatur. Cl. Novi Thes. collector videre poterat in Historia Diplomatum pag. 170. non DIVITI lapidem praeferre, sed DIVIT. & legendum esse *Divitensium*. Cuneum Equitum *Dalmatarum Fortensium* (ita legas) & *Divitensium* recenset Notitia Imperii pag. 244.

5

. . . .
. . . . . . I A . . . . . .
. . . . I. DELM. DIVIT . . .
. . . . X. MENS. V . . . .
. . . .

Et *Delmatia*, & *Dalmatia* in veteribus monumentis reperitur.

6

D M
AVR. CRESCEN
TIANI. V. E
ACIEDESID
QVI VIXIT AN
XXXV
AVR. PISTVS
EXAR
FRATRI CAR
POSVIT

7

N. APPIO
CENTVRIONI
AEBVTIAE. L. F
Q. APPIVS Q. F
Q. II. VIR. PONTI . . .
T. F. I

8

. . . .
. . . AB. TI. CLAV . . . . .
. . . EA. CLASSICA. VA . . . . .
. . . . ORT. AMICORVM . . . . .
. . . . SPITIVM. CVM. LEG. V . . .
. . . . VLA. ARGENT. AE . . . . .
. . . .

Videtur fabula apud Guichenoninm, quia de mutilationibus non admonet.

Andrea Zucchi Sculp.



1

V . F
L . ANTISTIVS
ZOSIMVS . SIBI · ET
ANTISTIAE
CHRYSEIDI
CONIVG KARISS
ET SEPTICIO
ADIVTORI PAPATI
OPTIMO

2

. . . .
L . L . CON
APONIAE L . L . MODEST
MATRI
ACVTO . . . . APONI . . .
. . . .

3

ST . AEBVTIVS
SECVNDVS
SIBI . ET
ST . AEBVTIO
OPTATO PATRON
ST . AEBVTIO SECVND . . .
. . . .

4

D M
ATTIAE . L . F . LVCI
NAE . ET . SIBI . Q.
RVBRIVS . SEVE
RIANVS . QVAE.
CVM . EO . VIXIT.
SINE LITIBVS.
ET IVRGIS ANN
XXVI . M . X.
DIEB . VII . HOR.
sic VIII . FEMINE.
CASTISSIMAE.
CONI CARISS
VIV . FEC

In hoc pyramidato marmore puncta ut vides extremis versibus adiiciuntur.

5

D M
ET MEMORIAE
AETERNAE
M . AVREL . . . . .
VETER . . . .

6

M/ CAELIVS
·M/ F . TRASO
VI VIR . AVG
CORNELIAE · P . F
QVARTAE . VX
A . XXXXV
L . CAELIO . M/ . F
GALLO A . XXVII
M/ . GALLO . M/ . F
CAM . PRAESENTI
A . XXXXV

In Novo Thesauro M/ ter in M commutatur; hoc est Manius in Marcum.

7

D M
CAECILIAE AELIANAE CIV
POLLENT . . . QVAE VIX . . .

In Novo Thes. 1071. 7. *Vaeciliae*, *Civi Tolentiae*. Lege *Civitate Pollentia*.

8

D M
MEMORIAE
L . CORNELI
CHRYSANTHI
CASSIDARIA
FORTVNATA
CONIVGI CARISS

Nondum agnitam Cassidariam gentem habes in hac numquam edita epigraphe, qua docemur praecedentem Cassidarium Ampheristum Caium Assidarium non esse.

1

V F
CLAVDIA . TI . L
IANVARIA
SIBI ET
TI . CLAVDIO . TL
SOTERICHO
MARITO . OPTIMO

Pulcherrimis incisam literis Secusiae reperi, & ad Museum ut transferretur curavi. *Tiberii Liberto*.

2

G . C . ENNI VIBIANI
ET IVN · LARTID
PRISCINAE
M . VIBIVS
MARCELLVS

In Nov. Thes. perperam C. GENNI. Lego *Genio Caj Ennii Vibiani*.

3

CORNELIA
M L
IVCVNDA
T F I

4

C . DOMITIO
C . L . SENECAE
. . . . AE . CILAE
. . . . ITIA . C . L MVSA
. . . . OR FECIT

5

P . FADIENVS. . . . . .
QVAESTO . . . . . .
. . . . . MEN . D . . . . . .
. . . .
. . . . TVMAE . . . . . .
. . . COLONIAE . . . . . .
. . . . OPECV . . . .
. . . .
. . . . . PRAE . . . .
. . IN PRAESIDIVM . . . . .
SOLO . PRI . . . . . .

6

D M
IVNETIAEVERINAEIVNETI
AEPIGONEFILPETIVNE
TIAEVERAEPATRONAE
BM

Nec punctis in hoc lapide verba distinentur, nec intervallis.

7

. . . .
. . . . . INTA
. . . . . SIBI ET
T . GIMMIO
VIRO SVO
ET M . GIMMIO
CLEMENTI
VI VIR AVGVST
FILIO . . . .
IN FR . P XX . . . . . .

8

LVCVLLIA . L . F . PRIMA
SIBI ET
L . AEBVTIO . PALLAEO
VIRO
AEBVTIAE . L . F . OPTATAE
FILIAE . T . F . I

9

MINICIAE
L . F . PAETINAE
VXORI
RVTILI GALLICI
LEPTITANI
PVBLICE

10

C . OCTAVIO
MARCELLO
ET AEBVTIAE
BASSI . F
PRISCAE
SABINVS . FEC

CCXXIII

1

2

3

4

5



1

ESIATA . OPPIA
SIBI ET GAVDIL
LAE OPPIAE PA
TRONAE ET
DVCIO . GIMIONIS
F . VIRO

2

D M
C PVBLICI
ATTIANI
QVI VIX A XXIII
C PVBLICIVS
EVHODVS ET
ATTIA ZOE
PARENTES
FILIO PIISSIM
ET SIBI
V F

3

D . M
SALARIAE
Ↄ LIB
APHRODITES
T . VENNONIVS
RESTITVTVS
MATRI
V . F

In Nov. Thes. Ʃ pro Ↄ.

4

V F
L . SALVIVS . Q . F . CAM
POENVS . PATER . SIBI . ET . L . SAL
L . F . MEMORI . FILIO ANNOR . XIX
BVSSENIAE . P . F . PRIMAE VXORI
Q . SALVIO . Q . F . NOTO . FRATRI
SALVIAE . Q . F . RVFAE . SORORI . RVFO
BVSSENIO . P . F . VERO . IN . F . P . XIX . IN . T . P . XIX

5

D M
SEXTIAE
TEOFILE
FORTVNA
TVS LIB

Non TIOFILE ut in Nov. Thes.

6

V F
T . SVLPICIVS . ATTICVS
T . SVLPICIO . ASIATICO
FRATRI . ET . SVLPICIAE
PRIMILLAE . MATRI
BRVTTIA . Q . L . HYGIA . SIBI . ET
BRVTTIAE . Q . L . GRAPHIDI . FIL

7

HAVE VITALIS
L . TETTIENVS . VITALIS . NATVS . AQVILEIE
EDOCATVS IVLIA EMONA TITVLVM POSIT
ANTE AETERNAM DOMVM IVLIA
AVGVSTA TAVRINORVM DICIT
QVAERERE CESSAVI NVMQVAM
NEC PERDERE DESI MORS INTERVENIT
NVNC AB VTROQVE VACO
CREDITE MORTALES ASTRO NATO....
NIHIL EST SPERABILE DATVM
....

Gruterus pro HAVE habet TI . AVL.

8

V F
L . VALERIVS
SEVERINVS
GAVIAE M . F . INGEN
CONIVGI SANCTAE
AC PIISSIMAE VIXIT
ANNIS . XXIIII
DIES . XXIIII
CASTA PVDICA DECENS
SAPIENS GENEROSA PROBAT

1

. . . VALERIO . SEX . F
PVB . COLOSO
PONTIAE . T . F
. . . OLLAE VXSORI
. . . NO . P . F . PVB
. . . .

In Novo Thes. OILA ubi lapis OLLAE.

2

D M
VENNO
NI VENE
RIANI
CORNE
LIA VE
RA CON
IVGI CA
RISSIMO

3

D M
VENNONIAE
L . LIB
VICTORINAE
L . CORNELIVS . L . L
CHRYSIANVS HER

In Nov. Thes. LIIB pro L . LIB.

4

D M
VENNONIAE
VERAE
L . ATRECTVS
QVIETVS
COIVG
CASTISSIM

Secusiae videram apud PP. Lateranenses. Perperam in Nov. Thes. *Atrectus*.

5

. . . NIA P . F . SECVNDA SIBI
. . . LIVIO M . F . VIRO
. . . CORNELIO . P . F . BASSO F
. . . L . SECVNDINO F

6

V F
P . VETTIVS
Q . F . POL
MVCRO
SIBI . ET
METTANIAE
. . . INAE . VXOR
. . . ETTIO VX

7

VETTIAE
SP F
PRIMAE
M . LICINIVS
CELER
L . LICINIVS
VERVS
FILII F . C

8

. . . .
SORORIBVS . ET . SIBI . ET . SVIS ADORNAVIT

9

ΚΑΙ ΦΙΛΗΠΙΣΤΗ ΚΑΙ ϹΥΝ . . . .
ΤΩΝΑΝΕΙΚΗΤΩΝΡΩΜΑΙΩΝ
ΠΑΤΡΩΝ

Libertae Invictis Romanis Fidelissimae Patronus dicat.

10

Fragmento alio.

ΚΟΙΝΤΩ . . . .
ΑΤΕΙΛΙΩ . . . .
. . . .

1



2



3



4.

Fr. Zucchi scol.

ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ

Initia suppleantur.

ΕΧΡΗΝΜΕΝΣΤΗΣΑΙΣΥΝΕΡΩΤΙΦΙΛΩΣΕΜΕΝΑΝΔΡΕ
ΩΣΥΝΖΩΝΕΤΕΛΕΙΣΟΡΓΙΑΤΕΡΠΝΑΘΕΟΥ
ΔΗΛΟΣΔΕΙΦΟΡΕΩΝΑΙΕΙΘΕΟΝΟΠΠΟΤΕΚΑΙΝΥΝ
ΣΗΝΜΟΡΦΗΝΚΑΤΙΔΩΝΑΥΤΙΚΑΠΑΣΣΕΦΙΛΕΙ

ΦΑΙΔΡΟΝΕΤΑΙΡΟΝΕΡΩΤΟΣΟΡΑΣΣΕΙΡΗΝΑΘΕΑΤΡΩΝ
ΤΟΝΔΕΜΕΝΑΝΔΡΟΝΑΕΙΚΡΑΤΑΠΥΚΑΖΟΜΕΝΟΝ
ΟΥΝΕΚΑΡΑΝΘΡΩΠΟΥΣΙΛΑΡΟΝΒΙΟΝΕΞΕΔΙΔΑΞΑ
ΗΔΥΝΑΣΣΚΗΝΗΝΔΡΑΜΑΣΙΠΑΣΙΓΑΜΩΝ

ΟΥΦΑΥΛΩΣΕΣΤΗΣΑΚΑΤΟΦΤΑΛΜΟΥΣΣΕΜΕΝΑΝΔΡΕ
ΤΗΣΔΕΓΟΜΗΡΕΙΗΣΦΙΛΤΑΤΕΜΟΙΚΕΦΑΛΗΣ
ΑΛΛΑΣΕΔΕΥΤΕΡΑΕΤΑΞΕΣΟΦΟΣΚΡΕΙΝΕΙΝΜΕΤΕΚΕΙΝΟΝ
ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΣΚΛΕΙΝΟΣΠΡΟΣΘΕΝΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣ

Μένανδρος

Ἐχρῆν μὲν στῆσαι σὺν ἔρωτι φίλῳ σὲ, Μενάνδρε,
  Ὧι συζῶν ἐτέλεις ὄργια τερπνὰ Θεοῦ.
Δῆλος δ' εἶ φορέων αἰεὶ Θεὸν, ὁππότε καὶ νῦν
  Σὴν μορφὴν κατιδὼν αὐτίκα πᾶς σὲ φιλεῖ.

Φαιδρὸν ἑταῖρον ἔρωτος ὁρᾷς, Σειρῆνα θεάτρων,
  Τόνδε Μένανδρον ἀεὶ κράτα πυκαζόμενον.
Οὕνεκ' ἄρ' ἀνθρώπους ἱλαρὸν βίον ἐξεδίδαξα,
  Ἡδύνας σκηνὴν δράμασι πᾶσι γάμων.

Οὐ φαύλως ἔστησα κατ' ὀφθαλμοὺς σὲ, Μενάνδρε,
  Τῆσδέ γ' Ὁμηρείης φίλτατέ μοι κεφαλῆς.
Ἀλλὰ σὲ δευτέρ' ἔταξε σοφὸς κρίνειν μετ' ἐκεῖνον
  Γραμματικὸς κλεινὸς πρόσθεν Ἀριστοφάνης.

MENANDER

Te decuit caro ſociare, Menander, Amori,
  Cuius ſacra tibi dulcia ſemper erant.
Ferre Deum ſemper te conſtat, quandoquidem & nunc
  Confeſtim omnis amat, qui videt ora tua.

Sirenem ſcenae, comitemque Cupidinis, ornat
  Quem ſemper capiti fixa corona, vides.
Namque homines docui iucundam degere vitam,
  Perpetuo exhilarans dramata connubiis.

Gg *Haud*

Haud importune, mihi care Menander, Homeri
Ante oculos, tua quae est, effigiem statui.
Nam te post illum sedem obtinuisse secundam
Grammatica eximius tradit Aristophanes.

Marmor Romae olim fuit, bis ibidem atque optime a Fulvio Ursino, & ab Achille Statio vulgatum, Laurentii Gambarae versione adiecta. Habetur & in *Auctario* Lipsii: Gruterus item attulit, ut Ursinus dederat. Cl. nihilominus Novi Thesauri collector carmina ex ineptissima Iacobi Gronovii Imaginum collectione accepisse profitetur, quae Latina versione caret, & pluribus in literis peccat. Emendatius tradit ipse, sed interpretationem minus feliciter ita exorditur. *Decet sane initium ducere cum Amore.*

Quadratus hic lapis, tribus Graecis epigrammatis nobilitatus, Hermae formam habet, qua heroes, & inlustres viros Graeci repraesentare saepe consueverunt. Caput de more olim superstabat, sed vetuste abscissum neque Ursinus vidit. Priora item versuum verba, quae cum marmore confracto avolarunt, ipsum nequaquam vidisse opinor, sed ingeniose supplevisse. Versu secundo ΩΙ scribendum erat. ΣΥΝΖΩΝ recte pro συζῶν, ita enim vetustiores, sicut Latini *Conloco*, & alia id genus: quaedam pronuntiationis mollicies obtinuit postmodum, ut ante literam duplicem Graeci consonantem non locarent. Versu nono Gruterus ΦΑΥΛΟΣ, recte Ursinus ΦΑΥΛΩΣ. Iuxta hanc Menandri imaginem Cupidinis alia conlocata erat, quo respicit tetrastichon primum, itemque Homeri, quo respicit tertium. Aristophanes Grammaticus satis est notus. Animadvertenda Graeca phrasis φορέων θεόν, ex qua factum est, ut apud Christianos viri sancti θεοφόροι dicerentur, & χριστοφόροι.

MUSEI TAURINENSIS APPENDIX

GENIO ET HONOR
L. POMPEI. L. F. POL. HEREN
NIANI. EQ. ROM. EQ. PVB
Q. AER. PET. ALIM. AEDIL
IIVIRO. CVRATORI
KALENDARIOR. REI. P
COLLEGIVM PASTO
PHORORVM. INDVS
TRIENSIVM. PATRO
NO. OB. MERITA

T. GRAE. TROPHIMVS. IND. FAC

APpendicem annecto eximiam sane ob egregia monumenta, & singularem. Inscriptio haec aenea est, & inter praeclarissimas, quae hoc aevo superas ad auras evaserint, computanda. Misit eam ad me magnae spei, & optimi ingenii iuvenis Paullus Ricolvius, qui cum

aliis

aliis vetuſtae aetatis lipſanis erui paulo ante curaverat in vico *Monteù* ad Padum, a Taurino milliaribus XVI. eamdemque ſimul cum ſocio clariſſimo paulo poſt erudito libello illuſtravit. Verſu quarto recte iudicant poſt P punctum deeſſe. Sic *Quaeſtor Arcae Publicae*, *& Pecuniae Alimentariae* in Gruteriana 386. 4. & in aliis. Ex hoc unice monumento didicimus, ibi olim ſtetiſſe *Induſtriam*, inter *nobilia* Liguriae oppida a Plinio recenſitam. *Paſtophororum Collegium* ab Apuleio bis memoratum heic reviviſcit. In coronide, quae pariter ex aere eſt, nomen habetur Titi Graecinii, (ſive Graecidius, aut Graecius fuerit) qui vel tabulam ipſam aeneam, vel ſuperpoſitam fortaſſe ſtatuam olim elaboraverat. In eodem loco quatuor quae ſubſequuntur erutae itidem ſunt.

l.3.c.5.

Met.l. ult.

1

C.AVILIO.L.F
POL.GAVIANO
FLAMINI.DIVI
CAESARIS
PERPETVO
PATRONO.MVNICIPI
TRIB.MILIT.LEG.III
GALLICAE
D . D
QVO.HONORE.CONTENTVS
IMPENSAM.REMISIT

2

C.LOLLIO
C.LIB.PAL
AGRAVLO
COLLEG
CENTONAR
Q.H.C.I.R

3

A.HOSTILIO A.F
PAP.PATRONO

4

L.FVLFENIVS.T.F.SIBI
ET L.FVLFENIO L.F.SECVNDO
. . . .

Idem Ricolvius quatuor ab hinc annis nuntiavit mihi, Auguſtanam vallem antiquariis oculis perluſtraſſe, ac praeter inſcriptiones, Romanae viae reliquias reperiſſe plures, veteriſque urbis ichnographiam conformaſſe. Anno inſequenti Nicaeenſem provinciam Muſis maxime faventibus percurrit, nam columnas milliarias quatuor ſequentibus titulis praeditas, & a nemine umquam animadverſas invenit.

5

. . . . TRAIANVS
HADRIANVS PONT.MAX.TRIB
POT.IX.COS.III.VIAM IVLIAM
AVG.A FLVMINE TREBIA QVAE
VETVSTATE INTERCIDERAT
SVA PECVNIA RESTITVIT

DCVIII

6

. . . . . ANTONINVS
PIVS FELIX AVG
PONI CVRAVIT

7

. . . .
IMPERAT . . . . . .
AVGVSTVS
TRIBVNICIA
POTESTATE . . . .

DCVII

8

IMP.ANTONINVS
PIVS FELIX AVG
PONI CVRAVIT

DCIII

Prima, & ſecunda a Nicaea milliariis ſex iacent in via, quae Monoecum ducit, magnis inſcri-

inſcriptae literis. Ultra milliarium tertia, & progredientibus quatuor adhuc milliaria occurrit quarta. Detectae fuiſſent aliae, ſi per ingruens bellum, & militarium copiarum itinera longius perquirere licuiſſet. Fragmenta marmoris pulcherrimi literis maximis in eruditi viri oculos incurrerunt, quae procul dubio ad Plinianam Tropaeorum Auguſti (*Tropaeum alpium* vocat Plinius) inſcriptionem pertinuerunt, nam in uno VMPILI legit, e dictione *Triumpilini* abſciſſae literae. Inſcriptiones iſtae eruditis locum dabunt perquiſitionibus. De viis Romanorum docte egerunt praeſtantes viri; Panvinius ante omnes, & ſane melius omnibus; multa tamen adhuc in obſcuro ſunt.

Sternendis, reficiendiſque viis quantum pecuniae, & operae Auguſtus impenderit, Strabo, Dio, numiſmata, & lapidei tituli eloquuntur: viam tamen *Iuliam Auguſtam* memoraverat nemo. Milliares eius columnas in Nemauſenſi ſpectavi. A Nicaea quoque Romam verſus Auguſti iuſſu ſtratam fuiſſe, nomen prodit, quod nunc diſcimus. Diſcimus pariter, antequam Albintimilium tangeret, ſiniſtrorſum viam deflexiſſe, & per Tendae collem montanis inſtitiſſe uſque ad Trebiam fluvium, quem Placentinum appellat Plinius: ab eo enim uſque Nicaeam, cum vetuſtate intercidiſſet, reſtituiſſe Hadrianum, docet columna. Huius viae curſum Maginus in Liguriae tabula praeter propter deſignat, magnam enim partem poſterioribus quoque temporibus iiſdem inhaeſit veſtigiis. Via Aurelia a Roma Piſas, deinde Mutinam ex Cic. Phil. XII. hinc ſupra Placentiam ad Trebiam. Eutropius, ut cum Panvinius allegat, *per Aureliam uſque ad alpes Maritimas*. Numerales notae in milliariis cippis numquam repertae ſunt, quae tantum procederent, ſolebant enim ut plurimum e proxima urbe diſtantiam ſignificare. In Narbonenſi tamen provincia numerum vidi LXXXVII, quoniam a Narbona numeratio incoeperat. Verum ubi maiores apparent, initium ab urbe Roma ſumitur. Milliariis XVI a Piſis Noriſius columnam invenit Antonini Pii, cuius epigraphen ad Fabrettum miſit. Aſ-
Nor. tom. 5. ſertur in eius epiſtola 154. & a Fabretto bis: A ROMA CLXXXVIII. A Roma pariter numerant Nicaeenſes noſtrae columnae, quamvis id non declarent. In Itinerario: *Via Aurelia a Roma per Tuſciam, & alpes Maritimas Arelatem uſque M. P. DCCXCVI.* ſed illa poſt Piſas Genuam adibat. Scimus duplicem Aureliam fuiſſe, Veterem, & Novam. In exemplo ad me miſſo prior ex praemiſſis titulis Hadrianum Conſulem IV notat: ſed fefellerunt oculos exeſa forſan, & ambigua ſigna, nam Hadrianus ultra Conſulatum tertium non proceſſit, ut docent nummi, & Spartianus: *cum ipſe ter fuiſſet*.

1

AVR
MARCI
ANI CIR
CITORIS
QVI VI
. . . .

Taurini prope Portam *Palatii* quam dicunt.

2

D M
L. TVTILI. SECVN
DINI DECVRIO
NIS

Extra eccleſiam S. Pontii a Valperga milliariis duobus. Superſtat protome.

3

. . . .
. . . . IVNCIVS . . . .
. . . . CARISSIMAE ET . . .
. . . . CVR. REIP. VALEN . . .
. . . . AMISSORVM . . . .
. . . .

Valentinorum, quae heic memoratur, Reſpublica fragmentum iſtud commendat.

4

TI. CLAVD . . . . . .
RVSTIC . . . .
CAPITONI LV . . . . . .
VERCONI SEGIA . . . . . .
CLAVD VIRIATA . . . . . .
CLAVD PRIMIGENIA . . .
C. PINARIO SEVERO A A . . .

Marmoreo ſtybolate in vico Boſſoleni a Seguſia milliariis IIII. In Novo Theſauro, & alibi tam diverſa profertur, ut pro inedita haberi poſſit.

1

T . VIRIVS
GN . F . PVB
CRASSVS
M . VIRIVS
T . F . PVB

In vico Sale a Ceba mill. I. Arca marmorea ſeptenum pedum cum protomis.

2

TI IVLIVS . VIBI . F
QVADRATVS
VIKANIS . SEGVSINIS
POSTERISQ . EORVM
TESTAMENT LEGAVIT

Secuſiae apud Cann. Laterr. S. Iuſti.

3

GENIO
VALERON VERI
sic CHARMI DE S ...

Ibidem.

4

D . M
C . CASSIVS
CALLIAE
NVTRICI
BENEMEREN
TI

In Valle Auguſtana, ex qua multas miſit eruditus Comes Carolus Stortilionius, qui etiam Induſtrienſes miſerat.

INter Romana, quae uſquam permanſerint, monumenta ampliſſima, maxime profecto ac praecipue ſpectandus eſt Secuſinus Fornix Auguſti honori dicatus, cum ob figuratum, atque hiſtorice inſculptum zophorum, tum ob inſcriptionem XIV Alpinos populos memorantem, Geographis omnibus maiorem partem hucuſque incompertos, & Donni Regis, ac Marci Iulii Cottii veram atque integram unice nobis notitiam tradentem. Eam tamen praeclariſſimam inſcriptionem publicae ac Regiae inter Italiam & Galliam viae adiacentem, vix credibile videtur, tanto antiquitatis ſtudio a duobus aut ferme tribus retro ſeculis efferveſcente, ante annum MDCCXXIV perlectam nequaquam fuiſſe, neque ante MDCCXXVII editam, & promulgatam. Pacedianus, qui decimoſexto ineunte ſeculo Secuſii plures exſcripſit lapides, ut e manuſcripta eius collectione in Bibliotheca Mediolanenſi didici, Fornicem non attigit. Omnium primus Andreas Navagerius, Venetus ad Carolum V. anno MDXXIV Legatus, inſcriptionem aggreſſus eſt, ut ex eius Itinerario conſtat, ſed primo tentamine alienatus non inſtitit. Guichenonius, Simlerus, Pingonius, Cluverius non exſcripſere. Attentius illam inſpexit Holſtenius, qui in adnotationibus ad Cluverium: *Arcus in horto privato nunc incognitus extat:* deinde: *viſendus in primis ob ſculpturas ſacrificiorum elegantiſſimas*; at epigraphen omnino corroſam, detritamque dixit, & ab eius verſu primo eamdem eſſe ac Plinianam de gentibus alpinis minus feliciter coniecit. pag. 64. Dedita opera ut eam tamdem erueret, ac vulgaret, Nicaeam ſuam reliquit eruditus Iofredus; at primum tantummodo verſum legere valuit, hoc eſt Imperatoris nomen, tituloſque (in quibus etiam *Poteſtatis* ſcripſit pro *Poteſtate*) & quinque nomina in tertio, ſed *Reacorum* ſcribens pro *Belacorum*: dictionem item unam verſui quarto adſcripſit, cuius nec litera in marmore habetur. XXVII ergo verba incognita remanſerunt, ut antea fuerant, & inſcriptionis ſenſus abſconditus, & potiora eius lumina occulta. In *Theatro Statuum Sabaudiae Ducis* magnifice Amſtelodami vulgato nihil ultra legi poſſe, Iofredi auctoritate aſſeritur; ita & Harduinus ad Plinium: ſed Arcus praeterea figura in *Theatro* affertur ab archetypo prorſus diverſa, & zophori caelaturis ex ingenio confictis, bove etiam magno arae irreverenter impoſito. Doctrina inſignis P. Mabillonius a S. P. Q. R. Arcum erectum credidit, & elogium in eum conſcriptum eſſe, quod Plinius refert. Neſcio cur addiderit: *exarata eſt inſcriptio in lamina aerea, ſed vix dimidia nunc legi poteſt*. It. Ital. pag. 6. P. Montfauconius in Diario Italico neque Arcus neque inſcriptionis mentionem fecit ullam. Ignotum ergo, & nondum in lucem prolatum eximium hoc monumentum cum eſſet, nec doctiſſimus Cellarius, nec alius quiſquam antiquae Geographiae, atque Hiſtoriae indagator, illo uti potuit, aut ab eo ſubſidium ſibi aliquod comparare.

Verum accidit anno MDCCXXIV ineunte, ut homo quidam hac unice de cauſa Secuſium peteret, ibique dies aliquot commorans, integram inſcriptionem exſcriberet, ipſoque inſpectante ut a perito pictore Io. Bapt. Salonio Taurinenſi, quem ob id ſecum duxerat, Arcus forma, & ſculpturae omnes ſumma fide depingerentur.

 Aedi-

Aedificium duplicem, atque omnino eamdem, utrimque habet faciem, cumdemque titulum. Zophori tantum figurae aliquanto variant: quae in latere habebantur septemtrionali, evanuerunt omnino, eas siquidem *Boreae penetrabile frigus adussit*. (Virg. Geor.) Fornicis altitudo ad pedes Parisienses XXV cum dimidio protenditur, frontis latitudo ad XX, latitudo lateris ad XI cum dimidio. Qui huic monumento operam navaverat, publici iuris fecit omnia post annos quatuor, cum Historiam Diplomatum invicto Regi dedicaret.

Nihilominus ubi Cl. Novi Thesauri collector hoc etiam inserere monumentum statuit, non ab illius editione, neque ab eo volumine desumere, sed de novo sibi delineari, ac transcribi maluit. Ectypam ergo imaginem dedit, in qua zophori sculpturae (hoc est eruditior, & delectabilior Fornicis pars) omnino desiderantur: quin earum quoque deficit locus, adeo angustus, & depressus, respectu epistylii, & coronae, zophorus fingitur. Subnotatur non exhiberi, quod *ob loci distantiam vix cernantur*; (p.1094.) at postquam non defuerat qui cerneret, atque emitteret, cur eas iterum spectandi voluptas antiquariorum filiis denegata est? id certe per se praestare haud poterant, qui, cum idem in frontibus ac in latere insculptum dicant, oculis uti prorsus invalidis fatentur. Verum haec transmittamus: illud omnino intolerandum, quod Romano, & Augusteo Fornici vulgarium murorum pinnae in nova hac editione imponantur; & ubi earum aliqua confracta sit, diligenter admoneatur, tamquam de Arcus parte, ac de priscae architecturae opificio ageretur. Castrum quoddam proximis seculis iuxta Fornicem aedificatum fuit, & cum eo ita coniunctum, ut una ex rotundis turribus eius angulo adhaereat, indicetque, ipsum Fornicem portae vice aliquando functum esse. Propterea tantillum muri supra ultimam coronidem tunc impolite struxerunt, muroque pinnae superpositae sunt, ne ab ambitu reliquo discordaret: illae etiam more Gallico ferme quadratae, non bipartitae desuper, sicuti ornatus gratia in Italia figurabantur. Horrent autem oculi, Romanis aedificiorum reliquiis assueti, marmoreum, & magnificum intuentes Arcum lateritiis adiectionibus in his tabulis sic deformatum. Pinnas propugnandi muros studium invexit, ut hominem quaevis obtegeret, ac tutaretur: *pinnis, atque aggere cingit*, (Aen. l. 7.) Virgilius: ibique Servius, *muro in quo pinnae sunt*. At Fornices ad bellicum usum nequaquam facti: vetustioribus, quorum extet memoria, nempe L. Stertinii, qui de manubiis duos in Foro boario, & unum in Circo maximo fecit, non pinnas, sed *aurata signa imposita* fuisse, (lib. 33. & 34.) Livius docet; itemque *cum signis septem auratis* Scipionem Africanum Fornicem posuisse. In praestantium aedificiorum fastigiis quid statueretur, ut discas, videsis Salmasii adnotationem ad Capitolini ver- (Hist. Aug. p. 154.) ba *in trichoro simulacrum constituit*. Quibus Arcus ipsos adire, & inspicere non esset datum, Serlii liber, & qui *Veteres Arcus* inscribitur, *Romae* 1690. itemque qui Beneventanum exhibet, praesto erant ad nutum. Pinnas praefert Ariminensis sed novitium quoque murum, qui paucas assurgit in ulnas, & spatium a priori antiquae inscriptionis versu olim occupatum tenet. Arausionensi quoque turris quodammodo superstructa est, quod Ioseph Piscus optime ob oculos posuit.

Ad epigraphen quod attinet, in Novo Thesauro *Seguginorum*, *Venicamorum*, *Vesubianorum*, *Ovadiatium*, ubi marmor *Secusinorum*, *Venisamorum*, *Vesubianiorum*, *Quadiatium*. In versu tertio XXM pro VM. In eodem volumine inscriptio ad finem puncto clauditur, quod nec in isto, nec in aliis magnis atque eximiis titulis videas: Qui *Marmora Taurinensia* erudite edidere, huncque titulum non ex prima editione, sed ex Novi Thesauri secunda accipere maluerunt, punctis insuper quemlibet versum obsignant, ut in aliis omnibus, quas ex libris afferunt, solent, contra perpetuum praenobilium marmorum morem. Fornicis etiam inscriptionem *plu-* (p. 149. & 278.) *ries editam*, & Cottiorum historiam *praeter Arcum Segusinum claram* iniuria putant. Cur item eadem omnino epigraphe coniunctim bis edi debuerit, non video. In praesenti autem editione *Iemeriorum* nomini tres literae ut adderentur curavi, cum *Iriorum* nescio quo paroramate scriptum in primo exemplo fuerit; duae item aliae ut emendarentur: quamobrem exactissimam demum heic inscriptionem conspicis.

Cottium Donni Regis filium fuisse, Romanum praenomen ac nomen sumpsisse, nec Regem se, sed Praefectum dixisse, haec unice nos inscriptio docet. In Alpinis regionibus iam ab Hannibalis ingressu Reguli habebantur, ut a Polybio discimus. Num Cottius a *Coto* (l. 3. p. 179. & 197.) illo originem duxerit, quem floruisse in Aeduis, & *antiquissima familia natum* tradidit Caesar, (Gall. lib. 7.) nec affirmare ausim, nec inficiari. Romanum Praesidem cognomento Vestalem, bellica laude praeclarum, *Donni progeniem*, & *Alpinis Regibus ortum* Ovidius nuncupat. (de Pont. l. 4. el. 7.) Strabo Taurinos, Ligusticam gentem, Liguresque alios montana tenuisse docet, quae Italiam respiciunt; & quomodo iis etiam accesserit ἡ τῦ Ἰδεόννυ λεγομένη γῆ, καὶ ἡ τῦ Κοττίυ· (lib. 4. p. 312.) At quisnam est *Ideonnus* hic a nemine memoratus umquam? legendum Δόννυ. Hodie quoque Graeci quibusdam dictionibus a D incipientibus I libenter praemittunt. Latina item monumenta vidi, ubi *Idies*, & *Istephanus* scriptum erat. In allatis verbis copulam etiam καὶ redundare opinor, & non ἡ sed ἣ scribendum: cum enim Donni filium Cottium fuisse nunc constet, non duae fuerunt ditiones, sed una *a Donno denominata, vel a Cottio*. De Augusto Seneca: *dum Alpes*

Nell' altra

Sul fianco

Nell'altra facciata dell'Arco

IMP·CAESARI·AVGVSTO·DIVI·F·PONTIFICI·MAXVMO·TRIBVNIC · POTESTATE·XV·IMP·XIII
M·IVLIVS·REGIS·DONNI·F·COTTIVS·PRAEFECTVS·CEIVITATIVM·QVAE·SVBSCRIPTAE·SVNT·SEGOVIORVM·SEGVSINORVM
BELACORVM·CATVRIGVM·MEDVLLORVM·TEBAVIORVM·ADANATIVM·SAVINCATIVM·EGDINIORVM·VEAMINIORVM
VENISAMORVM·IEMERIORVM·VESVBIANIORVM·QVADIATIVM·ET·CEIVITATES·QVAE·SVB·EO·PRAEFECTO·FVERVNT

de Br. vit. c. 5 *Alpes pacat, immixtosque mediae paci, & imperio hostes perdomat*. Cottio postquam *locorum asperitate confisus* Augusto frustra restiterat, in lib. 15 c. 10. eius amicitiam recepto, ut Ammianus scribit, paternam ditionem Augustum concessisse, nunc discimus, non tamquam a Rege, sed tamquam a Romano Praefecto regendam. *Cottii* Ti. 37. *regnum* nihilominus sub Tiberio Svetonius memorat; sed cum in eo Cohortes aliquas stationem habuisse innuat, Romanorum imperio paruisse apparet, aptiusque Strabonem locutum esse. *M. Iulio Cottio*, Cottii nostri filio Imperatorem Claudium paternam ditionem in Alpibus adauxisse, & *ipsum Regem tunc primum* lib. 60. p. 681. *nuncupasse*, narrat Dio: Βασιλέα αὐτὸν τότε πρῶτον ὀνομάσας· quo confirmatur egregie, priorem Cottium Regis titulo nequaquam donatum fuisse. Secundo *Cottio defuncto*, Nero alpinum Svet. Ner. 18. regnum *in provinciae formam redegit*. Vopiscus in Aureliano: *sub Nerone Alpes Cottiae Romano nomini tributae*. Exinde uni ex septemdecim provinciis, in quas Italiam partitus est Constantinus, nomen dedere. Vide *Veronae Illustr.* librum VII. Cum Cottius noster, Secusini auctor Fornicis, in Augusti obsequium Iuliae gentis sibi nomen adsciverit, mirum est, non Caii praenomine sed Marci usum esse. l. 8. c. 4. *C. Iulius Masinissae filius*, quem Vitruvius laudat, praenomen quoque duxit a Caesare. Superioris Ciliciae Rex Tarcondimotus in æreo numismate quod possideo *L. Antonius* dicitur: a fratre, ut opinor, M. Antonii, cuius partibus Tarcondimotus accesserat.

Quod ad Civitates, seu populos in inscriptione recensitos agnoscendos, & ad eorum situm investigandum pertinet, adeas si placet de Galliae Antiquitatibus epistolam secundam. Ablegandus in primis Simleri error, aliorumque, qui de Urbibus agi existimant. Eruditam in argumentum hocce dissertationem Cl. Bimardius elucubravit, Novi Thesauri tomo primo insertam. Aliquas ex coniecturis meis non approbat; sed cuicumque aliter coniicere volenti viam non praecluseram. Caeteroquin nemini puto probabitur, adeo *parvam fuisse hanc provinciam*, ut ex *Allobrogum agro* partem com- Pag. 76. plecteretur nullam. Inter Cottianas Civitates numerantur in Fornice Caturiges, quorum fatetur Bimardius *latissime quondam patuisse fines*: eorum caput *Chorges* fuit, Delphinatus oppidum ad Druentiam. Fallitur etiam eruditus vir, cum Alpes Cottias Maritimis annexas fuisse ait, ita ut Maritimarum nomine in Notitia Imperii designentur: Notitia enim inter Italicas provincias a Praeside administratas *Alpes Cottias* semper recenset. Ad Civitates autem singillatim indigitandas, pluresque ex ipsis nominum praesertim effodiendas vestigiis, quid afferri ut plurimum potest, quod ab aliis impugnari non possit? ad huiusmodi coniectationes tuendas, ac propugnandas, plura gerere bella oporteret *nullos habitura triumphos*.



MUSEUM VINDOBONENSE
IN ATRIIS CAESAREAE BIBLIOTHECAE.

Um anno MDCCXXII Augustissimi Imperatoris Caroli VI iussu, ubi olim urbs & Colonia Apulensis in Dacia steterat, Carlsburgii munimenta construerentur, terra altius effossa inscripti lapides identidem eruebantur. Eruditus iuvenis Comes Ioseph Ariostus, qui nunc Generale munus in Caesareis exercitibus sustinet, avide, ac diligenter exscripsit, aliosque item complures a se in regionibus illis perquirendo repertos. Ad me, quae eius fuit humanitas, vix nomine ipsi notum, inscriptionum omnium statim exempla misit, & summopere dolendum monuit, quod interdum in moeniorum fundamenta lapides coniicerentur ab opificibus, aeternisque tenebris redderentur. In aula tunc degebat Caesarea, Historici, & Poetae munere decoratus Apostolus Zenius, cum quo frequentissime de re literaria sermonem instituere, volupe erat Caesari. Ad illum ego quidem rem statim per literas detuli, orans ut illas vetustatis exuvias Augusto commendaret: addidique, non leve profecto eius gloriae incrementum futurum, si eas ad Regiam transferri, & Museo, ac Bibliothecae tantopere per ipsum auctae, adiungi iuberet. Nemo umquam inter rerum dominos adeo benignum se facilemque praestitit, quae studia & literas quomodocumque iuvare possent, rogantibus. Imperavit continuo, ut lapides illi omnes e Dacia Vindobonam adveherentur, traducendisque idem Ariostus praesideret, atque ea fungeretur cura. Tres ergo onerariae naves insolitis his mercibus onustae feliciter advenerunt, quarta miserandum in modum Tibisco flumine submersa. Verum non illae tantummodo, splendidorum Bibliothecae recenter a solo factae adituum parietibus infixae, modo inscriptiones spectantur: plures Augustus ipse, cum anno MDCCXXVIII Tergestum peteret, secus itinera pene latentes detexit, observavit, legit, atque earum perpetuae conservationi consulens, ut ad Imperatoriam sedem transmitterentur, mandavit. Ex istis omnibus Museum constat, quod heic exhibeo. Vulgavi eas quidem in Observationibus Literariis tomo I. cum magnam partem ineditae adhuc essent; sed in exiguo libello forte minus apte ac decore tam eximia monumenta coarctavi. Id scilicet certo certius est, numero quidem inscriptionum haud magnopere collectionem hanc eminere, sed earum pretio ac praestantia omnes antecellere. Selectas data opera inter quam plurimas diceres, ut vel Deorum notitiam, vel Imperatorum historiam, vel rei militaris scientiam, vel aliam quampiam eruditionis partem, praecipuum in modum iuvarent. Sigla, & compendia, quorum aliqua nondum interpretatus quisquam fuerat, cum primo ederem, declaravi.

1

I O M
C SEMPRONIVS
VRBANVS
PROC AVG

2

I O M
T AVRELIVS
DIOCLES B
PROC
V S L
IMP AVGVSTIS COS sic

3

I.O.M. AETERNO
T. FL. FLAVIANVS
AVG.M.S. AP. ET DEC
COLL. FABR. VNAELIA
VINDIA. CONIVGE SVA
QVOD. PRO. SE. ET FLA
VIIS RESTITVTO FLAVI
NO IANVARIO FLAVI
FILIS SVIS VOVERANT.V.S.L.M

Postquam edideram, bis in Novo Thesauro recepta est, qui ubi aliquanto recedit, deviat. Ante VNAE-

VNAELIA *cum* deſiderari patet. Sic in proxime ſequenti L. Annius dicat ſimul *cum Gavidia*. M. S. AP. ſignificare oſtendi *Municipii Septimiani Apulenſis*. Poſtremus filius colligatis literis non Flavinus fuit ſed *Flavianus*.

1

I O M
PATERNO
AVREL.VLPI
VS.ADIVTOR
OFFICI.CORNI
CVLARIORVM.E
V.L.M.P

Ita lapis. Gr. 107. 3. *Dis Paternis*. Videbimus mox *Marti Patri*. In fine, *ex voto libens merito poſuit*.

2

I O M
IVNONI REGINAE
MINERVAE
L. ANNIVS ITALICVS
HONORATVS.LEG
AVG. LEG. XIII. GEM
ANTONINIANAE
PRAEF. AERARII
MILITARIS. SODALIS
HADRIANALIS. CVM
GAVIDIA TORQVATA
SVA ET ANNIIS ITALICO
ET HONORATO ET
ITALICA FILIIS

Non *cum Claudia*, ut habetur in Grut. V. 3.

3

I O M
ET DIIS.DE
ABVSQ.ET
GENIO.LOCI
OPTATVS
PRAEF.LEG
V.M.C.V.L.S.M

Legionis Quintae, non Ulpiae, quia prior Legionum denominatio erat ab ordine. *Macedonicae*, non Martiae, quia Legio Quinta & in aliis pluribus, Macedonica dicitur, numquam Martia. *Claudia* non Conſtans, quia Claudiae ſaepe nuncupantur etiam Sexta, Septima, aliaeque, Conſtans vero ſemel tantum de Octava invenitur, & modo quidem peculiari.

4

I O M
CETERISQ DIS
. . . .
COS

5

I O M
ET DIS PE
NATIBVS
SCAVRIA
NVS

6

NEPTVNO
AVG.SAC
CELEIANI
PVBLICE

In Novo Theſauro: *ſeu Celeienſes*; quod cur addatur ignoro. A Cl. Bimardio, qui lapidem numquam vidit, tranſmiſſa dicitur.

7

MARTI AMICO
ET CONSENTENTI.
SACRVM
HERMIAS DEDICAV
IDEMQ VOVIT

Mars *Conſentiens*, & Mercurius *Conſentiens* in hoc unice Muſeo reperiuntur: fautores intellige, ac benevolos. Qui antea exſcripſerat, *Conſenti* ſcripſerat, & ad Conſentes Deos referebat. De Conſentibus nimius eſſem, ſi loqui ingrederer. Quinam eſſent, non in aperto eſt. Arnobii verba, quae de iis tamquam decretoria adducuntur, qui explicarit, erit mihi magnus Apollo. *Hos Conſentes, & Complices Etruſci aiunt, & nominant, quod una oriantur, & occidant una: ſex mares, & totidem feminas nominibus ignotis, & miſerationis parciſſimae*. Varro: *populus dicit, Dii Penates, Dii Conſentes*. Communiter pro maiorum gentium Diis accipiuntur, quos Graeci *Duodecim* vocant: θεοὺς Δώδεκα καλουμένους Pauſanias in Atticis: μὰ τοὺς Δώδεκα θεοὺς Ariſtophanes in Equitibus: ſed illorum nota lib. 3.

ſunt nomina, Arnobius autem de Conſentibus: *Varro qui ſunt introrſus, ac in intimis penetralibus Caeli, Deos eſſe cenſet quos loquimur, nec eorum*
de nupt. phil. l. 1. *numerum, nec nomina ſciri*. Iovis conſiliarios addit exiſtimari. Hinc Martianus: *poſt ipſum Iovem Dii Conſentes*; & D. Auguſtinus: *Deos Con-*
Civ.D l.4.c.33. *ſentes, quos dicunt in conſilium Iovis adhiberi*. Decem ergo & tres numerare ſatius erat: ita
Met.l.6. Ovidius, *Bis ſex Caeleſtes, medio Iove*. Plau-
in Epid. tus contra: *Si undecim Deos praeter ſeſe ſecum adducat Iuppiter*. Incerta, arbitraria, & deridicula ethnicorum fuit Theologia. Quid ſi adderem quae de Conſo, & de Conſualibus ethnici, & veteres Chriſtiani Scriptores memorant? Quod ad rem noſtram facit, unica recitatur inſcriptio *Conſentibus* ſacra Grut. III. 2. quam in proclivi eſt ſuſpicari, *I. O. M.* & *Dis Conſentientibus* dicatam fuiſſe, ut Marti, & Mercurio Conſentientibus dicantur noſtrae, literis T & I coaleſcentibus.

Ante allatis Arnobii verbis ſenſum reddemus, ſi legamus, *una erigantur, & adſideant una*: ſed *oriantur* quoque retineri poteſt, nam Pompeius Feſtus: *Oriri, naſci, vel ſurgere*: & apud Velium Longum *oriens Conſul* idem eſt ac *ſurgens*: bene ergo ſe habet quod Iovis Conſiliarii *una oriantur & aſſidant una*. Eapropter *Conſentes*, hoc eſt conſentientes, & concordes; ſeu conſidentes.

1

MARTI ET
VICTOR
IAE. P. AELI
CRESCE
NS. DVPLI
POS

2

MARTI
ET VICTORI
AE . P . AEL
CRESCENS
DVPLICAR
POSVIT

Bini eodem tenore, & nihilominus ſinceri lapides.

3

MARTI PATR
CONSERVAT
ORI ET BONAE
VICTORIAE
L . AEL RVFIN
VS PRO SE ET
sic SVOS
V L P

Marti Patri in Fratrum Arvalium tabulis Grut. pag. 121.

4

MERCVRIO
CONSENTENTI
SACRVM
HERMIAS. DEDICAVIT
IDEMQ. VOVIT

5

DEO
HERCVLI
IVLIA
MAXIMINA
VOTI SVI
COMPOS

6

SILVANO
M. ALCINVS
RVFINVS
MARIANVS
LEG. LEG. XIII. G

7

SILVANO
SAC
VAL. CELSVS
FLAMEN
MVNICIPI
V . S . L . M

1

VICTORIAE
AVG . ET . GENI
O. COLLEGI
EIIVS. M . COC sic
CEIVS. LVCI
VS. LAPI. DD

Caele-

1

CAELESTI AVGVSTAE
ET AESCVLAPIO · AV
GVSTO . ET GENIO
CARTHAGINIS . ET
GENIO DACIARVM
OLVS . TERENTIVS
PVDENS . VTTEDI
ANVS LEG AVGG
LEG XIII GEM LEG
AVGG PROPRAET
PROVINCIAE RE
TIAE

2

GENIO >
TIB CL . AVITVS
MANSVETVS
OPTIO

3

DEO
SILVMIO D
OMESTICO
SENTI APER
ET PHILVM
ENVS V . L . P

Documentum capere heic potes egregium docte, & urbane Lector. Edidi votivam hanc Deo *Silumio* epigraphen, postquam non auritus sed oculatus testis ipse ex marmore ipso excepissem. *Silumio* item legerat Comes Ariostus, antequam Vindobonam lapidem mitteret. Cl. Bouhierius in privata epistola, a Cl. Hagenbuchio vulgata, suspectum sibi esse *ignotum hunc Deum* innuit, & substituendum fortasse Silvanum. Erudito viro non succurrit eo momento temporis, quot in lapidibus habeamus incompertos Deos; non suc-
lib. 4. currerunt Arnobii ad Paganos verba: *nam quod nobis Catervas ignotorum alias inducitis Deorum*. Cl. vero Hagenbuchius suspicioni locum non dat, sed decretoriam damnationem in *Epistolis* suis *Epigraphicis* infligit, & non una vice sed quinquies (opinor ut amico suo, cui arctissimo foedere coniungitur, gratificaretur) erratum reprehendit: teruncii si ipsum audimus faciendus, *qui Silumio absurde exscripsit pro Silvano*. Inven- p. 452
tus est qui cum haec legisset, ad Equitem de Clerff antiquitatis cultorem Vindobonae degentem literas daret, obtestans ut lapidem attente inspiceret. Quod cum ille praestitisset, DEO SILVMIO perspicue in ipso legi, respondit. Accipe humane Lector, & tibi pro exemplo sit. In eadem autem epigraphe quomodo *Sentia* irrepserit, non dixerim, nam in autographo primo SENTI APER invenio. Nec dixerim qui factum sit, ut hoc in adnotatione non agnoverim. Urgebant quandoque festinantes libellorum illorum typographi: nec tamen eapropter errorem excuso, sed fateor, & revoco. Ipso editionis anno, ut manu, & calamo in exemplis impressis pluribus quinque illa verba delerentur, curavi.

4

. . . .
M . ANTO
NIVS SA
TVRNI
NVS DEC
COL V S L
M

5

. . . .
. . . RI AVGVST . . . .
. . . MPER XXVII . . .
. . . CLA . VISPTANO GALLO sic
. . . C . RVTILIO GA . . . O

Vide Cl. Hagenbuchium pag. 206. qui informi fragmento multum allaborat.

6

IMP . VESPASIANO
CAESARI . AVG
PONTIF . MAXIMO
TRIB . POTEST . X
IMP . XX . COS VIIII PP
C . DOMITIVS
FLORVS
T F I

1

IMP NERVA TRAIA
NVS CAES AVG GER
PONT MAX TRIB POT
PP COS IIII

V I

2

IMP DIVI NER F
NERVAE TRAIAN
CAESARI AVG
GER DACIC PONT
MAX TRIB POT PP
COS V
C RVFIVS MODERATVS
IVNIANVS IVNCINVS
PRAEF COH VI RAET TRIB
MIL LEG VII G F EX
CODICIL . F . I

Ex codicillis in hac unice inſcriptione eſt, quod meminerim, & inſcriptio ad hanc diem a nemine vulgata, quod ſciam.

3

IMP CAESAR DIVI
TRAIANI PARTHICI . F
DIVI . NERVAE . NEPOS
TRAIANVS . HADRIANVS
AVG . PONTF. MAX . TRIB
POT . XVI . COS . III . P . P . PROCOS

V I

4

IMP CAES DIVI TRAIANI
PARTHICI F DIVI NERVAE NEP
TRAIAN HADRIAN AVG PONT
MAXIMO TRIB POTEST XVI COS III PP
AQVA INDVCTA COLON DACIC SARMIZ
PER CN PAPIRIVM AELIANVM LEGAT EIVS
P R P R

5

IMP CAESAR T AELIVS
HADRIANVS ANTONINVS
AVG . PIVS . P. P. PONTIFEX
MAXIMVS . TRIB . POTESTATIS
IMP . II . COS . III

V I

6

VICTORIAE
ANTONINI
AVG
L : ANNIVS ITALICVS
HONORATVS . LEG
AVG . LEG . XIII G
ANTONINIANAE
PRAEFECTVS AERARII
MILITARIS SODALIS
HADRIANALIS CVM
GAVIDIA TORQVATA
SVA ET ANNIIS ITALICO
ET HONORATO ET
ITALICA FILIIS

Marmore confracto verſus quatuor priores abierunt, ſed integram viderat Comes Arioſtus epigraphen. Eamdem paulo ante vidimus Diis Capitolinis ſacratam.

7

PRO SAL
DOM NN
L . SEP . SEVERI
ET
M . AVR . ANTO
NINI ET
. . . .
CAES . AVGG
CVLT . IOVIS

DEDIC
VIII K AVG
MVCIANO ET
FABIANO
COS

Getae nomen deſideratur.

IMP

1

IMP CAES L SEPT SEVERVS PIVS PERT AVG
ARAB . ADIAB . PART . MAX . PONT . MAX . TRIB
POT VIII . IMP XII PP COS PROCOS ET IMP
CAES M AVR ANTONINVS PIVS FEL AVG
PART MAX BRIT MAX GERM MAX PONT
MAX TRIB POT XVII IMP III COS IIII PP
PROCOS MILIARIA VETVSTATE
CONLABSA RESTITVI IVSSERVNT

VI

2

IMP CAES M
OPELIVS SEVERVS
MACRINVS PIVS FEL
IX AVGVSTVS PONTI
FEX MAX TRIB POT
II PP COS PROCON
SVL ET M OPELIVS
ANTONINVS DIADV
MINIANVS NOBILISSIMVS
CAES PRINCEPS IVVENTVT
PROVIDE S.C.LXIIIIS
NTISSIMI AVG FECERVNT

In columna. Macrini, & Diadumeniani unica, quae numeris omnibus absoluta sit, inscriptio : at in postremis duobus versibus turbavit sculptor, praetermisit, commiscuit. Penultimi initium cum initio ultimi iungendum videtur. *Providentissimi Augusti*, dictione perperam diducta. Diadumenianus & Caesar, & Augustus apud Lampridium quoque dicitur. *S.C.LXIIIIS.* num viam munierant *Spatio Columnarum LXIIII semis*?

3

PRO SALVT
DOMINI
NOSTRI SA
NCTISSIMI
ANTONINI
PII AVGVSTI

4

NYMPHIS
NOVIS SACRVM
Q.RVFRIVS SVLPICIA
LEG LEG XIII G.ANTO

De hác vide quae adnotavimus in Obs. Lit. pag. 209.

5

T.VARIO CLEMENTI PROC
PROVINCIARVM BELGICAE
GERMANIAE SVPERIORIS GERMANIAE
INFERIORIS RAETIAE MAVRETANIAE CAESARENS
LVSITANIAE. CILICIAE. PR.EQ.AL.BRITANNIC.MILIAR
PRAEF AVXILIORVM IN MAVRETANIAM TINGITANAM EX
HISPANIA MISSORVM PRAEF EQ.AL.II PANNONIOR TRIB MIL
LEG XXX.V.V.PRAEF COH II GALLORVM MACEDONICAE
CIVES ROMANI EX ITALIA ET ALIIS PROVINCIIS
IN RAETIA CONSISTENTES

1

T VARIO CLEMENTI
AB EPISTVLIS AVGVSTOR
PROC PROVINCIAR
BELGICAE ET VTRIVSQ GERM
RAETIAE MAVR CAESARENS
LVSITANIAE CILICIAE
PRAEF EQVIT . AL . BRITANNICAE MILIAR
PRAEF AVXILIORVM IN MAVRET TINGITAN
EX HISPANIA MISSORVM PRAEF EQVIT . AL . II
PANNONIORVM TRIB LEG XXX V V PRAEF
ſic PRAEF COH II GALLORVM MACEDONIC
CIVITAS TREVERORVM
PRAESIDI OPTIMO

2

T VARIO T FIL
CLEMENTI . CL . CEL
PROC . AVG . PROVINCIAR
RAETIAE MAVRETAN
CAESARENSIS
LVSITANIAE CILICIAE
PRAEF . AL . BRITANNICAE MILIAR
PRAEF . AVXILIARIORVM TEMPORE
EXPEDITIONIS IN TINGITANIAM
MISSORVM
PRAEF . EQ . AL . II . PANNONIORVM
TRIB . LEG . XXX . VLP . PRAEF . COH . II
GALLORVM . MACEDON
VALER . VRBANVS
LICIN . SECVNDINVS
DECVRIONES
ALAR . PROVIN . MAVRETAN
CAESARENSIS

Diſcimus cur *Claudia Celeia* ſuperiora tria Clementis elogia ſervaverit, ei ſiquidem patria fuit. Gruterus *Caeſarienſis* ubique ſcribit contra marmoris fidem. Puncta in lapidibus quoque modo apparent, modo non: ſic & in aliis.

3

P . AEL . ANTIPAT
RO MARCELLO
EQ . R . DEC . COL . AP
FIL . P . AEL . ANTIPA
TRI . A . MIL . ET . IIVIR
COL . SS . ET ADOPTIVO
P . AEL . MARCELLI V
E . EX PRAEF LEGI
ON VII CLAVD . ET
I . ADIVT . DADES . ET
FILETVS . ACTOR

Marcelli Viri Egregii. Gruterus V. ET. quod explicari nequiret.

4

Q MARCIO TVRBONI
FRONTONI PVBLICIO
SEVERO PRAEF PRAET
IMP CAESARIS TRAIANI
HADRIANI AVGVST PP
COLON VLP TRAIAN AVG
DACICA SARMIZEGETVS

In Grutero quaedam ex errore adduntur, ob quae Reineſius confictam inſcriptionem putavit. Marcium hunc Turbonem *Pannoniae*, *Daciaeque* ab Hadriano praefectum Spartianus quoque docuerat, ſed tot geſſiſſe nomina, & *Praetorio Praefectum* fuiſſe, ignorabamus.

5

TIB IVL....
FLACCI.....
LEG AVG......
PROVINC.....
COL VLP T.....
AVG . DAC . S.....

C. Ant.

1

D M
C . ANT . C . F . PAP
VRSINO . DEC
sic COL . DACICE
SARMIZ
VIX . ANN . XXXVIII
TERENTIA . HER
MIONE . MA
TER . INFELICIS
SIMA
B . M . P

2

M . VLPIO . MAIO
DEC . COL . SARM . . .
METROP . VIX . AN . . .
. . . .

3

D M
L . ANT . PAL
PRISCO . VI
XIT . ANN . LXII
ANTONIVS . RV
FVS . DEC . COL
ET . ANTONIA
PRISCILLA
PATRI

Cl. Hagenbuchius I praemitti in hoc marmore pro certo habet: *Dis Manibus Inferis*. At viri praestantissimi Marinonius Caesaris Mathematicus, & Forlosia primus Bibliothecae Custos, cum rursus attente inspexerint, eius literae vestigium testantur haberi nullum.

4

SEX . PILONIVS
SEX . F . STE . MODE
STVS . BENEVENTO
7 . LEG . IIII . F . F . III . HAST
POST . ANN . XXX . . . OR
DINE . ACCEPIT . EX
EQVITE . ROMANO
MILITAVIT . IN . LEG
VII . C . P . F . ET . VIII . AVG
XI . C . P . F . T̄ . MINER . P . F
STIPENDIS . CENTVRIO
NI . CI XVIII
H . S . E . S . T . T . L

Ad hanc in Novo Thesauro : *edidit etiam*
March. Maffeius: aliis item id subnotatur, quas 842. 4.
Maffeius solus ediderat. Ibidem inter F. & STE.
aliquid deesse innuitur, contra marmoris fidem,
& cum eo loco nihil intrudi potuisse, Antiqua-
riorum filii perspiciant. Modo vir doctus a me
per literas petit, quid haec sibi velint: III HAST
POST ANN XXX ORDINE ACCEPIT EX
EQVITE ROMANO. Intelligere, & interpre-
tari non ita sane in promptu est, ac exscribere
fuit, & vulgare. *Hastatum Primum Legionis quar-* 1096.1.
tae memorat Gruteriana: Legionis XIV Caesar: Civ. I.
Primum Hastatum prioris Centuriae Livius. *Se-* lib. 42.
cundum Hastatum memoravit Vegetius: *Centuriam* l. 2. c. 8.
semis; idest CL homines regebat. Tertium vero qui
nominarit, mihi quidem non succurrit. Propte-
rea non Tertius, sed *Tertiae* Legionis Modestus
noster *Hastatus* mihi est. In Hastatos, Princi-
pes, & Triarios vetustiori aevo divisas fuisse Le-
giones, norunt omnes: auctore Romulo ipso,
si Ovidio fidem habemus in Fastis. Viguerunt lib. 3.
diutius haec nomina sub Imperatoribus quoque,
etiamsi militaribus institutis longe commutatis.
Hastati gregariis militibus digniores erant, nam
Ligustino Flaminius postquam biennium *grega-* Liv. l.
rius fuisset, virtutis causa *decimum ordinem Hasta-* 42.
tum (f. Hastatorum) adsignavit. Modestus iste
ad Centurionis vitem gradatim pervenit, & meri-
to militiae per triginta, aut per duos & triginta an-
nos exercitae. Ex Hastato legionarius Eques est
factus: ex Equite *ordinem accepit*. Ordinem (li-
tera postrema e scalpro effugit) accipere insoli-
ta quidem est phrasis, at res militaris speciali
interdum idiomate utitur. *Ad equum rescribere* Gall.
apud Caesarem significat pedites ad equestrem lib. 1.
militiam promovere. *Armatura duplaris*, aut
simplaris valet apud Vegetium milites, qui *binas* l. 2. c. 7.
consequuntur annonas, aut singulas. Insueto, & pe-
culiari sensu *Rorarios* & *Accensos* memorat Livius. l. 8.
In hac materia *ordo* est agmen: Centuria ut plu-
rimum: sic accipio Frontinum: *Pompeius tripli-* Strat. l.
cem instruxit aciem, quarum singulae denos ordines ha- 2. c. 3.
berent in latitudinem. Ordines primi primae erant
Cohortis centuriae: nam prima *reliquas & nu* Veg. l.
mero militum, & dignitate praecedit. Itaque cum 2. c. 6.
Caesar Scaevam Centurionem *ab octavis ordini-* Civ. l.
bus ad primipilum transduxit, quid aliud fecisse 3.
opinabimur, quam ab octavae Cohortis centu-
riis ad primae primam evexisse? Q. Fulginius
propter eximiam virtutem ex inferioribus ordinibus Civ. l.
ad honorem Primi Hastati pervenerat: & Cen- 1.
turiones *alii ex inferioribus* pariter *ordinibus reli-* Gall. l.
quarum legionum causa virtutis in superiores erant 6.
ordines alterius *legionis transducti*. A Tacito *Pri-* Ann.
mi ordinis Centurio, & *primorum ordinum Centuriones* l. 1.
nuncupantur. Specialis item est, ubi de militia Hist. l.
agitur, Ordinarii significatio, nam ex Vegetio, 3.
Ordinarii dicuntur, qui in praelio primos ordines l. 2. c. 7.
ducunt; & sequenti capite: *sic decem Centuriae*
Cohortis *primae a quinque Ordinariis regebantur*:
hinc discimus quid sit apud Gruterum *Ex Or-*
dinario Legionis. Ex his omnibus colligi po- 542. 8.
test, Modestum nostrum, qui ordinem accepisse
dicitur, centuriam ducendam, regendamque ac-
cepisse.

cepiſſe. Locutionis huius, & facti, hoc eſt conſimilis promotionis exemplum aliud, ni mea
391. 4. emendanda ſit emendatio, reperio. Gruterus e Mazochio: EXQ. VETER. ORDINEM ACCE-
Col. Tr.c.S. PIT. E Grutero accepit Fabrettus. At quid eſt eo loco *Exq. Veter*? vix eſt ut dubitem, praeſetuliſſe marmor EX. EQVITE. R. & omnino ut noſtrum loquutum eſſe.

I

AVRELIAE
APOLLONIAE
T. AELIVS. LVPVS
EQ. ROM. PONTIF
ET II VIRALIS
COLONIAE
APVLENSIS
MATRI. CA
RISSIMAE

2

D M
C. CENSORIO
C. FIL. SERENO
FL. SOLVA
>. LEG. XIIII. GEM
FVSCIVS. SVC
CESSVS. ET. CENSO
RIVS. FORTVNATVS
H. F. C

De Flavia Solva vide quae diximus pag. 120.

3

D M
AETERNAE QVIETI ET. PERPETVAE
SECVRITATI. M. AVR. Q. VALENTI. >. LEG. TA
QVI VIXIT ANN. LIII. STIP XXII M. AVR. ALEXANDER
PRIMIPILARIS FRATRI. ET IVLIA THEODORA
CONIVGI. ET AVRELIA SOSICRATIA. ET VALENTINA
PATRI PIENTISSIMO
FAC CVR

Huius Muſei monumenta non ſolent in Novo Theſauro ex Obſervat. Liter. decerpta dici, niſi cum arguendum aliquid iis fuiſſe adpoſitum videatur. Q literam ab eodem, qui ex errore inciderat, deletam dixi. Theſaurus: *hac de re dubitare licet*. Verum dubitantis, ac non probantis munus eſt, literae, & liturae ſignificationem afferre; Quirina enim tribus ita non conſignabatur. Ubi LEG. TA. novo errore imperiti ſculptoris habetur, pro I ſcalptum T fuiſſe opinatus ſum, explicans, *Legionis Primae Adiutricis*. Legio Prima Adiutricis titulo in quam pluribus ornatur lapidibus. Theſauri collector I ſupra T haberi ſuſpicatur, & propterea legendum *Italicae*. At eius literae veſtigium nullum, & *Legio Italica* nullo numero praemiſſo minime admittenda, prior enim Legionum denominatio ab ordinali numero fuit. Sine hoc quaenam nuncuparetur Legio, ignotum fuiſſet, nam *Adiutrices* quatuor aut quinque appellabantur.

4

D M
QVINTINIAE
MAGNILLAE
VIXIT AN. XXX
ANT. RVFVS
II VIRAL. COL
MARITVS. ET
ANTONII PRIS
CVS RVFVS
RVFINVS. DEC
COL. FILII

5

DVM RAGMITHRES
ET CHARITONIS
Aere ſigillaritio.

6

D M
CORNELIAE
FAVSTINAE
VNDEVIGINTANNOS
NATAE
C. SPEDIVS CLEMENS
IIVIR. COL. CONIVGIS
MEMORIAE ERGA SE
DIGNISSIMAE
FECIT

7

C. ATILIO SECVNDI
ANO. AED. CL. CEL. AN
LVIIII. ET VEPON. BELLICI
NAE. EIVS. ATILIVS. SE
CVNDVS. PARENTIB
ET. CALV. TVTORINAE
CONI. PVDICISSIMAE AN. XXXII
ET AT . . . NDINAE . . .

8

D M
C. IVLIO
MARCO
EX COLLEG
FABR
VIX. AN. LX
COLL. SS

Cae-

Caesarei thesauri ocellum, priscorum artis, & industriae miraculum, gemmam omnino incomparabilem, Danielis Bertoli manu, qui tanto operi unice par fuit, delineatam, conspice erudite Lector, & ni grave sit, quae super illa in Observ. Liter tomo IV. disserui, respice.

Bertoli Delineò Vienna. Fran.co Zucchi scolpì Venezia

1

POMPEIVS
AGILIS . V . F . SIBI
ET POMPEIAE
PRIMIGENIAE CON
ANN . XXXV . ET
POMPEIAE SPECTATAE
FIL . ANN . XVII
ET COVRIAE . FIL . ANN . XVI
ET SEXTIAE . SVPVTAE . ANN . XXX
ET VITALI . F . ANN . XX

2

D M
VRSVLVS
VIXIT . ANNIS
XXXII . LVPV
LA . FRATRI . B
M . POS

In Novo Thesauro 1512. 16. D. O. M. loco D. M.

3

D M
M STATIO
PRISCIANO
ANN. VIII
M. STATIVS
PRISCIANVS
. . . PATER
F . C

4

D M
GASTENA
NICE . VIXIT
ANNIS . XXVII
TES . PONI . SIBI
IVSSIT . ARB
HERENIAE
MAXIMAE

5

D M
AIANANDONIS VIXIT
ANNIS LXXX. ANDRADA
BLIANANTIS. VIX . ANIS sic
LXXX. BRICENA VIXITANIS
XL. IVSTA VIXIT ANIS. XXX
BEDARIS VIXITXIT POS OBI sic
TVM ET HERCVLANVS LIBER
TVS PATRONE BENEMER

A semper sine transversa lineola : e Torda Daciae oppido advenit.

MUSEI VINDOBONENSIS
APPENDIX

QUas Tibiscus absorbuit, & Ariostus antea exscripserat, addo: aliquas insuper ab eodem in iis regionibus visas. Cl. Novi Thesauri collectori plures missae sunt non a lapidibus sumptae, sed e libris excerptae.

1

I O M
P . S . D . N . M
AVR . ANTO
NINI . IMP
AVREL . RVS
TICVS . . .
. . . .

2

I · O · M
SEMPR
VALENTI
NVS · BF . LEG
V . L . S

3

I O M
IVCVNDIVS
IVVENALES
COR . LEG
V . S . L . M

4

I · O · M
P . AELIVS
CAIVS
MIL . LEG
XIII . G . V . S

Lateres ibi inveniuntur quam plurimi cum literis LEG. XIII. G.

5

I O M
CETERIS DIS . DEA
BVSQVE AVG . LEG
XIII . G
V · L . S

6

I · O · M
CONSERVATORI
M . VALERIVS
LONGINVS
LEG . LEG . XIII
GEM . SEVERIANA
CVM . SVIS . EX . VOTO

Iovi

1

IOVI MONITORI
CONSERVATORIQVE
. . . .
LEG . AVG . LEG . XIII . GEM
SOMNO MONITVS

2

I . O . M . AETERN
C . IVL VALENTI
NVS IIII VIR . PRI
MVS . ANNVALIS
ET PATR . COLL . FAB
MVN . SS . EX VOTO
POSVIT

Recepta est in Novo Thesauro, sed iis quae adnotaveram non satis animadversis. *Municipium Septimianum Apulense* (non *Septimium Apulum*) clarius hic adscribitur. Eamdem Civitatem modo Coloniam, modo Municipium dici, iniuria eruditi viri mirari solent. De hoc videsis Ver. Illustr. pag. 86. Nec IIII virum Primum, nec Annualem alibi umquam videre memini.

3

. . . .
. . . . . SVMMO
. . SVPERANTISSIMO
DIVINARVM . HV
MANARVMQVE
RERVM RECTORI
FATORVMQVE AR
BITRO . . . . A
. . . . . . ET PRO
. . . .

4

PRO . SAL . AVGG
MARTI . CONSER
P . AEL . RVFINVS
. . . ADIVTOR
OFFR . AT . VOVIT
CORNIC . PRAE
KASTR . LEG . XIII . G
V . L . P

5

MARTI . AVG
PRO . SALVTE . IMP
CAES . M . ANTONI
GORDIANI . PII
FELICIS . AVG
M . ANTONIVS
VALENTINVS
EQ . R . DEC . M . APVL
SACERDOS . ARAE
AVG . N
CORONATVS . DAC
III DD

Robortellus, a quo haec primum inscriptio prodiit, non habet duos versus postremos, sed cum Grutero concordat Ariostus noster, & concordabant Marsilianae schedae, quas Bononiae vidi, antequam subderentur praelo, itemque nunc Batava *Danubii* editio t. 2. p. 136. ubi mira de Municipiorum nomine, & iure traduntur. *Ter Coronatus Daciae*, hoc est praecipuo Sacerdotio ter in Dacia functus. De Coronatis vide *Oss. Lett.* t. 1. p. 229. atque illustrem Muratorium ad 155. 2.

6

SOLI . INVICTO
AEDEM . RESTITVIT
C . CAESILIVS
SABINVS
LEG . AVG
LEG . XIII
GEM

7

DIANAE
REGINAE
C . VAL . SAR
AP . V L P

Sarapis, aut *Sarapio* votum libens posuit.

8

INVICTO
MITHRAE
M . VAL . MAXI
MIANVS
LEG . AVG
V . S

9

HERCVLE
TIBI
V . S

Antiquae ferventium aquarum Thermae, in Comitatu Temesuariensi detectae, cum vaporariis cellis, & ductibus, Herculis, cui sacrae fuerant, marmorea sed modica mole signa, quae Vindobonae vidi, servarunt: inscriptiones item complures, quarum statim exempla obtinui, & digessi; sed cum a clarissimis Caryophilo, exinde Muratorio, praelo iam datae fuerint, hanc solam exhibeo, quae illorum diligentiam effugit.

NEME-

1

NEMESI
AVG
VITALIS
CARON
V . S

2

GENIO
IMP . CORDIANI
P . F . INVICTI
AVG. PETRONIVS. POLIANVS
V . C. LEG . LEG. XIII
GORD . LEG . AVG
PR . PR . . . . . .
. . . . BELGICAE
. . . .

3

GENIO . PRAETORII . HVIVS
M . VAL . LONGINVS . L
LEG . XIII . G
SEVERIANA . CVM . SVIS
VOTVM . SOLVIT

4

AESCVLA
PIO . ET . HY
GIAE . P . AN
TONIVS
SATVRNI
NVS . DC . COL
V . S . L . M

6

DEO SILVANO
VLP . SALVINVS
QVEST
V . L . P

7

M . Q . DONATVS
SILVANO . AVG . SACR
V . S . L . M

5

VNO DEO
VERO PHOS
PHORO
FL . ITALICVS
PRIMVS IIII
VIR . MV . A
CVM STATI
LIA LVCINA
CONIVGE . ET
SVIS . EX . VOTO

Gruterus 88. 13. hanc ſic enarrat: BONO DEO PVERO POSPHORO. Cui magis habenda fides, non dixerim. *Bono* libentius excipitur, ac ſi Ἀγάθῳ Δαίμονι dicaretur, ſed utcumque ſit, inuſitatum & ridiculum Italici votum fuit. Gruterus etiam A. A. perperam pro MV. A. Municipii Apulenſis.

8

IMP · CAES
M . AVR . ANT . AVG . III . ET
IMP . CAES
L . AVR . VERO . AVG . II . COS
PER . LEG . XIII . G . SVB . CV
RA . P . FVRI . SATVRNINI . LEG
PR . PR . COS . DES

Notat Comes Arioſtus, intactum vidiſſe ſtylobatem, & nitidum. Iidem Conſules in inſcriptione a Panvinio recitata ad annum CMXIV. Tres huius Saturnini inſcriptiones affert Gruterus ſed valde corruptas, nempe e ſchedis hauſtas, aut e Lazio. *Praepoſitus* in altera ex eis habetur, ubi credibile eſt fuiſſe in illo quoque lapide PR. PR. *Pro Praetore*; & fuiſſe SARM. pro *Sarmitz*, aut *Sarmizegetuſa*, ubi Gruterus *Sarmaticae*. Conſul deſignatus dicitur heic Saturninus noſter, & Conſulis nota in tribus etiam Gruterianis translucet, quamvis a nullis Faſtis receptus, aut agnitus ſit.

9

DIVO . VERO . PARTH . MAX . FRATRI
IMP . CAESARIS . M . AVRELI . AN
TONINI . AVG . ARMENIAC . MEDIC
GERM . PARTH . MAX . TRIBVNIC
POTESTAT . XXVI . IMP . V . PP
COS . III . PROCOS
COL . VLP . TRAIAN . AVG . DAC
SARMIZEGETVSA

Raro accidit, ut honoraria occurrant Imperatoribus iam vita functis dicata elogia: ſed qui Lucium colebant, Marco quoque obſequebantur. Germanicum, Armeniacum, Parthicum numiſmata quoque Marcum nuncupant, ſed non Medicum. Attamen Capitolinus de L. Vero: *partumque eſt ipſi nomen Armeniaci, Parthici, Medici, quod etiam Marco Romae agenti delatum eſt*. Affert Comes Marſilius p. 139.

10

IMP . CAES . C
MESS . QVINTO
TRAIANO
DECIO . AVG
P . M . TRIB . POT
II . COS . II . P . P
RESTITVTO
RI DACIARVM
COL . NOVA . APVLS

1

CORNELIAE
SALONINAE
AVG. CONIVGI
GALLIENI. AVG. N
ORDO. MVN
TI....DEV. NVM
MAIESTATIQ. EIVS

In Banatu, ut modo loquimur, Temisuariensi. Tiasum in Dacia recenset Ptolemaeus: Tibiscum oppidum quoque. Habet hanc vir omni aevo memorandus Comes Marsilius in *Danubii* tom. 2. tab. 86. p. 113.

2

....RENTIO
GENTIANO
TRIB. MILITVM
QVAESTORI. TRIB. PL. PR
LEG. AVG. CONSVLI. PONTI
CENS. PROVINC. MACED
COLONIA. VLPIA TRA
AVG. DAC. SARMIZEGE....
PATRONO

Gentianus Consul in Fratrum Arvalium inscriptione habetur a Philippo Turrio accuratissime exscripta, & relata; sed an diversus sit ab eiusdem Tutilio Pontiano, me fugit; neque tamen eumdem dixerim cum Panvinii Rufo Lolliano Gentiano Consule, & cum Capitolini Lolliano Gentiano Consulari: multo minus cum Lollio Gentiano Victoris in Pertinace.

3

AVR. IVSTV S
R. AVR. LVCILIVS. AGR
BC. VAL. ROMVLV S
VAL. SABINV S
SEP. MACNV S
SEP. VICTO R
AVR. SENECIO D
IVL. MILITARI S
POR. IVLIAN. TES
COH. IIII
VLP. SVRV S

4

C. CVRTIO C. F
POLLIA RVFIN
LEG. XIII. GEM. IIIVIR
A. A. A. F. F
COL. VLP. TRAIAN
DACICA. SARMIZ

In vico Karcniest.

5

A. VETVSTIVS
A. L. CRESCENS
ANN. L. HIC. S. E
VETTIA. A. L. NOME
PATRONO. ET. CONIVGI
SVO. PIENTISSIMO...
....
T. VIPSTANVS. L. L. SENECIO
AMICVS FACIVNDVM CVRAVIT

In Novo Thesauro mutila, & decurtata.

6

CLAVDIANAE. CANDIDAE
VIXIT. AN. XXX
AELIVS. FIRMINVS. CONIVGI
B. M. P

7

....
PVBLII. AELII. VLPII......
HANC. SEDEM. LONGO. PLACVIT. SACRARE. LABORI
HANC. REQVIEM. FESSOS. TANDEM. QVA. CONDERET. ARTVS
VLPIVS. EMERITIS. LONGAEVI. MVNERIS. ANNIS
IPSE. SVO. CVRAM. TITVLO. DEDIT. IPSE. SEPVLCHRI
ARBITER. HOSPITIVM. MEMBRIS. FATOQVE. PARAVIT

Exscripsit Ariostus in vico Caranzebes Comitatus Temisuariensis.

IN-

INSCRIPTIONES VARIAE

VEronensem, Taurinensem, & Vindobonensem integras hucusque collectiones ac solidas exhibui, sive inedita essent monumenta, sive pluries edita. Modo ex farragine amplissima, quam in regionibus variis lapides ipsos exscribens, aliquando cumulavi, illa tantum seligam, quae nondum prodiere. Quanto prolixior haec coacervatio esset, si ex Mss collectionibus titulos arripere, aut decerpere voluissem! quam plurimas enim vidi, immo ex maioribus, quas non viderim, paucas reperiri puto. Quot Ligorius solus suppeditasset, quem ambitiose proferunt alienis fidem schedis habentes, qui triginta illius perampla autographa volumina in Regio Taurinensi Archivo unice servata viderunt numquam. Multum item haec accrevisset collectio, si quas ego, vel inter Galliae Antiquitates, vel in Observationibus, vel in opusculis aliis incognitas tunc inscriptiones primum protuli, veluti quodam in eas iure utens, hic addidissem: sed cum Novus Thesaurus omnes adoptaverit, iterare nolui, quibusdam exceptis, vel ut obiectationes diluerem vel ut alienarum editionum errata emendarem.

AbRoma principium, Romuleum enim solum huiuscemodi cupedias profusius, & indesinenter profert. Qui earum gustu non capitur, improbabit fortasse multas heic recenseri epigraphes, quae nihil novi docent: sed in omni studiorum genere idem accidit. Diffiteri quidem nequeo, nimium in his rebus quorumdam diligentiam procedere, res nihili in lucem publicam proferentium. Ego tamen primus & solus dici posse opinor, qui ultra ducentas inscriptiones nunc reiiciam, ac supprimam, quoniam fragmenta lacera, vel nomina tantummodo satis nota, contineant.

In impluvio Vaticano Statuarum.

1

DIVO . NERVAE . TRAIANO . PARTHICO . ET . DIVAE
PLOTINAE . DIVI . TRAIANI . PARTHICI . VXORI
IMP . CAES . TRAIANVS . HADRIANVS . AVGVSTVS
PONT . MAX . TR . P . COS . III . PARENTIBVS . SVIS

2

Ibidem.

D . M
T . AVR . TERTIO . EQ
SING . AVG . TVR
GENEALIS . NAT . RAE ...
VIX . ANN . XXX . MIL . AN ...
H . EIVS . T . AVR . IVCVNDVS
SECVND . H . VICTOR . MI ...
CHO . III . BRACAR
AMICO . KARISSIMO

3

In Capitolii Museo veteri.

DIVO . AC . VENERABILI
PRINCIPI . CONSTANTINO
PATRI . PRINCIPVM
MAXIMORVM
L . CREPERIVS . MADALIANVS . VC
PRAEF . ANN . CVM . IVRE . GLAD

In

1

In Viridario Aulae Pontificiae.

. . . TIMO . ANTONINO . PIO . SIDERIBV
. . . NITRATORI . AVG . ORBIS . TERRARVM
. . . AXIMO . PROVIDENT . IMPERI . SVI . MA
. . . MPLIAVIT . LARGAM . GLORIAM . PAC
. . . VREA . DEXTRA . MANVS . SIGNVM . VICTOR
. . . CVRIAE . SACRO . VRBIS . VT . IN . AETERNV
. . . LICIA . TEMPORA . QVATTOR . II
. . . ANCTO . DIE . NATIVITATIS . TVAE . G
. . . VSCIPIAS . SANCTIS . MANIBVSQVE . SVIS
. . . ANGVINI . FLORES . DIGNA . SVNT . VOT
. . . VINOX . DEA . FIT . LVX . SIC . DIC . MEA . V
. . . IVRI . NATORVM . SVA . P . P . PRIMICER
. . . VRBIS . QVI . NYMPHAS . ACCIPIT . OMNES
. . . ITOTO . OCTIES . DENIS . CIRCVMDATVS . ANNIS . CRATE . . . .

2

Ibidem.

sic MIRE . INGRITATI . ET . PRVDENTIAE
FL . VALENTIONI . QVI . VIXIT . ANNOS
XXXVIII . MENSES : VI . DIES . XI . QVIES
CET . IN . PACE . DIE . VIIII . KAL . SEPT
DIV . IOVIANO . AVG . ET . BARRONIANO
CONS . DONATA . MATER . SIBI . ET . FILIO
SVO . BENEMERENTI . FECIT.

Mirum videri poſſit, Divi titulum in Chriſtiana epigraphe Ioviano adtribui: ſed in alia item Chriſtiana apparet, quam in Muſeo Capitolino exſcripſi, & quoniam Boldettus, atque ex eo Novus Theſaurus COVS, & ORNONOM protulerunt, ut vere conſpicitur ſubdo.

PVER . NATVS A Ω
DIVO . IOVIANO . AVG . ET
VARRONIANO . COSS
ORA . NOCTIS . IIII
INVXIT . VIII . IDVS . MADIAS
DIE . SATVRNIS . LVNA . VICESIMA
SIGNO . . APRIORNO . NOMINE . SIMPLICIVS

ad Aen. V. 45. Iovianus Februario menſe deceſſerat. Servius: dicimus *Divos ex hominibus factos, quaſi qui diem obierint; unde Divos etiam Imperatores vocamus*. Chriſtiani veteres interdum conſuetudine abrepti uſitatis formulis, nihil ultra cogitantes, utebantur. Caeterum quid ridiculo hoc dictato ſignificetur, non eſt aſſerere. Fortaſſe *inluxit* intelligendum, hoc eſt lucidus moriendo evaſit: fortaſſe *inuſſit*, pro *inuſtus eſt* Fidei nota, ſeu baptiſmate.

3

In impluvio Vaticano.

L . FVLVIO . L . FIL . OVF
GAVIO . NVMISIO . PETRONIO
AEMILIANO . PRAETORI
TVTELARIO . CANDIDATO
AVGG . QVAESTORI . CANDID
AVGG . PONTIFICI . PROMAGIS
TRO . SALIO . COLLINO . PRAEF
FERIAR . LATINAR . III . VIR
MONETALI . A . A . A . F . F . VI . VIR
TVRMAE . I . EQVIT . ROMANOR
ATTIA . CERVIDIA . VESTINA
MARITO

4

In Bibliotheca Vaticana.

Romae in Hortis Iustinianis.

1

VOLTEIA
Q . F
POLLA
FONTI
D . D . L . M

2

D M
TVRRANIAE
SOTERIDIS
Q. TVRRANIVS
QVIR. ADIECTVS
FEC. VXORI KARISS
ET SIBI L. L. P. E

3

DIS MANIB
FABIAE
ATINIAE
CL. MELLIANVS
FILIVS ET
T. AELIVS
SOTER
MARITVS
BENEMERENTI
FECERVNT

4 *In iisdem.*

. . . .
C. IVLIVS PRIMIGENIAN
F. MATRI SVAE FECIT

5 *In iisdem.*

D M
IVLIO
AGATHEMERO
VIX. A. XVII. M. II. D. XX
IVLIA EVTYCHIA
FILIO PIISSIMO. F

6 *In Villa Pinciana.*

CLO
DI
VS
A
DEL
FI
VS
VC
EX
PRAE
FE
CTIS
VR
BIS
V
XO
RI
IN
CON
PA
RA
BI
LI
ET
SI
BI
FE
CIT

In Columna.

7 *In eadem.*

DIS MANIBVS
CIARTIAE P. F. CHRESTE
VIX. ANN. XXVI
A. FABIO A. FILIO POTHINIANO
VIX. ANN. VI. M. VII
A. FABIO A. F. POTHINO
VIX ANN. VI. D. XXI
A. FABIVS POTHINVS PATER
FILIIS ET CONIVGI SVAE
BENEMERENTIBVS
FECIT ET SIBI
D. M. A. FABIO A. F. POTHINO VIXIT
ANNO VNO MENS. XI. DIES VII
POSTERISQ. SVIS

8

Stylobates in eadem Villa, cuius inscriptio a Grut. 279. 3. & a Fabretto p. 747. affertur, haec praeterea servat in sinistro latere.

CVRA AGENTIBVS
CN. SERGIO. MERCVRIO
M. LICINIO. PRIVATO
T. CLAVDIO. SOSIPOLE
MAGISTRIS. QQ. LVSTRI. XXIX

9 *In eadem.*

D M
T FLAVIVS ELEVTHER SE VIVVS
FECIT SIBI ET SVIS LIBERTIS
LIBERTABVSQVE POSTERIS
QVAE EORVM
H. M. D. M. ABESTO

1 *Romae in Villa Pinciana.*

PRO . SALVTEM ET VICTORIAS
D D N N
IMPP . SEVERI ET ANTONINI . AVGG
ET IVLIAE . AVG . MATRI . AVGG . TOTIVSQ
DOMVS . DIVINAE . EORVM
EX CONCESSV . IN PRAEDIIS SVIS . SACRARIVM
DEI . LIBERI . CVM AEDICVLA . ET COLVM
NIS . SVIS . INPENDIS . MARMORA NVNC
ET AREAM . ET ORTVLVM SVPER NYM
PHIS QVI LOCVS APPELLATVR MEMPHI
DONVM DEDERVNT SPIRAE

Hanc & subsequentem recenter erutas misit Cl. P. Ioseph Blanchinius.

2 *In eadem.*

CINNAMO
P.OST.SCAPVLAE
DISP
CALLIGENES.DISP.ET
OST.PRIMIGENIA.FILIA
VALE.CINNAME.ET.TV

4 *In iisdem.*

TI. CLVTIVS
COL
APOLLINARIS
FECIT SIBI

6

SALVIS DD NN
LEONE ET LIBIO
SEVERO PP AVGG
In adversa parte.
CELIVS ACONIV
PROBIANVS PRAE
PRAET.FECIT

In lamina aerea.

7

DIS MANIBVS

In ara figurata.

3 *In Aedibus Barberinis.*

CECROPIVS V. C. VOTVM SOLVIT

Sub manu Panthea.

5

...VS NERV.TRAIAN AVG GER DACICI
...VRAPIL PROC PEDACIA SER FEC

IMP . CAES . M . AVR . ANT . AVG N SVB CA
PITOLINI PROC OFFIC FELIX AVG LIB FE..

.... DOMITIANI CAESARIS AVG GER
...... PROC ... PRIMIGENIVS SER FEC

In tubis plumbeis.

8

......TANTVM RHETOR.....
.....TVM NOSTER SVB ORIGI....
...CARPTVRA ROSAM MIHI DECIDIT..
...COR ET VERNVM MACVLA VI......
...N OFFENSO VITAE MIHI TRAMIT...
...ORVM MATVRA BONO NIL DE......
...VG ..SCIT CARA FIDES HERESQ.....
...QVOD AETERNO MIGRARI.........
...MQVE FERAT MELIOR M.......
...ACTA PIE CVRA........
..........ANO M.........

Nig.

In Aedibus Barberinis.

1

D . M . S
NIG . MARINIANVS
EQ . SING KAS . PR . STIP
XVIII NATIONE BRI
TANICIANVS VIXIT A
NNOS XXXVIII . MENS . V . DI
ES XXIII . NIG . MARINIANVS
FIL VTRISQVE POSVIT

2

D . M . S
IOVINIO CYMIANAE
ET EROTIDI
ET SVCCESSO
PARENTIBVS EIVS
M . SERVILIVS M . LIB
CLAVDIA MYRISMVS
FECIT ET SIBI ET SVIS
POSTERISQVE EORVM

3

D I S M
CTESIPPVS FECIT
SALVIANO
VOCAN . . . .
VIX . AN . VI . . . .

D I S M
CTESIPPVS FECIT
APHRODISIO
VOCA . . . . . ISSIM
VIX A . . . . M . VIII

4

D . M . TVTILIAE FE
LICISSIMAE BENEME
RENTI CONIVGI QVAE C
ONVIXIT ANNIS XVI
D . XV SINE VLLA QVERE
sic LO ZON COIVNX

In arcula.

5

DIIS MANIBVS
MINVCIAE SVAVIS
P. SEXTILI CAMPANI
VIXIT ANNIS XIIII MENS VIII
DIEBVS XXIII FECIT
TI . CLAVDIVS SVAVIS
PATER PIISSIMVS

6

DIS MANIBVS SACR
T. CISPIO GEMELLO
CISPIA PHOEBE FILIA
DE SE BENE MERENTI FECIT
PERMISSV VNIVERSORVM
COLLIBERTORVM

7

DIS MAN
. . . . RESIA COMPSE
FECIT T FLAVIO
PARVACENI
CONIVGI BENE
MERENTI
VIXIT ANNIS LV

8

D M
L. IAINIO
DIONYSIO
IAINIA RI
NIRIA PATRI
BENEMERENTI

9

D M
SEX AMVDIO
MONTANO
FILIO DVLCISSMO
HERMES PATER
V . A . VIIII . M . VI
D . VIIII

1 *In Aedibus Barberinis.*

DIS MANIBVS
L. MARCIO TORILVS
MARCIE PITHERNE
CONIVGI SVE
In arcula.

2 *In iisdem.*

BRVTTIAE C. FESSI
C. TERRENTIL. F. POL. FESSI
IN FRON. P. XII. IN AGR. P. XVI

3 *In Museo Collegii Romani PP. S. I.*

. . . .
. . . . SVMMAE SANCTIMO . . . .
. . . . C PLENAE RELIGIONIS.
. . ERAE V . V . MAXIMAE AD . .
. . . ALBANAE SANCTISSIM . . . . .
. . . . . NTISSIME RELIGIOSE . . .
. . . . S SVIS SOLLICITAE ME . . . . .
. . . . C DISCIPLINA VBERIV . . . .
. . . . . NORES SACERDOS . . . . . .
. . . .

4

HERMEROTI
ARCARIO V. A . XXXIIII
COLLEGIVM
QVOD EST IN DOMV
SERGIAE PAVLLINAE
FECERVNT
AGATHEMER ET
CHRESTE ARESCON
FRATRI PIISSIMO B. M

5

CN . POMPEIVS
Ɔ . L . ASTIPA
DAELICIAE
POPVLI . RO

In adversa parte.

CN . AELIVS
CN . L . SALVIVS

6

D . M . S
VAL . GENIALIS MILEX sic
LEGIONIS SECVNDE
DIVITENSIVM ITALICE
SIGNIFER VIXIT ANNOS L
MILITAVIT ANNOS XXVI
POSIT VERINA BENEMERENTI

7

D M
MAXIMO
CAES N
VERN . VIX
M . X . D . XXIV
HELENA ET
MAXIMA
FILI . . . .

8

VICTVS	LEBATE
LVDERE	NESCIS
DA LVSO	RI LOCV

9

PETRONILLA
LVDE FELIX
SALVO CYRIACO
POSTERISQVE. EORVM
H. M. H. N. S

9

D M
L. ANTONIO. VALERIANO. FILIO
DVLCISSIMO. QVI. VIXIT. ANN. V
MENS. VIII. DIE. VIIII. ANTONIVS
AESCLEPIVS. ET. MODIA. FAVSTINA
PARENTES. FECERVNT. ET. SIBI

10

P. ANTISTIVS
SAECLARIS
VIXIT. ANN. V
MENSES. V
DIES. XXIII
POSVIT
ANTISTIA
ANTHVSA. MA

11

APVLIA. SEX. F
ARCHELAIS. VIXIT
ANNIS. XVI. MENSES. VII
DIES. XVIIII. FECIT. PATER
FILIAE. CARISSIMAE

Apud

Apud eumdem.

1

D M
ARTEMISIAE
ALVMNAE . SVAE
CARISSIMAE
FECIT . HERMES
QVAE . VIX . AN . XL
MEN . II . D . V . B . M

2

D . M . SACR
ARRVNTIAE
RHOMES . VIX
ANN . VII . M . III
DIEB . VI
T . FLAVIVS . BACCHYLVS
ET . L . ARRVNTIVS
ABASCANTVS . ET
FLAVIA . FORTVNATA
FECER

3

AVILNIA . SEX . L . THAIS
FECIT . SIBI . ET
MVCIAE . DORINAE . MATRI . SVAE
. . CIAE . OPTATAE
. . . GELIO . AVCTO . VIRO . SVO
. . . GELIO . PRIMIGENIO
. . . IVS . Ɔ . L . NICOMEDES
PATRONAE . SVAE

Habetur in Novo Thesauro 1306. 10. sed expeditius fuit exhibere quam emendare.

4

D M
AVGAZON . VIXIT . ANNIS . VI
DIEBVS . XXII . PATER . ET
MATER . FILIO
PIENTISSIMO

5

P . AVRELI . ANTIOCH . . .
. . . SVB . SCALA . OL . VIII

6

C.AVIDIVS	C.AVIDIVS
C . L	C . L
GETA	EVGAMVS
	SIBI.ET.PATRONO

7

D M
T . AVRELI . FELICI
ANI . FIL . DVL . Q . V
AN . II . M . XI . D . XXIII
FECERVNT . FELIX
ET . ZOSIME . PAREN
TES . INFELICISSIMI
LOC . DON
AELIA . TYCHE

8

DIS MANIBVS
M . AVRELIO . FVSCO
V . ANN . II . M . V . D . XV
FECER . IVLIA . GEMELLA
ET . M . AVRELIVS . FVSCVS
PARENTES . F . SVO
CARISSIMO

Apud eumdem.

1

D M
L . BAEBI
EPAPHRODITI
POS . H . P . F . P

2

D M
L . BAEBIDIO . FELI
CISSIMO . FILIO . DVL
CISSIMO . Q . V . A . XII
PARENTES . FECERVNT

3

BASSO
NAIS . SOROR
FECIT . V . A
XXVII

4

D M
CATVLINA
EPICTETO
FE . MARITO
BEN . MERTI

5

D M
Q . CAECILIO . EVHELPISTO
Q . V . A . XVIIII . D . XXXXII
Q . CAECILIVS . CASTOR . ET
IVLIA . HELPIS . PARENTES . FILIO
PIENTISS . FECER . ET . SIBI . ET . LIBER
LIBERTABVSQ . POSTERISQ . EORVM

6

D M
CHRESIMES
SALLVSTIA . DROMAS
FILIAE . FEC . V . A . VIII . M . VI

7

DIS . MANIBVS
TI . CLAVDI
TI . F . PAL
PROCVLI . VIX
ANN . III . MENS . XI
TI . CLAVDIVS
FELIX . PATER
FECIT

8

CLAVDIA . METROBI . F
PHOEBAS
VIX . AN . VIII

9

D M
TI . CLAVDIO . ZOSIMO . PA
TRI . PIENTISSIMO . M . CL
IVSTVS . FIL
FECIT

10

DIS MANIBVS
TI . CLAVDIO . HERMETI
AMICO . BENEMERENT
VIX . ANN . LXXV
Q . FABIVS . FIDELIS
T . P

11

L . COCCEIVS
ANOPTES
COCCEIA . L . L
MVSA

12

CORNELIA
MARCELLA
M . MAIVS . AGA
THEMER . CON
IVGI . SVAE

Apud

Apud eumdem.

1

CRITONIA.Ↄ.L
EGLOGE
L.VOLVMNIVS
HESICVS
L.CRITONIVS
CERIALIS.FILIVS
FECERVNT
SIBI.ET.SVIS

2

D M
T.CORNELI.PRI
MITIVI.QVI
VIXIT.AN.XIII
M.V.D.X.P.AELIVS
PHILADESPOTVS
PATER.FILIO.FECIT

3

D M
C.CORNELIO
PROCLO
V.A.IIII.M.IIII D.III
PROCLVS.PATER.FEC

4

D M
M.DOMITIO.MARCELLO
ATINIA FORTVNATA
CONIVGI.FEC.ET.SIBI

5

D M
DASVMIA.MYRTALE
VIX.ANNOS.XXII
Q.DASVMIVS.CARPVS.PATRONE
Q.DASVMIVS.PHOSPHORVS.MARITVS
BENEMERENTI.FECERVNT.ET.SIBI.LIBER
LIBERTABVSQ.POSTERISQ.EORVM

6

D M
EVDAEMON.VIXIT
ANN.XXXX.ET
POSIS.QVI.VIX.ANN.XI
AVRELIVS.DIOGENES.FRATER
LIBERTIS.SVIS.BENEMER.FEC

7

D M
FLAVIA.CYTHERIA.FECIT
SE.VIVA.SIBI.ET.SVIS.LIBERTIS
LIBERTABVSQVE.POS
TERISQVE.EORVM

8

D M
Q.FABIO.TROPHIMO
C.FABIVS.FIDELIS
PATRONO.SVO.BENE
MERENTI.FECIT
ET.SIBI.ET.SVIS

9

D M
FLAVIA.LVCRE
TIA.T.FLAVIO
VICTORI.FRA
TRI.SVO.CARIS
SIMO.BENEME
RENTI.FECIT

9

D M
T.FLAVIO.LIONA
TI.VIX.ANN.XXX
FLAVIA.AGELE
C.B.M.FEC.ET.S.P.S

10

D M
FL.AVG.LIB.SOTERIS
FECIT.SIBI.ET.SVIS
LIBERTIS.LIBERTABVSQ
ET.POSTERIS
EORVM

11

DIS.MANIBVS.SACR
FVFICIA C.L.NYMPHE
FECIT.SIBI.ET.VALERIO.P.LIB
ADMETO.CONIVGI.SVO
CARISSIMO.IDEM.LIBERTA
LIBERTABVSQ.SVIS.POSTERISQVE

Apud

Apud eumdem.

1

FICTORIA . Q . Q . L
HILARA
OSSA . HIC . SIT . SVNT

2

M . GELLIVS . M . L . HILARVS
SIBI . ET . SVIS
L . NVNNIVS . L . L . EROS
SIBI . ET . SVIS
L . PVPPIVS . L . L . ALEXANDER
SIBI . ET . SVIS
IN . FRONTE . P . VIS . IN . AGR . P . VI

3

D . M
GALLONIAE . AXIAE

P . MAMILIVS . HERMES
FECIT . B . M

4

N . GEMINIVS . SP . F . COL . ATAX
VIX . AN . XI

5

GEBONIA . P . L
NVMPHE
M . PERPERNA . M . L
NVMPHIVS

6

IVLIA . CHLOE
FECIT . SIBI . ET
M . IVLIO . CHARETI
PATRI . SVO . ET
POSTERISQVE . SVIS

7

D . M
IVLIAE . FESTAE
VIX . AN . XXXIV
TI . IVLIVS
APHRODISIVS
CONIVGI . B . M . F

8

D M
IVLIAE . ALCE . FEM
SANCTISSIMAE
L . GENVCIVS . HAGNEROS
MARITVS . IN . FR . P . XI
IN . AG . P . XI . LIBERTIS . LIBER
TABVS . POSTERIS
QVE . EORVM

9

IVLIAE
FORTVNATAE
AMETHYSTI
FILIAE
VIXIT . ANNIS . VII
MENSES . VI

10

D M
IVLIAE . HELPI
DI . OLYMPI
CVS . CON
IVGI . BENE
MERENTI
ET . SIBI . ET . SV
IS . POSTERIS
QVE . SVIS

11

D M
IVLIAE . RVFINAE
M . SERTORIVS
AELIANVS . COIVGI
BENEMERENTI
FECIT

12

D M
IVLIAE . SATVRNINAE
MATRI . B . M . IVLIA
PRIMIGENIA . ET
CLAVDIVS . FORTVNATVS
SIBI . POSTERISQ

Apud

Apud eumdem .

1

IVLIA . Ɔ . L
TARENTINA
GALLI . FILIA . VIX . AN . XIX

2

D M
Q . IVLIVS . FELIX . FEC
IVNIAE . TYCHENE
MATRI . SVAE . B . M . ET
Q . IVLIO . CLEMENTI . PATRI
SVO . B . M . SIBI . ET . SVIS
LIB . LIBER . POSTERISQ . EORVM

3

D M
IVLIAE . VI
TAE . C . IVLIVS
CLASSICVS
CONIVG . CA
RISSIMAE
ET . DE . SE BENE
MERITAE
VI . AN . XXX . ME . V
ET . C . IVLIO . OPTATO

4

C . IVLIO
AFRICANO
C . CETHEGVS
CRESCENS
FECIT

5

C . IVLIVS
MYRETVS . ET
AQVILIA . PROCLA
PARENTES
INFELICISSIMI
AVRELIE . ISIADI . FILIE
DVLCISSIME . QVE . VIX
ANN . XVIIII . M . VII
DIEBVS . XXI

6

C . IVLIO . PRIMIGENIO
VIXIT . ANNIS . LX
IVLIA . ARESCHVSA . LIBERTA
ISDEM . CONIVNX . PATRONO
CARISSIMO . FECIT

7

C . IVLIVS . C . L
GALLVS
HIC . SITVS . EST

8

KANIAE
APICI . L
SABBATHIS

9

D M
L . V . E . CONS
ERBAE
PIAE . B . M . F

10

MARCIAE
HYMNIDI
V . A . XX



EPAPHRA . PATER
FECIT

11

C . LOLLI . C . L
ONESIMI . OLLAE . II

12

D M
LICINIAE
FORTVNATAE
OPTIMAE
ET . SANCTISSIMAE
LIBERTAE
ISDEM . CONIVGI
T . LICINIVS
SENTIANVS
BENEMERENTI . FECIT

Apud eumdem.

1

DIS MANIBVS
MAGIAE . HELPIDI
C . SILIVS
FAENTINVS
CONIVGI
BENEMERENTI
FECIT
LOCVM . DONAVIT
L. KARIANIVS . SEVERVS

2

D M S
MAMILLIA . TIGRIS
Q.F. AGATHONI
CONIVGI . SVO
BENEMERENTI
V . A . XXX

3

D . M
M . MARCIO
FELICI . FEC
MANTIA . TYN
DARIS . CONIVG
B . M

4

D . M
METELLIAE
NICIAE
M. ATILIVS
EPAPHRODITVS
CONIVGI . KARISSIM
BENE . MERENTI . FECIT
ET . SIBI . ET . SVIS

5

ʘ C . MECENAS . C . L . EVCARPVS
RVBRIA . SEX . L . SALVIA
SEX . RVBRIVS . SEX . L . DAMPNIV...
C . MECENAS . C . L . ANTEROS
SEX . RVBRI . SEX . L . PHILODESPOTI

6

L. MARCIVS . L . L . IANVARIVS
L . MARCIVS . L . L . APER . V . A . LXX
ALCIMVS . L . MARCI . CERTI . SER . FEC

7

D . M
MILO
ZOSIMVS
PLOTIAE
PHILONID
CONLIBER
ET . CONIV
BENE . MER
FECIT

8

DIS . MAN . NAIDI . CAESARIS . VERNAE
EX . NVMERO . PYRICHE . V . A . XXV . M . II . D . VNO
ONESIMVS . CAESARIS . N̄ . CONIVGI . B . M
FECIT . ET . SIBI . ET . SVIS . POSTERISQ . EORVM

9

NOME . FECIT . SIBI . ET
PHOEBO . CONTVBERNALI . SVO
CARISSIMO . ET . OPSEQVENTISSIMO
VIXIT . ANNIS . XXVIII

10

DIS MANIB
C . NEPIO . GAMO
VIXIT . ANNIS . XXXV
M . LICINIVS . THALAMVS
FECIT . SIBI . POSTERISQ . SVIS

Apud

Apud eumdem.

1

C.NONIVS.C.NONI
CHRESTI.L.DOLVS
TERENTIAE.FLORAE
CONIVGI.SVAE

2

D M
L.NONIO
EVTYCHETI
FEC.SEIA.EVRESIS
CON.BEN M R

3

ONESIMI
M.NVMISI.PASTORIS
SER.VIXIT.AN.XX

4

D M
T.NVMISIVS
PYRRHVS
TROPHIME
MATRI.PIEN
TISSIMAE

5

D M
OSTESI.VERN
SVO.CARO.QVI.VI
AN.IIII.M.VIII.D.XV
FECER
T.AVRELIVS.CRESCENS
ET.VLPIA.MARCELLA

6

D . M
PASSENIAE
PHLE GVSAE
FECIT.P SVLLIVS
HESPER.CONIV GI.SVAE
BENEMERENTI.ET.SIBI

7

D M
PARTHENOPAEO
F.V.A.XVII.D.VII
STIL
ASTEROPAEVS.PAT
B.M

8

D M
PEDANIO.HEVODO
TITIA.SABINA
CONIVGI.B.M.FEC
ET.EVODIA.ET.REST
VTA.FILIAE.ET.FELICISSI
MA.PATRI.B.M.F
NEPOS

9

PLOTIA.SP.TERTI
FILIA.HIC.SITA.EST
ET.MICALE.DELICIVM

10

POMPEIA.APHE
DAT

11

Q.POMPONIVS.TERTVLLI.L
TERTVLLAE.SORORIS.L.FLORVS
V.ANN.XV

11

POMPONIA.Q
ET.Ↄ.L.VERNA

Apud eumdem.

1

D M

P . SALVIO . ONESIMO
CONIVGI . BENEMERENTI
FECERVNT . SALVIA . TYCHE
ET . P . SALVIVS . DAMAS . CON
GNATVS . ET . SIBI . ET . SVIS
LIBERTIS . LIBERTABVSQ
POSTERISQ . EORVM

2

C . SEPTIMIO . T . F . ANIENS
FVSCO . V . A . XXXVII
STATILIA . NICE . CON
IVGI
CARISSIMO . FECIT

3

P . SEVIVS . PP . Ɔ . L
DIOCLES
VIX . ANN . LXX

4

D M
SILVANO
CAESAR . N
SER . DOMITI
A . NERIS . CON
TVBERNALI

5

DIS . M
SPES . NARC
ISO . B . M . F

6

D M

SVELLIO . FORTVNAT . DOM . . . . .
MATRI . PIE . CAR . DVL . TEG . . . .
NON . VID . ANN . XIIII . Q . V . . . .
AN . LXXV . FEC . AVR . . . .
FIL . VNICA . PIA . O . . . .
MATRIS . BENE . . . .

7

D M
SVLPICIAE . SELENE
TI . SVLPICIVS . EVTYCHVS
CONIVGI . B . M . FECIT
SIBI . ET . SVIS

8

DIS . MANIBVS
A . SVLPICIVS . TYRANNVS
AEMILIAE . IRENE . COIVGI
BENE . MERENTI
V . ANNIS . XL
POSTERISQVE . SVIS

9

D M
SEX . SVLPICIVS
CLADEVS . ET . SVL
PICIA . GNOSTE . CLA
DEO . FILIO . DVLCIS
SIMO . BENEMEREN
TI . FECERVNT . QVI
VIXIT . ANNO . VNO
MENSIB . VII
DIEBVS . V

10

D.M.SYNCRETO AVG.LIB.FECIT.ET ARIA.SVCCESSA PATRONO.BENE MERENTI	D M HERMADION AVG.LIB.V.AN X L

Apud

Apud eumdem.

1

L . TVCCIVS
Ɔ . L . EROS
TVCCIA . L. L .PRIMA

2

M . TVLLIVS . M . L
.LATINVS

3

LIBERTORVM
ET . FAMILIAE
M . VALERI . EVPORI . ET
VALERIAE . EPICTESIS

4

D M
VALERIAE . CIVI . . . .
CONIVGI . INCOM
PARABILI . AELIVS . P
ARAMONVS . MARI
TVS . FECIT . ET SIBI . E
T . SVIS . LIBERTIS . LIBE
RTABVSQVE . POSTE
RISQVE . EORVM

5

DIIS
MANIBVS . VALERIAE
EMERITAE . VIX . ANN . XVI
IANVARIVS . FRATER . SORORI
DVLCISSIMAE . ET . AMANTISSIMAE
FECIT . S . T . T . L

6

D M
VENVSIANVS . QVI
VIXIT . ANNIS . VI . MEN
V . ET . AESTERCORIAE
SORORI . EIVS . QVE . VI
XIT . AN . VIII . ET MEN
SIS . VIII . MARCIA
NVS . ET . FELICITAS . FI
LIS . BENEMERENTIB
FECERVNT

7

C . VELITERNIVS
C . L . ATTICVS
VELITERNIA . CC . L
EROTIS
C . VELITERNIVS . CC . L
NIGER
L . VELITERNIVS . CC . L
ATTICVS
IN . FR . P . XS . IN . AG . P . XIIS

8

T . VIBIVS . T . L
CERDO . OLLAM
DONAVIT . CLODIAE . FIL

9

M . VIGELLIVS . SATVRNINVS . V . A . XVI
M . VIGELLIVS . FELIX . V . A . XLV
VIGELLIAE . LYCORIDI
VIXIT . ANNIS . XXX
M . VIGELLIVS . RESTITVTVS . VIXIT
ANNIS . II

Apud eumdem.

1

D M
VIENNIAE . L . F
MAXIMILLAE
CONIVGI
KARISSIMAE

2

VISIDIA . M . L . RVFA
SIBI . ET . VIRO
L . ACTIO . NICOMEDI

4

BENEQVE
SQENTI
☧ FRATRI . BAC
CHYLO . IN . PACE
FRAT . . .

3

MANIBVS . SACRVM
Q. VOCONIVS . PHOEBVS
FECIT . SIBI . ET . VOCONIAE
DAMALI . VXORI . CARIS
SIMAE . ET . LIBERTIS . LIB
ERTABVSQVE . POSTERIS
QVE . EORVM . IN F . P . XII
IN . AG . P . XV

5

VI . IDVS . DECEMBRE . DEFVNC
TVS . ES . ADBENTVLVS . QVI . BIXIT
ANNOS . II . MESIS . X . ADBEN
A . BIXET . . . .

6

ERENI . QVE . VIXIT . ANN
P . M . XLV . CVM . CVPARE
SVO . FECIT . ANNVS . VIII sic
QVE . RECESSIT . III . NONIN
. . . PACE . SVB . DAMASO . EPISCO

7

In Diaconia S. Mariae in Cosmedin.

. . . S . C
CENSORES
LOCA . A . PILIS . ET . COLVMNIS
QVAE . A . PRIꟽATIS
POSSIDEBANTVR . CAVSA
COGNITA . EX . FORMA . IN
PVBLICVM . RESTITVERVNT

8

Prope Montem Pietatis.

M . LIVIVS . AVG . L . SECVNDIO
ACCENSVS . DRVSI . CAESARIS
ET . ALVMNVS
M . LIVIVS M . F . POL . MACEDONIC
IVLIA . TERTVLLA . VXOR
M . LIVIVS . M . L . PROSPER

9

In Villa Alberonia.

P . VETTIO . VITALI
VET . AVG . MISSO
HONESTA . MISSIONE
EX . COHORTE . III . PR . ET
FORTVNATAE . EIVS
C . PONTIVS . SATVRNINVS
MIL . COH . III . PR . >
VAGELLANI
TESTAMENTO . EIVS
ARAM . FACIENDAM sic
PONI . CVRAVIT

In Villa

1

In Villa Sacchetiana.

. . . .

PII . FELICIS . INVICTI . AVGVSTI
GERMANICI . MAXIMI . BRITANNIC
MAXIMI . PERSICI . MAXIMI
TRIBVNICIAE . POTESTATIS
COS . PATRIS . PATRIAE
PROCONSVLIS
PONTEM . LAVRENTIBVS
ATQVE . OSTIENSIBVS
VETVSTATE CONLAPSVM
RESTIT . . . . .

Galerii Maximiani nomen supple. Persicos non memini Imperatores dici nisi in Doniana pag. 129. eidem Galerio dicata: Parthici antea nuncupabantur. De Maximiano nostro Aurelius Victor: *Provincia credita Maximiano Caesari, uti relictis finibus in Mesopotamiam progrederetur, ad arcendos Persarum impetus.*

2

In arce Mondragonis.

NYMPHIS . SANCT . NOVIS . REPERTIS
IN . VILLAM . SVRDINIANAM . AMEMPTI
CAES . ET . ORCIVIAE . PHOEBES . ET . RHODINI . LIB
. . . . DEDVCT . AD . EAM . VILLAM . QVAE . ET
IPSAE . MAIESTATI . SVAE . SE . DEDERVNT
IMP . CAESARE . VESPASIANO . III . M . COCCEIO . NERVA . COS

Exscripsit olim Petrus Andreinius V. Cl.

3

Prope D. Laurentium in Lucina.

. . . . SAR . . . . VI . . . .
. . . . GVSTVS
. . . NTIFEX . M . . . . VS
. . P . XII . COS . XI . TRIB . POT . XIV
AEGVPTÓ . IN . POTESTÁTEM
POPVLI . RÓMÁNI . REDÁCTÁ
SÓLI . DÓNVM . DEDIT

In basi Obelisci maximi Romae nuper effossi. Ut inscriptionem habeas integram, vide Grut. 32. 1. eadem scilicet Obelisco supponitur ad Populi portam erecto, quem Gruterus in campo Martio olim stetisse putavit, a Boissardo deceptus. Inscriptio in alia basis facie iteratur: utrobique iidem accentus.

4

Recens erutam misit
Cl. P. Franc. Blanchinius.

D M
DEMETRIO
AVG . VER . VIXIT
AN . III . M . VIIII
D . XII . FELIX . AVG
VER . ET . PACATA
AVG . LIB . F . DVLC
ISSIMO . FEC

5

IMP . CAES . M . AVREL . ANTONIN . ALBAN
SVB . CVRA . EVPORI . AVG . LIBERTI . PROC

Tubus plumbeus in villa Barberina repertus.

Apud

In ſplendidiſſimo Capitolii Muſeo novo; cuius vix hae mihi reliquiae ſuperant, quamvis inſcriptiones illas univerſas diligentia ſumma Seguierius meus, me inſpectante, & collaborante exſcripſerit. Tulit alter honores, qui eas nec vidit umquam, ſed ab aliis alibi tunc diſperſas accepit: quod tamen nec improbo, nec doleo, ſummis enim eius in literariam Rempublicam meritis debentur omnia.

1

...LIAE. SEVERAE. M
...MAE. AVG. N
...CASTRORVM. P
...AC. PATRIAE

2

DOMINO. RERVM. HVMANARVM. VALENTI..
. . . .

3

. . . .

.....S	ARRE	T
.....S	NARNI	A
.....S	TARQVI	N
..IANVS	REAT	E
....VS	ALBAPO	M
....VS	VTHIN	A

..ONI

COS

....VS	LARIN	O
....VS	OSTI	S
.....S	CARTHA	G

COS

.....S	LARIN	O
.....S	SAEPI	N
.....R	AMER	I
....VS	ARRE	T
...TIV..	VETT	O

COS

.....S	ATES	T
.....S	ARRE	T
.....S	ACER	R
.....S	AES	E

COS

. . . .

4

D M
LARTIDIAE. PROCVLAE. T. F
DOMINAE. OPTIMAE
ET. SANCTISSIMAE
SVIQVE. AMAN
TISSIMAE. ET
CLA.......
C. IVLIVS. HELIO
DORVS. FECIT

5

. . . .
ET. M. GAVIVS. EVNVS
FECER. FILIAE. DVLCISSIM
QVAE. VIX. AN. VI. M. VIII
PARENTES. INFELICISSIMI

6

VIXIT. AN. X...
IVCVNDA. SVEIS
GRATISSIMA. AMICIS
OMNIBVS. OFFICIOSA
FVIT

7

D M
FLAVI. NARCISSI
FLAVIA. HELENE
CONIVGI
B. M. F

8

EX. TESTAMENTO
FIERI. IVSSIT. HS. XX
ARBITRATV
ALYPI. L

9

D M
DIONYSIO. FEC
L. IVLIVS. DIONYSI
VS. ET. IVLIA. COMI
CE. MATER. FILIO
PIENTISSIMO
VIX. ANN. VIII
D. XX

10

MEMORIAE
T. FLAVI. EVCARPI. AVONCVLI. C. IVLI. EROTIS

11

Romae an. 1733. eruta.

D M
C. IVLI. VNIONIS
C. NASENNIVS
PLEBEIVS
ET. P. SETINVS. LVPER
CVS. HEREDES
FECERVNT

12

In Muſeo Barberino.

AVRELIVS. VICTORINVS
MIL. COH. XII. VRB

Hac literae ad oram ferreae caſſidis habentur: diſcimus urbanas Cohortes ferratas fuiſſe.

Ae-

Aenea lamina apud Marchionem Macaranium.

IMPP · SEVERO · ET · ANTONINO · AVGG
BRITTANICIS.PP.ET.IVLIAE.AVG.MATRI.AVGG.ET.CASTROR
. . . . versus integer deletus . . . .
C.V.II. . . . . II. COS. C. IVNIO. RVFINO. PR.C.IVNIO. BALBO. ꟻ. PR
M.VLPIO. CONSTANTINO. TR. C. ATTICIO. SPERATO. >
GENIO. >. II. QVI. FRVMENT. PVBL. INCISI. SVNT. KAL. MARTIS
DE.SVO.POSVERVNT.QVORVM.NOMINA.INFRA.SCRIPTA.SVNT.MILITES.FACT
ANVLLINO.II.ET.FRONTONE.COS

T SCVTRIV S.T.LIB.FAB.SABINIANVS.ROM. M.F. PR.K.IVN. MAGNO.PR.FPA D.X.T.CXL.IVKC
M.ANNIV S.M.FIL.FAB.PRIMITIV S.ROM. M.F.VIII.K.AVG. MAGNO.PR.FPA D.X.T.CXL.IVKC
T.FLAVIV S.T.FIL.MAEC.ALEXANDER.NEAP. M.F. VIII.K.AVG. MAGNO. PR.FPA D.X.T.CXL.IVKC
A.CERVIDIV S.A. FIL.IVL. REPOSTV S.VTIN. M.F.VIII. K.AVG.MAGNO.PR.FPA D.X. T.CXL.IVKC
L.LAELIV S.L.LIB.THARS.IVLIANVS.CILIC. M.F.VIII.K.AVG.MAGNO.PR.FPA D.X.T.CXL.IVKC
Q.VALERIV S.Q.FIL.IVL. FELI X.KARTH.M.F.VIII.K.AVG.MAGNO.PR.FPA D.X.T.CXL.IVKC
C.SATRIV S.C.FIL.FAB.NEPTINALIS.ROMA. M.F.IIII.ID.AVG.MAGNO.PR.FPA D.X T.CXL.IVKC
Q.MINVCIV S.Q.FIL.ARN.FLAVIANVS.KARTH.M.F.XVI.K.NOV.MAGNO.PR.FPA D.X.T.CXL.IVKC
M.GARGILIV S.M.FIL.FAB.IANVARIV S.ROMA. M.F. VI.K.NOV.MAGNO.PR.FPA D.X.T.CXL.IVKC
M.CALVISIV S.M.FIL.VLP.FORTVNATVS.HADR.M. F. ID. NOV.MAGNO.PR.FPA D.X.T.CXL.IVKC
T.MVCILIV S.T.FIL. ZOSIMV S.MACED.M.F.VIII.ID.DEC.MAGNO.PR.FPA D.X.T.CXL.IVKC
C.AVFIDIV S.C.FIL.ARN.RESTITVTVS.KARTH.M.F.VIII. ID.DEC.MAGNO.PR.FPA D.X.T.CXL.IVKC
M.ARRIV S.M.FIL.FAB.CASTO R.ROMA. M.F.VIII.ID.DEC. MAGNO. PR.FPA D.X.T.CXL.IVKC
IT. L.CASSIV S.L.LIB.AGON.LEPIDVS. REGIO. M.F.IIII.K.IAN. MAGNO.PR.FPA D.X.T.CXL.IVKC

SEVERO.ET.VICTORINO.COS

Q.SOSIV S.Q.LIB.IVL.THEOMNESTVS. REGIO.M.F.K.FEB. MAGNO.PR.FPA D.X.T.CXL.IVKC
D. L.SEPTIMIV S.L.LIB.FAB. HYGINV S. ROMA.M.F.ID.FEB.MAGNO PR.FPA D.X.T.CXL.IVKC

ITEM. PRINCIPALIBVS. QVIBVS. HONOREM. HABVERVNT
P. TVTICANO. HERMETI. Ꞵ. PR. P. AELIO. STEPHANO. LIBR. I. D
T. CORNELIO. HONORATO. VEX. >. L. CORNELIO. HERCVLANO.OPT. >
M. SENTIO. VITALI. TESS. >. CVRA. AGENTE
P. CORNELIO. L. F. HONORATO. VEXIL. >
ET. L. CORNELIO. L. F. HERCVLANO. OPT. >

Eximia haec inscriptio in nulla ex magnis collectionibus reperitur: unice in Fabretti Columna Traiana exhibetur, qui liber non omnibus praesto est. Illius etiam exemplar apud me est, celebris Francisci Blanchinii manu ab autographo diligenter desumptum, ex quo emendationem hausi magni momenti; ubi enim Fabrettus BRITTANICA PS. quae explicari nequibant, Blanchinius BRITTANICIS PP. Brittanici tum Severus, tum Caracalla dicti sunt. Utriusque προτομαὶ laureatae in summa tabula, interque illas exiguo veluti numismate, Geta effictus: Aquilae similiter cum fulminibus plures. Versus tertius erasus fuit integer, & in quarto Getae iterum Consulis nomen, cuius tamen dignoscuntur vestigia. Plura discimus ex hac lamina, itemque ob eam in quasdam difficultates incidimus, de quibus alibi.

Subſequentes uſque ad Graecas excerptae ſunt ex adverſariis ampliſſimis doctiſſimi Franciſci Blanchinii, qui e prototypis monumenta quam plurima deſumpſerat, & ubi tanti eſſent, picturas etiam, anaglypha, & ſimulacra facili, expedita, & graphidis valde perita manu delineaverat. Ex iiſdem adverſariis ſex ampliſſimas nec adhuc vulgatas erui, quas in Scriptorum Veronenſium calce vulgavi.

Apud ipſum Blanchinium V. Cl. ſimul cum quinque ſubſequentibus.

1

D . M
M . VLPIVS . M . F
IVL . VERVS
EMONA
MESOR . COH
III . PR . V . AN
XXIX . M . II
D . VII

2

Q . MODIO . Q . F . PROCVLO . . .
LAVRENTIVM . LAVINATIVM . . .
RIALAE . DELICIAE . MAIOR . . .
EX . TESTAMENTO . SVO . MONVM . . .
DE . HS . C . MIL . N . EROGARI . PRAECEPI . . .
ET . HEREDES . PATRONO . BENEMEREN . . .
. . . ADHIBVERVNT . QVI . VIXIT . ANNIS . . .
. . . D . XI . HOC . MONVMENTVM . SEQVETVR . . . .
. . LIBERTASQVE . POSTERISQ . EORVM . H . M . . . sic

3

D M
AVRELIAE . MAGNAE . CONIVGI . CARIS
SIMAE . QVAE . MECVM . CONVIXIT . ANN
XXXV . AVR . ALEXANDER
CON . . . . . .

4

EX . PR . AGATHYRSI . AVG . LIB
GLABR . ET . HOMVLO . COS

6

In villa Iuſtiniana.

ANTEROS . BONAE . DEAE
DONVM . DEDIT

Ara in qua ſerpens.

7

Gentiani apud PP. Cappuccinos.

CN . RICINIO . CN . F . PVP . PERSAE . SCR
TR . MIL . AVONCVLO
POMPONIAE . L . F . RVFAE . MATRI
THORIAE . A . F . AVIAE
L . ALBIVS . L . F . FAB . RVFVS . SCR . AED
QVINTIAE . L . F . RVFAE . VXORI

5

DOMNIONI . BENEMERENTI
QVI . VIXIT . ANN . XL . MEN . VIIII
D . V . IDVS . OCT . IVLIANO . IIII . ET . SALLVSTIO
COSS

In Mu-

In Museo Cardinalis Albani.

1

CLODI
HERMO
GENIAN
I.V.C.EX.P
EFECTO
VRBI.DE.O
RTVM.IP
SIVS
SVM

2

DE.ORTVM
OLIBRI.V.C
SVM.PRE
FECTI.PR
ETORIS.N
OLI.ME.T
ENERE
NON.T
IBI.EX
PEDET

Servis de fuga suspectis lamellae ad collum appendebantur sic loquentes: *Tene me quia fugio* &c. Æreas autem hasce tabellas canum hortos custodientium collaribus infixas fuisse puto, ne surriperentur, vel ut in alicuius domum fortuito si devenissent, ob reverentiam illustris ac potentis domini remitterentur. *De ortum*, hoc est *de horto*.

4

In Villa Bosia.

LEONTIVS.ET.FLAVINVS
HARVSPEX.AVGG
PONTIFEX.DICTATOR
ALBAN.MAG.PVBLICVS
HARVSPICVM.ORDINI
HARVSPICVM.EX.D.D

3

In Villa Montalti.

..IMO.NVMERIO.AV...
..R.EQ.R.ALLECTO.IN...
..CAND.LEG.PROV.BA...
..OANDI.SACERD.IVN...
..PERC.CVR.CIVITATE...
..IN.EOR.MIN.VSVI.ID...
..ODO.CALCHIDICVM...
..OLLAPSAM.RENOVA...
..AM.HYPOCAVSTAM.N...
..NSTANTE.EXTRVI.C...
..VETVSTATE.CONLA...
..FORMARI.ET.EXCOLI...
..OLEARIAM.PECVN...
..INSTITVERE.ENISVS.S...
..NNON.VR.PR.ANT.ACVTI...
..QVO.ET.IPSO.PETENTE.S...
..AETERNAM.INMVN...
..T.QVOD.INMVNIT...
..CTO.AD MVNERA.VO...
..VPPLICANDO.MA...
..RIT.ET.QVOD.DE...
..INVICTIS.PRIMO...
..IVVET.ET.QVOD.O...
..M.ETIAM.K...
....

5

In viridario Ducis Caesarini.

M.AVR.MVCIANO.MIL.COH.VI.PR.>
ALEXANDRI.VIX.ANN.XXVIIII
MIL.ANN.VI.HORIVNDVS.EX
PROVINCIA.DACIA.C.VIRIVS
VRBICVS.HER.COMANIPVLO
B.M.F

Vir armatus cum hasta in sinistra, sceptro in dextera, & parazonio, & sago militari.

6

In vinea Galliana.

D M
C.PVBLICIVS.ILARVS.ET.CO
RNELIA.IANVARIA.SE.BIBI.CON
PARABERVNT.MVNIMENTV.VIRGINE
LIBERTIS.LIBERTABVSQVE.POSTERIS
QVE.EORVM

1

In Vinea Monachorum S Pauli.

D M

FLAVIAE . PRIMAE . FECIT

sic T.FLAVS.DAPHNVS.VERNAE

SVAE . Q. V . A. XII . M . VIII . D. XXV

ET . SIBI . ET . FLAVIAE . EVFRO

SYNE . CONIVGI . SVAE . ET . L

LABERIO . HERMETI . COGNA

TO.SVO.ET.CASSIAE . SYNEIHE

AMICE . OPTIME . ET . LIBER

TIS.LIBERTABVSQVE.EORVM

H . M . H . N . S

2

In Coenobio SS. Io. & Pauli.

In ſarcophago marmoreo ad uſum fontis in officinam culinariam tranſlato.

HIC . DORMIT . LVCAS

AGATHENSIS . GENTIS . ALVMNVS

FVNCTVS . IN . HAC . AVLA

CARDINIS . OFFICIO

IVSTITIE . FONS . MVN

DITIE . VAS . LEX . PIETATIS

LVX . ET . . . . . DE

VIA . SPES . MISERIS

VT . VOLVIT . DEVS . HVNC

MVNDI . FINIRE . LABORES

SVSTVLIT . IPSE . ANIMAM

ET . REDDIDIT . OSSA . MICHI

3

In Hortis Barberinis Quirinalibus.

VICTORIAE. . . . .

. . . .

PII . FELICIS . AVG . ET. . .

. . . .

. . . . MILITES.LEG.II

PARTH . . . .

AET.Q.M.COCLATINO.AD

VENTO.COS.QVORVM.NOMI

NA.CVM.TRIBVS.ET.PATRI

IS.INSERTA.SVNT.DEVO

TI.NVMINI.MAIESTATI

QVE EORVM.D.X.KAL.AVG.PERE

GRINO.ET.AEMILIANO...

..ET.EVOK . AVGG .NN. CVRA . AGE

NTE.POMPONIO.IVLIANO.LEG.EIVS

4

MARCIAE . OTACILIAE . SEVERAE

SANCTISSIMAE . AVG

MATRI . CASTRORVM

SENATVS.AC.PATRIAE

5

In hortis Perettianis.

SOLI.INVICTO

MITHRAE

VICTOR . VILICVS

PRAEDIOR . MAECILIANOR

D . D

. . . SACERDOTI . . .

M . STLACCIO .RVFO

DEDICAVIT . IIII . ID . APRIL

IMP . COMMODO .COS

CVRANTE . HERMETE

CONSERV

6

In aedibus Roſpiglioſorum.

DOMINAE . MATRI

VAL . MAXIMILLAE

NOB . FEM

VAL . ROMVLVS . C . P

PRO . AMORE

ADFECTIONIS . EIVS

MATRI . CARISSIMAE

Ae-

1

Aeneae tabulae fragmenta in Museo Princ. Burghesii.

. . . .
DruSI.CAESARIS.IN.CVR
Ti CAESARIS.AVGVSTI
... M.DIVINAM.PAREN
.. RINCEPS.AVTEM.NOS
.. VERTIT.STVDIVM
.. STATVA.EQVES
.. CVR
...pub LICA
.. OREO
.. OTI
.. DIFICASSET
.. O.IN.QVO
.. CAESARIS
.. STATVA
.. S.EIVS

..CAE.QVAS.CIVIVM.ROMANORVM ..
.. LVDOS.FIERI. ALIVDVE. QVOD..
.. ANOS.CIRCIENSES.FIERI.SOLE...
.. NERETVR.INQVE.EO.HOC.S...
.. ARBITRARI PONTIFICES.E...
.. OLLEMNIBVS.IN.CIRCVM...
.. CONSVETVDINEM.CELE...
.. D.PONTIFICES. AVGVR...
.. CREATI ....
.. T. ITAQ....

. . . .
CVIVS
HABITV
TEMPORIS
EQVESTRIS.QVOQ.O..
LEM.DOLOREM.PVB...
NENDI.PLVRIMOS.FI...
DRVSI.CAESARIS.CONSE...
CAESARIS.IN.LVPERCALI.F...
VTIQVE.CLVPEVS.ARGENTEVS.C...
RENTVR.IDIB.IVL.CVM.TITVL..
ESSE.DRVSO.CESARI.TI.CAESA..
VTIQVE.OMNIBVS...ATRIS...
CAESARIS.NOMINA...
PLAEBIS.QVOQVE.VRBANAE.Q...
RITATEM.QVAE.NIHIL.R...
TA.MODVMQ.TEMPOR...
PLEBI.VRBANA...
QVAM...
V...

2

DIS MANIBVS
CANTIAE. PRISCILLAE
CONIVGI. KARISSIMAE
FECIT
HERMES. CAESARIS. SER
RVSTICIANVS

3

In Villa PP. S. I.



Cippus in Castro Praetorio effossus anno MDCCVI· cuius priora tantùm verba Novus Thesaurus profert. Vestigia apparent characterum elegantioris formae prius insculptorum, quibus abrasis inscriptio haec superinducta, novis literis incisis, & minio coloratis. Post Valerii nomen Licinius, & Dalmatius legebantur puto, Licinio exinde post eius mortem obliterato.

In Museo Capitolino.

ΣΕΜΝΗΝΠΗΝΕΛΟΠΗΝΟΠΑΛΑΙΒΙΟΣΕΣΧΕΔΕΚΑΙΝΥΝΣΕΜΝΗΝΦΗΛΙΚΙΤΑΝΟΥΤΑΧΑΜΙΟΤΕΡΗΝ
ΒΟΥΛΟΜΕΝΗΣΔΕΘΑΝΕΙΝΑΝΔΡΟΣΠΡΟΤΕΡΗΝΣΦΕΤΕΡΟΙΟΕΚΛΥΕΣΩΔΑΙΜΩΝΠΟΛΛΑΚΙΣΕΥΧΟΜΕΝΗΣ
ΤΟΙΓΑΡΤΟΙΚΑΙΕΜΕΙΟΔΙΚΑΙΟΤΕΡΗΝΟΠΑΚΟΥΣΟΝΕΥΧΟΜΕΝΟΥΠΛΟΥΤΩΝ
ΑΙΕΙΣΑΙΔΑΟΠΕΡΗΣΩΕΥΡΕΙΝΤΗΝΙΔΙΑΝΦΗΛΙΚΙΤΑΝΠΑΡΑΣΟΙ
ΚΛΑΥΔΙΟΣΙΗΤΗΡΑΓΑΘΕΙΝΟΣΤΗΝΔΕΑΝΕΘΗΚΕΝΕΙΚΟΝΑΦΗΛΙΚΙΤΑΣΜΑΡΤΥΡΑΣΩΦΡΟΣΥΝΗΣ

Cum in exemplo meo tertii pentametri dimidium, & ſubſequentis item hexametri, deſiderari cernerem, incaute praetermiſiſſe putavi, dum exſcriberem. Eapropter ad P. Joſephum Blanchinium V. Cl. literas dedi, deprecans ut marmor conſuleret: quod ille, quae ſua humanitas eſt, ſtatim praeſtitit, & neque iota unum in tranſmiſſo exemplo meo deficere, certiorem fecit. Sculptori igitur imputanda defectio, cui ut occurrerem, ac ne hiulco epigrammate Poetarum animos alienarem, ſupplevi utcumque.

Σεμνὴν Πηνελόπην ὁ πάλαι βίος ἔσχε δὲ, καὶ νῦν
Σεμνὴν Φηλίκιταν οὐ τάχα μιοτέρην·
Βουλομένης δὲ θανεῖν ἀνδρὸς προτέρην σφετέροιο
Ἔκλυες ὦ Δαίμων πολλάκις εὐχομένης.
Τοιγάρτοι καὶ ἐμεῖο δικαιοτέρην ὄπ᾽ ἄκουσον
Εὐχομένου πλούτων πολλάκις, οὐ προθανεῖν,
Ἀλλ᾽ ὅπου ἂν θανέω, καὶ εἰς ἀΐδαο περήσω,
Εὑρεῖν τὴν ἰδίαν Φηλίκιταν παρὰ σοί.
Κλαύδιος ἰητὴρ Ἀγαθεινὸς τήνδ᾽ ἀνέθηκεν
Εἰκόνα Φηλίκιτας μάρτυρα σωφροσύνης.

Penelopen antiqua aetas celebravit honeſtam,
Haud minor hac noſtra Felicitas reſonat.
Linquere cum vitam cuperet carum ante maritum,
Audiit orantem ſaepe, deditque Deus.
Ergo meam quoque Pluto audi, quae iuſtior illa
Prex eſt, dum non ut praemoriar rogito,
At cum decedam, ſedeſque inviſam Acherontis,
Te prope ut aſpiciam coniugis ora meae.
Claudius hanc Medicus poſuit moerens Agathinus,
Teſtem virtutis coniugis, effigiem.

In co-

1

In eodem Museo.

ΟΠΟΤΕ ΠΛΟΥCΙΟC
ΠΕΡΙ ΤΕΚΝΑ ΝΥΝ
ΚΑΚΟΝ ΚΑΚΩC
ΤΗΡΩΝ ΩC ΤΑΝΤΑΛΟC
. . . .

Qui aliquando filiorum dives fuit, nunc malum male servans, sicut Tantalus . . .

2

In Museo Collegii Romani.

ΘΕΟΙC ΚΑΤΑΧΘΟ
ΝΙΟΙC
Γ. ΙΟΥΛΙΩΙ
ΑΓΑΘΩΝ
ΑΥΔΗΤΩ CΥΝΓΕ
ΝΙ
ΖΗCΑΝΤΙ. ΕΤΗ. Ις
ΜΗΝΑC Η
ΗΜΕΡΑC ΚΑ
ΕΥΨΥΧΙ

D M
C. Iulio Agathoni
Laudato Affini
Qui vixit annos XVI
Menses octo
Dies XXI.
Bono animo sis

3

In eodem.

Θ Κ
ΤΙΤΩΑΙΛ
ΕΥΤΥΧΙΩ
ΝΙΥΙΩΓΛΥ
ΚΥΤΑΤΩ
ΖΗΣΑΝΤΙ
ΕΤΗ ΛΓ

Tito Aelio Eutychioni filio dulcissimo, qui vixit annos XXXIII.

4

In eodem.

Θ Κ
ΕΝΘΑΔΕΚΕΙΜΕΑΝΑΥΔΟΝΑ
ΠΝΟΥΝΞΕΝΟΝΕΝΘΑΔΕΚΕΙ . . .
ΠΑΙΔΙΟΝΕΚΠΡΟΛΙΠΩΝΓΛΥΚΕ . . .
ΦΑΟC ΑΕΛΙΟΙΟ ΖΗCΑCΜΕΝ . . .
ΤΑCΕΓΩ . . . . ΑΙΔΥΟΜΗ . . .
. . ΔΟΜΑΔΑC ΔΙCCΑCΜΟ . . .
. . . . ΟC ΕCΧΟΝ ΕΚΠΡΟΛΙΠΩ . . .
. . ΑΤΡΑΝ CΙΝΩΠΗΝ ΤΩΔΠΡΟΚΕΙ
. . ΑΙΤΥΜΒΩ ΕΠΙCΤΗΛΗCΚΕΧΑΡΑΓΜΕ
. . ΟΝΟΥΝΟΜΑΤΟΥΜΟΝ ΚΟΡΝΟΥΤΙΩΝ
ΚΑΤΑΚΕΙΜΕΛΙΠΩΝ ΠΕΝΘΟC ΓΟΝΕΟΙ
CΙ ΤΑΜΑΔΕΝΗΠΙΑΧΟΥΔΑΚΡΥΑ ΠΛΗ . .
ΑΧΕΡΟΝΤΙΔΑ ΛΙΜΝΗΝ ΔΙΟΔΩΡ . . .
ΤΩ ΙΔΙΩ . . . .

Ἐνθάδε κεῖμαι ἄναυδον, ἄπνουν ξένον, ἐνθάδε κεῖμαι
Παιδίον ἐκπρολιπὼν γλυκερὸν φαὸς ἀελίοιο.
Ζήσας μὲν λυκάβαντας ἐγὼ δύο καὶ δύο μῆνας
Ἑβδομάδας δισσάς. μόνον ὥρας ἤματος ἔχον,
Ἐκπρολιπὼν πάτραν Σινώπην τῷδε πρόκειμαι
Τύμβῳ, ἐπὶ στήλης κεχαραγμένον οὔνομα τοὐμὸν
Κορνουτίων κατάκειμαι λιπὼν πένθος γονεῦσι
Τάμα δὲ νηπιάχου δάκρυα πλῆσ᾽ ἀχεροντίδα λίμνην
Διόδωρ . . . τῷ ἰδίῳ υἱῷ.

Hic iaceo exanimis, sine voce hic heu iaceo, hospes,
Amissa Solis praedulci luce, puellus.
Annos exegi vivens duo, adhuc duo menses,
Hebdomadas binas, aliquas vix insuper horas.
Deserui Synopen patriam; proiectus in istum
Sum tumulum, in parvo hoc insculpto nomine cippo,
Cornutius, luctu his qui me genuere relicto,
Infantis lacrimis Acherontia stagna replevi.

Apud

1

Apud V. Cl Franc. Blanchinium.

ΓΝΑΙΟϹ ΚΛΑΥΔΙΟϹ ΕΥΤΥΧΗϹ ΘΕΩ ΜΕΓΑΛΩ
ΒΡΟΝΤΟΝΤΙ ΔΩΡΟΝ ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Gn. Claudius Eutyches Magno Deo Tonanti donum obtulit.

3

Olim apud M. Ant. Sabbatinum Antiquarium eximium.

ΔΑΙΜΟϹΙΝ ΕΥϹΕΒΕϹΙΝ ΓΑΙΟΥ
ΙΟΥΛΙΟΥ ΚΑΡΑΚΟΥΤΤΙΟΥ
ΠΟΙΗϹΕΝ ΚΑϹΙΑ ΤΩ ΤΕΙΜΙΩ
ΚΑΙ ΑΞΙΟ ΑΝΔΡΙ
ΠΑϹΙ ΦΙΛΟϹ ΘΝΗΤΟΙϹΕΙϹΤΑ
ΘΑΝΑΤΟΥϹΔΕΙϹΙΔΑΙΜΩΝ
ΚΟΙΜΑΤΑΙ ΚΑΡΑΚΟΥΤΤΙϹ
ΕΧΩΝ ΜΝΗΜΗΝ ΔΙΑΠΑΝΤΟϹ
ΤΕΡΨΑϹ ϹΥΝΚΛΗΤΟΝ ΜΑΤΡΩ
ΝΑϹ ΚΑΙ ΒΑϹΙΛΗΑϹ
ΕΥΦΡΑΝΘΕΙϹ ΕΦ ΟϹΟΝ ΜΟΙΡΑΙ ΧΡΟ
ΝΟΝ ΩΡΙϹΑΝ ΑΥΤΩ
ΕΥϹΕΒΙΗϹ ΕΝΕΚΕΝ ΔΟΞΑϹΘΕΙϹ
ΚΑΙ ΜΕΤΑ ΛΗΘΗΝ

Δαίμοσιν εὐσεβέσιν Γαΐȣ Ἰȣλίȣ Καρακȣττίȣ
Ποίησεν Κάσια τῷ τιμίῳ καὶ ἀξίῳ ἀνδρί.
Πᾶσι φίλος θνητοῖς, εἰς τ' ἀθανάτȣς δεισιδαίμων
Κοιμᾶται Καρακȣ́ττις ἔχων μνήμην διαπαντός,
Τέρψας σύνκλητον, ματρώνας καὶ Βασιλῆας,
Εὐφρανθεὶς ἐφ' ὅσον μοῖραι χρόνον ὥρισαν αὐτῷ,
Εὐσεβίης ἕνεκεν δοξασθεὶς καὶ μετὰ λήθην.

Piis Manibus Cai Iulii Caracuttii
Cassia fecit honorando dignoque marito.
Omnibus acceptus magno erga numina cultu,
Perpetuo dormit Caracuttis in hocce sepulcro.
Reges oblectans, matronasque, atque Senatum,
Postquam hilare vixit, dum fata, Deique sinebant.
Obtinet ob pietatem etiam post funera laudes.

2

Apud eumdem.

ΦΛΑΟΥΙΟϹ
ΤΕΡΠΝΟϹ
ΚΙΘΑΡΩΙΔΟϹ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕ
ΥϹΕΤΩΝΚΖ
ΑΦΘΟΡΟϹ

Flavius Terpnus Citharoedus Alexandrinus annorum XXVII Incorruptus.

4

In Museo Collegii Romani.

ϹΟΥΛΠΙΚΙΑΕΥΨΥΧΕΙ
ΟΥΤΟΙΝΥΝΟΥΤΙΜ....
ΕΦΥΓΕΝΑΝΘΡΩΠΟϹ
....

Σουλπίκια εὐψύχει οὐ τοίνυν οὔτοι μοίραν ἔφυγεν ἄνθρωπος.....

Confide Sulpicia, non enim, non effugit fatum homo. Caetera nimis labefactata sunt.

5

In hortis Iustinianeis.

ΟΥΛΠΙΑ
ΛΑΙΔΙ
ΟΙΤΡΟΦΙΛΛΟΙ

Affero quamvis Novus Thesaurus attulerit, quia ibi *Trophilli* perperam redditur. Lege *οἱ τρόφιμοι alumni*, vel *adulti filii.* Ulpiae iotam surripuit scalprum. *Trope*

1

Prope S. Bibianam in Exquiliis.

ΚΛΑΥϹΑΤΕΠΑΝΤΕϹΕΜΟΝ . . . ΕΡΟ . . . .
ΡΟΝΟΙΠΑΡΙΟΝΤΕϹϹΤΑΝΤΕϹΕΜΗϹ . . . .
ΡΟΝΠΡΟϹΘΕΛΥΓΡΗϹϹΠΟΔΙΗϹ
ΚΛΑΥϹΑΤΕΤΗΝΔΥϹΤΗΝΟΝΕΦΗΜΕΓΑΠΕΝ . . .
ΕΧΟΥϹΙΝΝΥΚΤΙΚΑΙΗΕΛΙΩΔΥϹΤΟΚΕΕϹΤΟΚΕ . . .
ΗϹΖΥΓΟΝΟΥΚΕΙΔΟΝΤΟΓΑΜΗΛΙΟΝΟΥΔΥΜΕ
ΝΑΙΟΝΗϹΕ . . . ΟΙΝΟΧΑΡΗϹΠΡΟϹΘΕΜΕΝΩΝ
ΘΑΛΑΜΩΝ

Κλαύσατε πάντες ἐμὸν στυγερὸν μόρον οἱ παριόντες
Στάντες ἐμῆς μικρὸν πρόσθε λυγρῆς σποδιῆς.
Κλαύσατε τὴν δύστηνον ἐφ' ᾗ μέγα πένθος ἔχουσιν
Νυκτὶ καὶ ἠελίῳ δυστοκέες τοκέες·
Ἧς ζυγὸν οὐκ εἴδοντο γαμήλιον οὐδ' ὑμέναιον
Ἧς ἔται Οἰνοχάρης προσθεμένων θαλάμων.

Interitum plorate meum qui inceditis omnes,
Pauxillum stantes ante meos cineres.
Plorate heu miseram, miseri quam flere parentes
Moerore ingenti nocte, dieque solent.
Cuius amici optatos haud videre hymenaeos,
Nec sponte oblatos Oenocarae thalamos.

2

In Museo March. Capponii.

Θ Κ Χ
ΛΑΡΙϹ ΕΥ
ΚΑΡΠΟϹ
ΚΑΛΛΙΟΠΗ
ΤΗϹΥΜΒΙΩ
ΜΝΗΜΗϹ
ΧΑΡΙΝ

Diis Inferis
L. Aristius Eucarpus
Calliope
Contubernali
memoriae gratia.

3

ΠΑΡΘΕΝΙϹ
ΕΝΘΑΔΕΚΕΙ
ΤΑΙΑΓΗΡΑΤΟϹ
ΑΘΑΝΑΤΗΤΕ

Παρθενὶς ἐνθάδε κεῖται ἀγήρατος ἀθανάτη τε

Parthenis heic immortalis minimeque senescens.

Qui edidere, carmen esse non agnoverunt.

1

Inter Farnesianas.

ΕСΤΩСΔΙСΤΑΖΕΙС . . .
ΥΠΕСΤΙΝΤΩΔΥΠΟΤΥ . .
ΒΩ ΑΝΗΡΕΥΖΗСΑСΤΡΙС
ΕΤΕΩΝΔΕΚΑΔΑСΤΟΥ
ΝΟΜΑΠΟΛΛΟΦΑΝΗС
ΠΙСΤΕΙΜΕΓΑ....ΔΕΙΔΟ
ΞΗΟСΠΡΟΛΕΓΕΙΘΝΑΤΟΙС
ΕΥΦΡΟСΥΝΗСΜΕΤΕΧΕΙΝ
ΤΗΝΔΕΠΙΤΥΜΒΙΔΙΟΝ
ΤΟΥΤΩΘΗΚΕΝΧΑΡΙΝΟΝ
ΤΡΕΦΕΠΑΙΔΑΤΟΥΝΟ
ΜΑΚΑΙΤΕΧΝΗΗΝΗΝΔΙΟ
ΔΩΡΟСΟΔΕ

In quinto τούτῳ superfluit.

Ἑστὼς διστάζεις τὶς ὕπεστιν τῷδ' ὑπὸ τύμβῳ;
Ἀνὴρ εὖ ζήσας τρεῖς ἐτέων δεκάδας,
Τοὔνομ' Ἀπολλοφάνης, πίστει, μεγακύδεϊ δόξῃ
Ὃς προλέγει θνατοῖς εὐφροσύνης μετέχειν.
Τὴν δ' ἐπιτυμβίδιον θῆκεν χάριν ὃν τρέφε παῖδα,
Τοὔνομα καὶ τέχνην ἦν Διόδωρος ὅδε.

Ambigis inspectans, tumulus quem contegat iste?
Qui annorum exegit tres decades, hominem
Nomine Apollophanem, virtute, & nomine magno
Qui vita functos laetitiam docuit.
Funereum hoc ponit donum illi filius. Heic est
Qui Diodorus re, & nomine rite fuit.

2

ΜΑΞΙΜΟΣ ΕΓΡΑΨΕ

Vas fictile Etruscis persimile vidit Blanchinius nostras Neapoli in Museo Vallettiano, eiusque elegantem picturam multis figuris conspicuam, & Graeci Pictoris nomine, ut vides, condecoratam perite, ut solebat, delineavit.

3

Apud Ficoronium.

ΨΥΧΡΟΝΥΔΩΡΔΟΙΗСΟΙ
ΑΝΑΞΕΝΕΡΩΝΑΙΔΩΝΕΥС
ΩΜΕΛΑΝΗΒΗСΓΑΡСΟΙ
ΑΠΩΛΕΤΟΦΙΛΤΑΤΟΝΑΝΘΟС

Ψυχρὸν ὕδωρ δοίη σοι ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεὺς
Ὦ Μέλαν, ἥβης γάρ σοι ἀπώλετο φίλτατον ἄνθος.

Frigidulam iam porgat aquam tibi Pluto, Erebi rex,
O Niger, aetatis postquam flos est tibi raptus.

4

In hortis Ludovisianis
Statua elegantissima.

ΑΝΤΙΟΧΟΣ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΕΠΟΙΕΙ

5

Ibidem in alia.

ΜΕΝΕ
ΛΑΟΣ
ΣΤΕΦΑ
ΝΟΥ
ΜΑΘΗ
ΤΗΣ
ΕΠΟΙ
ΕΙ

6

In villa Matteia.

ΠΑΡΑΜΥΘΙΖΗСΑΙСΕΝΘΩ

Paramythi vivas in Deo.

Dum

Dum Graeca haec epigrammata exercent praelum, eruditione ac humanitate aeque conſpicuus P. Contucius Contucius S. I. ſubſequentes epigraphas ſelectas mittit, quae Collegii Romani Muſeo, cuius eſt amplificator, & cuſtos, ab eo tempore acceſſerunt, quo illas, quae antea ſunt exhibitae, exſcripſi.

1

D E O
S I L V A N O
D . D
A . AEMILIVS . FELIX

2

M . VLPIVS . AVG . LIB . FELIX . PRAE
CO . FAMILIAE . CASTRENSIS
ET . VLPIA . ARTEMIDORA . FECE
RVNT . SIBI . ET . LIBERIS . ET . LIBER
TIS . LIBERTABVSQ . SVIS
POSTERISQ . EORVM . ITEM
AGRICOLAE . CAESAR
N . SER . FILIASTRO . SVO
ET . VLPIAE . FELICISSIMAE
FILIAE . B . M . QVAE . VIXIT . ANN
V . DIEBVS . XXX

3

D M
M . AVRELIVS . AVG . LIB . BITHYNICVS
PRAEPOSITVS . COCORVM
VIVOS . SIBI . ET . AVRELI . HERM . . . .

4

M . AVRELIO . AVGG . LIB
ELPIDEFORO . EO . VIVO
CONCESSIT . LOCVM . DV
PLICEM . SARCOFAGVM
INTRANTIBVS . PARTE . DEXTRA
L . ARRVNTIVS . FELICISSIMVS

5

D M S
T . AEL . AVGG . LIB . SATVRNIN
PR . . . . BELGICAE
II . PROC
FISCI . LIBERTATIS . ET . PECVLIOR
TABVL . A . RATIONIBVS
TABVL . OSTIS . AD . ANNONA

6

. . . .
EADEM . FACERE . LICEAT . Q . . .
NON . ERIT . TVM . QVANTI . . .
EA . RES . IVSVE . EIVS . LOCI . Q . . .
IN . TER . ERIT . T . P . D . D . Q . M . . .
T . PINNI . HILARE . ET . A . TE . P . D . . .
HEREDIBVSQVE . VESTRIS . ET . . .
E . R . Q . D . A . P . P . HAEC . SIC . E . . .
STIPVLATVS . EST . C . ELEVR . . .
SPOPONDERVNT . T . PINN . . .
P . DECIMVS . EPAGATH . . .
ACT . VI . IDVS . M . . .
L . IVLIO . VRSO . SERVIANO
L . FABIO . IVSTO . COS

7

D M S
ERVCIO . AVG . N . ADIVT
TABVL . A . RAT . M . F . C
QVI . VIXIT . ANNIS
XXI . DIEBVS . XVII
FORTVNATVS . FRA
TER . ET . COLLEGA
FECIT

1

L . VISELLIVS . IA . . .
DECVRIALIS . D . . .
LICTORIAE . PO . . .
FECIT . SIBI . ET . V . . .
TATI . LIBERT . ET
LIBERTABVSQVE . P . . .
RISQVE . EOR . . .
H . M . H . EXT . . .

2

. . . L . F . RAVO
. . PRAEF . QVAESTORI
. . DATO . IMP . CAES
. . ELI . . . erasum . . . .
. . TONINI . AVG . PII
. . LICIS . PONTIFICI
. . IO . PALATINO . TRI
. . VIRO . MONETALI
. . F . F . SODALES
. . VLANI . OB . ME
. . . . NO

3

D M
SERVILIAE . POLLAE . F
QVAE . VIXIT . ANN . XII . D . XVII
FECIT
L . SERVILIVS . AGATHYRSVS
PATER . ET . SIBI . ET . POPILIAE
BERONICAE . CONIVGI . ET . SVIS
LIB . LIBERTABVSQVE . POSTERISQ
EORVM . HVIC . MVNIMENTO
INTERCEDET . LEX . NE . DONATIO
FIAT . QVOD . SI . QVIS . ADMISERIT
INFERET . AERARIO . P . R . HS . XXX . N

4

DIS . MANIBVS . L . POMPONIVS
ATIMETVS . FECIT . SIBI . ET . SVIS . ET
HELVIAE . NEREIDI . CONIVGI . BENE
MERENTI . ET . LIBERTIS . LIBERTABVSQVE
MEORVM . QVOS . TESTAMENTO . MEO . HONORAVI
ET . POSTERISQVE . EORVM

5

D M
M . LICINIO . MOSCHO
NEGOTIANTI . PERTICARIO
ET . CORNELIAE . PROCLAE
CONIVGI . POMPONIVS
OLYMPVS . FRATER . ET . FILV
MENVS . SOTAS . ZOSIMVS
LIBERTI . ET . HEREDES . FECER

7

D . M . S
AELIA . THEODORA . ET
IVLIVS . CATVLVS . VIVI
SIBI . FECERVNT . LIBERTIS
LIBERTABVSQVE . POSTERISQVE
EORVM
PETIERVNT . ET . REFECERVNT

6

Q . ATTIVS　　ΚΟΥΑΤΤΙΟ
ZOSIMVS . AT　　. . . . . . .
TIA . CLEOPATRA　　. . . ΤΙΑΚΑ
ΕΟΠΑΤΡΑ

Lamella aurea utrimque ſcripta.

8

C . ANTISTIVS
PHILARGVRVS
HAVE . ET . VALE

P. Iulio

1

P . IVLIO
A . F
OLYMPIO
SODALI
IVVENVM
L . D . D . D

2

SODALES
LVSVS
IVVENALIS

3

T . IVLIVS . .
TR . COH
VIIII . PR

In Lamina aenea.

4

Fragmentum cum Gruteriano 124. 1. *conferendum*.

. . . .
. . . ET . OPERIS . FACIVNDI. IBIQVE . VACCAM . HONORARIAM. ALBAM . AD . FCC . . .
IBIQVE . SACERDOTES . IN . TETRASTYLO. CONSEDERVNT. ET. EX. SACRIFICIO. EPVLATI.SVNT. SVM . . .TIS . .
SPICIS . VITIATIS . LVCVM . DEAE . DIAE . SVBMOTO. ASCENDERVNT . ET . PER . T . LIVIVM . EI . . .
IVLIVM . IVLIANVM. PROFLAMIN. AGNAM. OPIMAM. IMMOLARVNT. PERFECTOQVE. SACRIFICIO . . .
FECERVNT . DEINDE. CORONIS. INLATIS. SIGNISQVE. VNCTIS. C. CATELIVM. M. MODESTINVM. SAT . . .
. . . IVNDAS . MAG . ANNVM . FECERVNT . ET . CL . MODESTVM . FLAM . NOMINAVE . . .
. . . CVMBENTES . APVT . EGNATIVM . CAPITONEM . MAG . EPVLATI . SVNT . POST . EPVL . . .
. . . ASVIRA . CARCARES . ASCENDIT . ET . SEGMVM . QVADRIGIS . BIGIS . DESVLTORIB . . .
. . . ODESTINI . VICTORES . MIMIS . ET . CORONIS. ARG . HONORAVIT. ADFVERVNT . LVCC . . .

5

FISCO . BENEMERENTI . IN . PACE
DEPOSITVS . XII . KAL . IVNI . . .
. . . . ET . CONSTANTIO . C . . .

7

sic DATIVVS . FELICITAS . SA
E . VIVOS . EMERVNT . S
IBI . LOCVM A ☧ Ω

8

VERITAS
AMOR . ET
ANESTASE
TITVLOS
. . . .

E Coemeterio Hebraeorum extra Portuensem Portam.

6

D M
CALOTYCE . OCTABIANO . COIV
GI . BENEMERENTI . CVM . QVO . FECIT
ANN . XXX . QVI . BIXIT . ANN . L
DECESSIT . V . KAL . SEP
OCTABIANO . PACE

9

Romae e Schedis Fr. Blanchinii.

D M
M . NERATIO
BENIVOLO
PATRI . BENE
MERENTI . FECIT
NERATIA
TERTVLLA

Post Romanas in variis Italiae locis collectae exhibentur. Primo pereximias tres, quas cum numquam vulgatae fuissent, in lucem dedi, simul cum Epistolis affero, quibus expositae, atque illustratae sunt, nonnulla variis in locis addens, ac de novo inspergens ut iis, quae postmodum a doctis viris opposita fuere, faciam satis.

BARONI DE BIMARD

SCIPIO MAFFEIVS

S. P. D.

Idib. August. an. MDCCXXXII. *Verona.*



NIHIL mihi poterat iucundius accidere, quam ut literas acciperem a viro non genere tantum, sed & doctrina praestantissimo, qualem te hisce ipsis literis prodis. Primo quidem laetitia me affecere, quod Latinae essent. Macte proavorum nostrorum studiis, EGREGIE JUVENIS, & Romanam linguam eorum imitatione, ac exemplo neutiquam deseras. Non elegantiam tantummodo, & venustatem, sive, ut olim ille aliud laudans, *venustatum & venerum omnium amoenitates* (Plaut.) secum afferr, a quibus mirum est quam longissime absint vulgares dialecti; sed nescio quo pacto sententiarum etiam gravitatem, sanitatemque iudicii aut adducere secum videtur, aut inspirare: de lingua loquor qua Romanae eloquentiae pater, ceterique illius aetatis Scriptores sunt usi. Iam vero quod opellas meas tanto honore excipias, ac tot laudibus cumules, id quidem pro insigni humanitate tua facis. Ad Clementis Alexandrini, quam mihi curae esse putas, novam editionem exornandam, de doctissimi Cottelerii animadversionibus admones: gratias ago, ut par est, sed ego eiusmodi editioni manum admovere nolui, quae, ut opinor, nec peragetur. Nemausense ex Amphitheatrorum numero nequaquam exemi, ut videbis, cum meus de Amphitheatris liber ad te perferetur: ex eiusdem, quae ad me perlatae sunt, descriptionibus subdubitare tantummodo contigerat, num forte Theatrum fuerit μέγα κυκλοτερὲς πανταχόθεν, ut Pausaniae verbis loquar, (Pauf. lib. 5.) quod de Polano deprehendisse me, sub libelli finem exposui. Iam vero Nemausum adeundi cupiditas incessit; quod si praestabitur, quid iudicarim, te statim certiorem faciam.

Dissertationem adornare te de Romanorum Legionibus, Cohortibus, & Alis significas: dignum eruditione, dignum ingenio tuo argumentum. Cum vero *Diplomatum Historiam* percurreres, & quem tetigi, animadverteres nodum; qui factum sit, ut in Honestis Missionibus civitas Romana legionariis militibus concederetur, quos ut Legionibus nomen darent, cives Romanos iam fuisse oportebat, duo a me requiris: primum quidem quomodo ab eo me negotio expediam, cognoscere avens, num tecum faciam, & cum sententia conveniam tua: deinde ut Honestam Missionem tecum communicem, quam ibidem apud me habere professus sum, in qua clausula appareat a vulgatis hucusque Missionibus haud agnita, quae ad hanc enodandam difficultatem plurimum conferre possit. Morem statim geram, & libentissime utrumque praestabo.

EX maiorum quidem instituto & secundum leges, cives Romani tantummodo in legiones recipiebantur. Verum procedente tempore iis legibus derogatum nonnumquam esse, quaedam ex

ex iis ipſis, de quibus agimus, videntur monumenta oſtendere: inter Honeſtarum enim, quae etiamnum ſuperſunt, Miſſionum tabulas, unam aliquam Florentiae inter regia cimelia inſpexi, in qua *peditibus, & equitibus* dari civitas Grut. 574. 5. dicitur, *qui peregrinae conditionis probati erant*: & tamen iidem illi *in VIII Voluntariorum Civium Romanorum Cohorte militaverant*. Sertorius Urſatus Mon. Pat. pag. 45. legit Aquileiae in vetuſto lapide: *Locus Sepulturae Gentilium Veteranorum*. Gentiles autem barbari ſunt, & extra Romanum Imperium ſiti. Aegre profecto id caveri poterat; nam cum confeſtim ſupplendae aliquando Legiones eſſent, quae perquam diſſitis in locis ſtativa habebant, haud ſemper vacabat, illos unice ſeligere, qui civitate Romana fruerentur. Verumtamen ut plurimum etiamſi in provinciis militares homines perquirerentur, legi cavebatur tamen, nec ab antiquis moribus recedebatur; ſelectos ſiquidem ad ſtipendia milites ſimul faciebant, & cives. Ariſtidi praeclara haec notitia debetur, qui Romanos laudat, quod provincialibus militiae idoneis loco naturalis cuiuſcumque patriae Romanam civitatem darent: *ποιησάμενοι δὲ πολίτας, οὕτω καὶ στρατιώτας ἐποιήσατε, ὥστε τοὺς ἀπὸ τῆς πόλεως μὴ στρατεύεσθαι, καὶ τοὺς στρατευομένους μηδ᾽ ὁτιοῦν ἧττον εἶναι πολίτας. Civitate vero donata milites redditis, quo fit ut qui militant, Romani non ſint, & ſint nihilominus Romani cives*. Hinc eſt quod illos, in quorum gratiam hae tabulae confectae ſunt, quamvis remotis in regionibus natos, Romana nomina ac praenomina praeſeferre vidimus omnes. Fabrettus quidem V. Cl. Traiani Columnam illuſtrans, cum videret in huiuſmodi diplo- pag. 69. matibus *Veteranos* quandoque, *qui militaverunt in claſſe*, civitate donari, militantes in Claſſibus peregrinae conditionis fuiſſe, inferri poſſe autumavit; ſed perperam, ut mox patebit: cui tamen errori anſam etiam praebuit, quod Claſſiarii cum militibus claſſium ab omnibus permiſceri ſoleant. Quod autem ad propoſitum pertinet civitate in exordio militiae donatis diploma, opinor, nequaquam tradebatur, ſed tunc ſolummodo, cum impletis ſtipendiis honeſte dimitterentur. Alia inſuper ratio erat, cur militia expleta huiuſmodi reſcripta peterent, ut ex eorum contextu patet, & oſtendere paucis pergo.

Vetitum erat militibus uxores ducere: id me praecipue docuit eximius Dionis Imperatoris Claudii geſta enarrantis locus: *τοῖς στρατευομένοις, ἐπειδὴ γυναῖκας οὐκ ἐδύναντο ἔκ γε τῶν νόμων ἔχειν, τὰ* lib. 60. *τῶν γεγαμηκότων δικαιώματα ἔδωκε· militibus, quoniam ſecundum leges uxores habere non poterant, maritorum iura conceſſit*: noluit ſcilicet, ut & mulieribus carerent, & iis ſimul commodis, ac bonis quibus coniugio vinctos augebant leges, ornabantque. Uſque a vetuſtis temporibus *antelatos ſenioribus qui uxorem, quique liberos haberent* memorat lib. 2. c. 15. Gellius. In ſpectaculis quoque *maritis* (quamvis *e plebe*) *proprios ordines adſignavit* Auguſtus. Cum ergo nuptias celebrare militantibus haud liceret, ubi nihilominus celebrarent, conubium id non erat, ſed contubernium; neque pro legitima habebatur proles, neque filii ad patrum hereditatem vocabantur. His autem incommodis haec diplomata occurrebant, quae *Conubium* (ita in aeneis laminis hoc nomen perpetuo ſcribitur) vel *Ius Conubii* dimiſſis militibus largiuntur, cum unica tamen ſolummodo coniuge, & prima; *dumtaxat ſingulis ſingulas*; atque exinde liberis poſteriſque Civitatem indulgent.

Sed ulterius quiddam adhuc eſt. Civium Romanorum non niſi cum civibus rata coniugia erant. Ulpianus, conubium *uxoris iure ducendae facultatem* eſſe, docens, *Conubium*, addit, *habent cives Romani cum civibus Romanis; cum Latinis, & Peregrinis ita ſi conceſſum ſit*. Propterea in ea Miſſione, quam Bel- In Veſtig. Vet. Rom. lorius edidit, militum filiis primo Romana civitas datur, *quos ſuſceperint ex mulieribus, quae ſecum conceſſa conſuetudine vixiſſe probatae ſint*. Ubi vero qui militiae nomen dederant, in provinciis extraneas feminas ducerent, hybridae ex eiuſmodi nuptiis oriebantur, ac *novi generis homines* prodibant, ut *natos ex militibus Romanis, & ex Hiſpanis mulieribus cum quibus conubium non eſſet*,

essent, nimirum quae Civitate non po-
lib.43. tirentur, appellat Livius. Attamen nihil eveniebat frequentius, quam ut in variis regionibus, quascumque sibi mulieres milites sumerent,

Turpes mariti coniuge barbara,

ut Horatius loquitur, ex quibus neque iustos sibi liberos, neque procreabant heredes. Postquam ergo quina, & vicena, vel plura stipendia meruerant, cum honesta missione dimitterentur, illorum in Rempublicam meritis id dabatur, ut istiusmodi quoque matrimonia probarentur, liberisque Civitas concederetur: atque eam praecipue horum diplomatum caussam fuisse ac vim, pro certo habeo; quod ex ærea lamina praecipue didici, quae paucis ab hinc annis de novo emersit, & in eruditi viri Francisci Ficoronii manus Romae antiqua rudera colligentis devenit, qui apographum ad me statim misit: illam in animo habui, cum ea verba in Diplomatum Historia proferrem, quae tibi, Vir doctissime, eiusmodi documenti desiderium excitarunt. Cum ergo in caeteris Missionibus Conubium detur, additur in hac, ius conubii ita tribui, *ut etiamsi peregrini iuris feminas in matrimonio suo* (scalpendum fortasse erat *sibi*) *iunxerint, proinde liberos tollant, ac si ex duabus civibus Romanis natos*. Vides quam diserte explicetur, quod in aliis obscure, ac tacite innuitur. Forsitan inter Missionum commoda ab Augusto definita haec quoque indulgentia nume-
Aug.c.49. rabatur: is siquidem ex Svetonio *quicquid ubique militum esset, ad certam stipendiorum praemiorumque formulam adstrinxit; definitis pro gradu cuiusque, & temporibus militiae & commodis Missionum*.

Iam vero integrum, ut petis, exhibendum monumentum est. Inter huiusmodi tabulas, quae hucusque innotuerunt, & publici iuris sunt, binae agmen ducunt, Servio Galba imperante non iisdem tantum Consulibus, sed & eadem die, atque eodem exemplo, in diversorum militum gratiam datae: ex iis alteram percurristi Historiae Diplomatum insertam, alteram percurres ad *Veronae Illustratae* Partis II calcem modo editam. Gruterianae subsequuntur, Vespasiani una, Domitiani duae, Hadriani altera: deinde Belloriana a Fabretto, & a Sponio recusa sub Philippis Augustis emissa. Agmen claudet modo nostra haec itidem Philipporum; in qua plura insuper, ut probe intelliges, & praeclara animadverti possunt, quae ad rem praesentem non faciunt. Sunt qui mirentur, adeo pauca reperiri huius generis monumenta, cum tot hominum myriades militiam profiterentur: at cave putes, æreis his diplomatis quosvis dimissos; sed eos solummodo, quorum probrum ab illicitis conubiis inustum Imperatorum auctoritate abolendum erat, liberique in civium albo collocandi. Caeterorum Missiones ære solido non indigebant, sed Testimonialibus sat erat peragi, quas militum Praepositi, sive charta adhibita, sive alia haud ita perenni materia traderent: nec abludunt Testimoniales, quarum Vegetius meminit, & leges quaedam in Theodosiano codice. Quod nostram tabulam spectat, e duabus laminis, ex quibus monumenta haec semper constant, altera tantummodo reperta est: in aversa parte nomina erant militum, quibus missio est data, sed detritis literarum vestigiis, vix eorumdem patriae nunc interlucent: LAVDIC. ALABAN. PHILADEL. NICOMED. nempe *Laodicea*, *Alabanda*, *Philadelphia*, *Nicomedia*. Colligi quoque ex iis vestigiis videtur, e Centuria hos milites fuisse, cui praeerat BASSUS.

IMP CAES M IVLIVS PHILIPPVS PIVS
FEL AVG PONT MAX TR POT V COS III PPPROCOS
IMP CAES M IVLIVS PHILIPPVS FEL AVG
PONT MAX TRIB POT II COS II PP
NOMINA MILITVM QVI MILITAVER . IN CO
HORTIBVS PRAETOR . PHILIPPIANIS DECEM
I II III.IIII.V.VI. VII. VIII. VIIII.X.PIIS VINDICIBVS
sic QV.IPII ET FORTITER MILITIA FVNCTI SVNT Leg. QVI PIE
IVS TRIBVIMVS CONVBII DVMTAXAT CVM
SINGVLIS ET PRIMIS VXORIBVS VT ETIAM
SI PEREGRINI IVRIS FEMINAS IN MA
TRIMONIO SVO IVNXER . PROINDE LIBE
ROS TOLLANT AC SI EX DVOBVS CIVIBVS
ROMANIS NATOS AD VII ID IAN
IMP M IVLIO PHILIPPO PIO FEL AVG III ET
IMP M IVLIO PHILIPPO PIO FEL AVG II COS
COH VIII.PR.PHILIPPIAN.PV

M.BRAETIO.M.F.IVSTINO
SABATIN.MANTVA

DESCRIPT ET RECOGNIT EX TABVLA AEN QVE FIX
EST ROM IMMVR. POSTEMPLVM DIVI AVG AD
MINERVAM l. post Tem.

VErum liberaliter profecto, Clarissime Vir, mecum agis, qui Inscriptionem a me postulans, eodem tempore ad me praestantiorem mittas. Summa cum voluptate Graecum psephisma perlegi, quod Aquis Sextiis apud Provincialis Senatus principem servari dicis, illudque exercitationis ac studii gratia usitato scribendi genere repraesentavi; tum Latine reddidi, ut quemadmodum legendum, atque intelligendum sit, plane constet. Quid autem de versione praesertim sentias, precor, ut significes, & si quid forte videbitur tibi me deliquisse, ut libere admoneas.

. . ΤΟΥΣΝΕΦΑΩΦΚΛΕΠΙΣΥΛΛΟΓΟΥΤΗΣΣΚΗΝΟ
ΠΗΓΙΑΣΕΠΙΑΡΧΟΝΤΩΝΚΛΕΑΝΔΡΟΥΤΟΥ
ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΟΥΕΥΦΡΑΝΟΡΟΣΤΟΥΑΡΙΣΤΩΝΟΣ
ΣΩΣΙΓΕΝΟΥΣΤΟΥΣΩΣΙΠΠΟΥΑΝΔΡΟΜΑΧΟΥ
ΤΟΥΑΝΔΡΟΜΑΧΟΥΜΑΡΚΟΥΛΑΙΛΙΟΥΟΝΑΣΙ
ΩΝΟΣΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΦΙΛΩΝΙΔΟΥΤΟΥΑΓΗ
ΜΟΝΟΣΑΥΤΟΚΛΕΟΥΣΤΟΥΞΗΝΩΝΟΣΣΩΝΙ
ΚΟΥΤΟΥΘΕΟΔΟΤΟΥΙΩΣΗΠΟΥΤΟΥΣΤΡΑΤΩΝΟΣ

ΕΠΕΙΜΑΡΚΟΣΤΙΤΤΙΟΣΣΕΞΤΟΥΥΙΟΣΑΙΜΙΛΙΑ
sic ΑΝΗΡΚΑΛΟΣΚΑΙΑΓΑΘΟΣΠΑΡΑΓΗΝΗΘΕΙΣΕΙΣ
ΤΗΝΕΠΑΡΧΕΙΑΝΕΠΙΔΗΜΟΣΙΩΝΠΡΑΓΜΑΤΩΝΤΗΝ
ΤΕΠΡΟΣΤΑΣΙΑΝΑΥΤΩΝΕΠΟΙΗΣΑΤΟΦΙΛΑΝΘΡΩ
ΠΩΣΚΑΙΚΑΛΩΣΕΝΤΕΤΗΙΑΝΑΣΤΡΟΦΗΙΗΣΥΧΙΟΝ
ΗΘΟΣΕΝΔΙΚΝΥΜΕΝΟΣΑΕΙΔΙΑΤΕΛΩΝΤΥΓΧΑΝΕΙ
sic ΟΥΜΟΝΟΝΔΕΕΝΤΟΥΤΟΙΣΑΒΑΡΗΕΑΥΤΟΝΠΑΡΕΣ
ΧΗΤΑΙΑΛΛΑΚΑΙΤΟΙΣΚΑΤΙΔΙΑΝΕΝΤΥΓΧΑΝΟΥΣΙ
ΤΩΝΠΟΛΙΤΩΝΕΤΙΔΕΚΑΙΤΟΙΣΕΚΤΟΥΠΟΛΙΤΕΥ
ΜΑΤΟΣΗΜΩΝΙΟΥΔΑΙΟΙΣΚΑΙΚΟΙΝΗΚΑΙΚΑΤΙΔΙΑΝ
ΕΥΧΡΗΣΤΟΝΠΡΟΣΤΑΣΙΑΝΠΟΙΟΥΜΕΝΟΣΟΥΔΙΑ
ΛΕΙΠΕΙΤΗΣΙΔΙΑΣΚΑΛΟΚΑΓΑΘΙΑΣΑΞΙΑΠΡΑΣΣΩΝ
ΩΝΧΑΡΙΝΕΔΟΞΕΤΟΙΣΑΡΧΟΥΣΙΚΑΙΤΩΙΠΟΛΙΤΕΥ
ΜΑΤΙΤΩΝΕΝΒΕΡΕΝΙΚΗΙΟΥΔΑΙΩΝΕΠΑΙΝΕΣΑΙΤΕΑΥ
ΤΟΝΚΑΙΣΤΕΦΑΝΟΥΝΟΝΟΜΑΣΤΙΚΑΘΕΚΑΣΤΗΝ
ΣΥΝΟΔΟΝΚΑΙΝΟΥΜΗΝΙΑΝΣΤΕΦΑΝΩΙΕΛΑΙΝΩΙΚΑΙ
ΛΗΜΝΙΣΚΩΙΤΟΥΣΔΕΑΡΧΟΝΤΑΣΑΝΑΓΡΑΨΑΙΤΟ
ΨΗΦΙΣΜΑΕΙΣΣΤΗΛΗΝΛΙΘΟΥΠΑΡΙΟΥΚΑΙΘΕΙΝΑΙΕΙΣ
ΤΟΝΕΠΙΣΗΜΟΤΑΤΟΝΤΟΠΟΝΤΟΥΑΜΦΙΘΕΑΤΡΟΥ
ΛΕΥ ΚΑΙ ΠΑ ΣΑΙ

Ἔτους νε φαῶφ κε ἐπὶ συλλόγου τῆς σκηνοπηγίας, ἐπὶ ἀρχόντων Κλεάνδρου τοῦ Στρατονίκου, Εὐφράνορος τοῦ Ἀρίστωνος, Σωσιγένους τοῦ Σωσίππου, Ἀνδρομάχου τοῦ Ἀνδρομάχου, Μάρκου Λαιλίου Ὀνασίωνος τοῦ Ἀπολλωνίου, Φιλωνίδου τοῦ Ἀγήμονος, Αὐτοκλέους τοῦ Ζήνωνος, Σωνίκου τοῦ Θεοδότου, Ἰωσήπου τοῦ Στράτωνος.

Ἐπεὶ Μάρκος Τίτλιος Σέξτου υἱὸς Αἰμιλία ἀνὴρ καλὸς καὶ ἀγαθὸς παραγηνηθεὶς εἰς τὴν ἐπαρχείαν ἐπὶ δημοσίων πραγμάτων, τὴν τε προστασίαν αὐτῶν ἐποιήσατο φιλανθρώπως καὶ καλῶς, ἔν τε τῇ ἀναστροφῇ ἡσύχιον ἦθος ἐνδικνύμενος ἀεὶ διατελῶν τυγχάνει, οὐ μόνον δὲ ἐν τούτοις ἀβαρῆ ἑαυτὸν παρέσχηται, ἀλλὰ καὶ τοῖς κατ' ἰδίαν ἐντυγχάνουσι τῶν πολιτῶν, ἔτι δὲ καὶ τοῖς ἐκ τοῦ πολιτεύματος ἡμῶν Ἰουδαίοις, καὶ κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν εὔχρηστον προστασίαν ποιούμενος, οὐ διαλείπει τῆς ἰδίας καλοκἀγαθίας ἄξια πράσσων. ὧν χάριν ἔδοξε τοῖς ἄρχουσι καὶ τῷ πολιτεύματι τῶν ἐν Βερενίκῃ Ἰουδαίων ἐπαινέσαι τε αὐτὸν, καὶ

Anno LV. mensis Phaoph die XXV. Tabernaculorum conventus tempore, Archontibus Cleandro Stratonici filio, Euphranore Aristonis, Sosigene Sosippi, Andromacho Andromachi, M. Laelio Onasione Apollonii, Philonide Agemonis, Autocle Zenonis, Sonico Theodoti, Iosepho Stratonis.

Quandoquidem M. Tittius Sex. F. Aemilia, vir honestus & probus, cum in Provinciam advenisset, publicis rebus earumdemqne praefecturae admotus, humaniter, atque honeste se gessit; & quod ad vitae rationem attinet, placidos mores perpetuo perstat ostendere; nec in illis solum, quae rempublicam spectant, se facilem praebuit, sed civibus etiam privatim interpellantibus; & cum insuper Iudaeis quoque, qui ad Curiam nostram pertinent, & publice, & privatim optimam praefecturam praestans, recte agens a probitate sua nequaquam declinet: propterea visum est Archontibus, & Iudaeorum, qui in urbe Berenice sunt, Communi, ipsum laudare, & nominatim in omni

omni conventu, & neomenia oleagina corona, & lemnisco ornare, atque ut Archontes decretum hocce in columna e Pario marmore inscribi curent, ac in maxime conspicua Amphitheatri parte collocari.

Calculi albi omnes.

καὶ στεφανοῦν ὀνομαστὶ καθ᾽ ἑκάστην σύνοδον καὶ νουμηνίαν στεφάνῳ ἐλαΐνῳ καὶ λημνίσκῳ, τοὺς δὲ ἄρχοντας ἀναγράψαι τὸ ψήφισμα εἰς στήλην λίθου Παρίου, καὶ θεῖναι εἰς τὸν ἐπισημότατον τόπον τοῦ Ἀμφιθεάτρου.

Λευκαὶ Πᾶσαι.

Urbis nomen Inscriptione media fortuito, ut ita dicam, memoratur, nimirum Berenice. At quaenam? cum sex enumeret Stephanus eo nomine oppida. Locus, ex quo advectum lapidem dicis, nempe Tripolitana Africae civitas, ostendit, ni fallor, Cyrenaicam Berenicen, *Hesperidum* nomine ex Ptolemaeo, & Plinio olim cognitam, heic indicari: ab Africae ora, quae Mediterraneum spectat, immane nimis discrepat Berenice ad Rubrum mare posita, nec non eiusdem nominis aliae. Urbis vero, cuius nec numisma hactenus, nisi Goltzianum admittimus, nec monumentum ullum, quod sciam, visum fuerat, epocham ex hoc lapide discimus, quae procul dubio Augustana est. Nimirum cum Augustus anno Urbis DCCXXIII Actiaca victoria rerum, praecipue in Oriente, potitus sit, fuere, qui epocham inde sibi instituerent; multo plures, qui ab anno Varroniano DCCXXVII. quo idem *Imperator Caesar Divi Filius Augustus sententia Munatii Planci a Senatu ceterisque civibus appellatus est*, ut
Cap. 8. Censorinus docet. Docet quoque idem auctor, *Aegyptios, quod biennio ante in potestatem ditionemque populi Romani venerint*, duobus annis hanc aeram antevertisse: aliquot tamen praeterea mensibus; nam a die XXIX Augusti mensis, anni ab V. C. DCCXXIIII Aegyptiorum computus incipiebat. Cum autem Cyrenaica regio in Aegyptum vergeret, cumque ab hoc marmore discamus, Aegyptiis mensium nominibus usam esse, in proclivi est credere, Aegyptium quoque annorum computum usurpasse: quapropter cum mensis Phaoph a XXVIII Septembris incipiens, Romanorum Octobri responderet, dies Phaophi vigesima quinta anni quinti & quinquagesimi, Octobris diem vigesimam secundam anni ab V. C. DCCLXXVIIII designat. Abrasam in marmore literam priorem addidi; sexcenta habemus numismata, in quibus eodem modo annus adponitur: Ἔτους &c.

Graecam omnino civitatem fuisse, & lingua ostendit, & Archontum dignitas; tum eorum nomina, & mos celebrandi publice benemerentes, ac coronandi. Non contemnendam tamen populi partem e Iudaeorum gente constitisse, ex eo apparet, quod Iudaeorum synedrium simul cum civitatis Archontibus hoc Decretum sciscat, & quod ipso initio eorum Scenopegia tunc temporis celebrata esse praemittatur. Psephisma in honorem *Marci Tittii* ex Aemilia tribu conditum est, qui eorum provinciae impositus multis beneficiis, tum Berenicenses, tum Iudaeos in urbe illa, & in eiusdem territorio degentes affecerat. Cyrenaica regio, & Creta insula provinciam Romanam efficiebant unam, ut ex Dione discimus, a quo inter illas, quas Augustus Senatui populoque tradidit, numeratur Κρήτη τε μετὰ Λιβύης τῆς περὶ Κυρήνην. hoc est, non *Creta, Africa Cyrenaica*, ut in Latina Lib. 53.
versione, ac si duae fuissent, sed *Creta cum Africa Cyrenaica*. Num vero M. Titius provinciam Proconsul administrarit, an extraordinario imperio in eam civitatem Corrector, seu Praefectus missus fuerit, non omnino liquet: arbitror tamen, splendidam Proconsulis appellationem nequaquam praetermissuros fuisse, qui honorandi causa concipiebant verba, eo munere si functus esset. Duplici T quod sculptum fuerit nomen, lapidarii errato tribui potest; literarum enim geminatio perfacile in inscriptiones irrepit. Titia gens notissima. De M. Titio pluribus locis verba facit Dio, quem etiam Syriae Praesidem fuisse novimus, & anno DCCXXIII Consulem suffectum. Cum vero neque Hi-

Hiſtoricus is, nec Strabo, nec Appianus, nec Ioſephus, a quibus pariter Ti-
474. 8. tius ille memoratur, neque item Gruterianus lapis eiuſdem cognomen recitent, quo noſter quoque Titius in hoc marmore caret, idem peculiaris uſus cognomen nequaquam adſumendi, & idem quoque praenomen cum gentilitio nomine, adducunt me, ut illius ex Sexto filio nepotem Titium hunc exiſtimem.

Commune eſt honorificis his Decretis, tum quae in marmore ſuperant, tum quae apud Graecos Scriptores reperiuntur, ut quorum honori dantur, laudari, & coronari iubeant. At huic peculiare primo eſt, quod corona decernatur lemniſcata. Erant lemniſci, ut Feſtus admonet, *faſciolae coloriae dependentes ex coronis*. Honos ex his augebatur: Cicero pro Roſcio: *multas eſſe palmas, hanc primam eſſe tamen lemniſcatam*. Auſonius veſter:

Epiſt. 20. *Et quae iamdudum tibi palma poetica pollet,*
Lemniſco ornata eſt, quo mea palma caret.

Specialem item eſt huic plebiſcito, quod conventu quovis, & ad ſingulas neomenias rurſus Titium laudibus, & corona nominatim honorari velit; hoc ita accipio, ut cum Kalendis ſingulis eius civitatis curia ſoleret cogi, Decretum hocce publice recitari ſemper deberet. At poſtremum Inſcriptionis verbum me magis movet. Solemne his Decretis erat, ut marmori inciſa in publico ſtatuerentur loco; in Templis ut plurimum: Cyzicenorum pluries excuſum
V. Diar. Ital. p. 38. Venetiis adhuc viſitur, Theatrum huiuſmodi honoribus adſignantium. Berenicenſes autem noſtri (quod alibi viſum non fuerat) in Amphitheatro pſephiſma collocari volunt. Cum ab exemplari, quod miſiſti, poſtremas literas aegre diſcerni ſuboleat, & partim evanuiſſe, vellem ut lapide iterum inſpecto certior fieres, num *Amphitheatri* vere, an forte *Theatri* legendum ſit. Amphitheatrum autem ſi marmor praeſeferat, de lapideis ac ſuperbis molibus nequaquam cogitemus, quarum nondum Imperator Titus exemplum dederat; ſed de ligneis, ac circumclauſis ſpectaculorum ſedibus, quae a Caeſare initium ſumpſerant, ut ex Dione de Amphitheatris agens adnotavi, quaſve Herodes imitatus eſt in Iudaea, ut ex Ioſepho. Cum detritum eſſe marmor ad calcem, mihi renuntiatum ſit, ſuſpicioni locum dederam, num *εἰς Λεύκωμα*, hoc eſt *in album*, pſephiſma referri iuberetur; nam decretum perſimile apud Gruterum ſub finem Pag. 327.
coronas ΕΙΣ ΛΕΥΚΩΜΑΤΑ ΧΩΡΗΣΑΙ iubet; in marmore autem ipſo, quod modo apud me eſt, ΕΙΣ ΛΕΥΚΩΜΑ ΚΑΤΑΧΩΡΗΣΑΙ. Sed cum de abraſis literis nequaquam moneas, coniunctim legendum eſſe opinor: *λευκαὶ πᾶσαι*. ſententias ſcilicet, ac decreta probare, aut reiicere,

Mos erat antiquus niveis, atriſque lapillis. Ov. Met.

Ad M. Titii honorem pertinebat, ſi conſtaret, omnibus calculis de ſuis laudibus decretum fuiſſe. Non erant ergo Berenicenſes ex eorum Graecorum numero, quos ridet Cicero pro Flacco, ſuffragia minime penſitantes: *porrexerunt manus, pſephiſma natum eſt*. Agrigentini ſimiliter aeneam tabellam (olim Achillis Maffeii, deinde Card. Farneſii, nunc vero in Regiis cimeliis Neapoli) ita concluſerunt: ΟΜΟΓΝΩΜΟΝΕΣ ΤΟΥ ΣΥΝΕΔΡΙΟΥ ΠΑΝΤΕΣ.

CUM vero ex literis tuis quanti facias, & quantum huiuſcemodi monumentorum genus ames, probe intellexerim, honorificum Decretum alterum ego quoque ad te mittere conſtitui, publicis pariter numquam formis excuſum.

ΕΠΙΙΕΡΑΠΟΛΟΥΑΡΙΣΤΙΟΝΟΣΤΟΥΙΣΤΙΕΙ
ΟΥΚΑΤΕΝΙΑΥΣΙΟΥΣΟΣΙΟΣΤΟΥΝΥΜΦΟΔΟΡΟΥ
ΒΟΥΛΑCΑΛΙΑCΜΑΤΑΔΕΥΤΕΡΑCΕΞΑΜΗΝΟΥΚΑΡΝΕΙΟΥΤΡΙΑΚΑ
ΔΙΠΡΟCΤΑΤΑCΙΠΠΟΚΛΗCΙΠΠΟΚΛΕΟΣCΤΕΦΑΝΟΙΓΥΜΝΑCΙΑΡΧΟΝ
ΕΔΟΞΕΤΑΑΛΙΑΙΚΑΘΑΚΑΙΤΑΙΣΙΛΑΙΣΕΠΕΙΔΗΟΑΙΡΗΜΕΝΟCΓΥΜ
ΝΑCΙΑΡΧΟCΤΟΝΚΑΤΕCΕΝΙΑΥΤΟΝΗΡΑΚΛΕΙΔΑCΖΟΠΥΡΟΥΕΠΙΜΕΛΙΑΝ
ΠΕΠΟΙΗΤΑΙΤΟΝΤΕΕΦΕΒΟΝΚΑΙΝΕΟΤΕΡΟΝΚΑΙΤΟΝΑΛΛΟΝΤΟΝ
ΑΠΟΔΥΟΜΕΝΟΝΕΙΣΤΟΓΥΜΝΑΣΙΟΝΤΑΚΑΛΛΑΤΑΚΑΤΑΤΟΓΥΜΝΑ
ΣΙΟΝΚΑΛΟCΔΙΑCΠΡΑΓΜΕΝΟCΚΑΙΑΞΙΑΠΡΑΣΣΟΝΑΥΤΟΥΤΕ
ΚΑΙΤΑCΤΟΝΠΡΟΕΙΝΑΡΕΤΑCΚΑΛΟΣΟΥΝΕΧΟΝΕΣΤΙΣΤΕΦΑΝΟCΙ
ΕΝΕΝΤΑΙΑΛΙΑΙΤΟΝΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΝΗΡΑΚΛΙΔΑΝΖΟΠΥΡΟΥ
ΕΛΑΙΟΥCΤΕΦΑΝΟΙΕΠΙΜΕΛΕΙΑCΕΝΕΚΕΝΚΑΙΦΙΛΟΠΟΝΙΑC
ΤΕΚΑΤΑΤΟΓΥΜΝΑCΙΟΝΤΟΔΕΛΟΓΜΑΤΟΔΕΚΟΛΑΦΘΕΝΕΙCCΤΑ
ΛΑΝΑΝΑΘΕΜΟΙΝΕΙCΤΟΓΥΜΝΑΣΙΟΝΕΙCΔΕΤΑΝΚΑΤΑCΚΕΥΑΝ
ΤΑCCΤΑΛΑCΕΞΟΔΙΑΣΑΙΤΟΤΡΙΑΚΟΝΤΑΜΕΡΟCΚΑΘΑΚΑΒΟΥΛΑ
ΚΑΤΑΝΑΓΡΑΦΗCΕΙ ΟΔΑΜΟCΤΟΝΓΕΛΟΙΟΝΕΠΑΙΝ
ΕΙΚΑΙΣΤΕΦΑΝΟΙΤΟΝΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΝΗΡΑΚΛΕΙΔΑΝΖΟΠΥ
ΡΟΥΕΛΑΙΟΥCΤΕΦΑΝΟΙΕΠΙΜΕΛΕΙΑCΕΝΕΚΕΝΚΑΙΦΙΛΟΠΟΝΙΑC
ΤΑCΚΑΤΑΤΟΓΥΜΝΑΣΙΟΝ

ΕΦΗΒΟΙΟΙCΤΕΦΑΝΟΘΕΝΤΕC

ΑCΚΛΑΠΙΑΔΑC	ΑCΚΛΑΠΙΑΔΑ
ΑΡΤΕΜΟΝ	ΕΥΘΥΜΙΟΥ
ΑΝΤΑΛΛΟC	ΑΝΤΑΛΛΟΥ
ΠΟΛΙΞΕΝΟC	ΑΓΑΤΑΡΧΟΥ
ΓΕΛΟΙΟC	ΓΟΡΓΥΛΟΥ
ΠΡΟΤΑΡΧΟC	ΠΡΟΤΑΡΧΟΥ
ΑΡΙΣΤΙΟΝ	ΝΥΜΦΟΔΟΡΟΥ
ΣΟCΙΠΟΛΙC	ΙCΙΔΟΡΟΥ
ΝΙΚΑΡΟC	ΠΥΡΡΟΜΙΝΟΥ
ΑΠΟΛΛΟΝΙΟC	CΑΤΡΟΥ
ΖΟΠΥΡΟC	ΗΡΑΚΛΕΙΔ....

Ἐπὶ Ἱεραπόλȣ Ἀριςίονος τοῦ Ἱςιεῖȣ, Κατενιαυςίȣ Σώσιος τȣ͂ Νυμφοδώρȣ. Βȣλᾶς ἀλιάσματα δευτέρας ἑξαμήνȣ Καρνείȣ τριακάδι. Προςάτας Ἱπποκλῆς Ἱπποκλέος ςεφανοῖ γυμνασίαρχον.

Ἔδοξε τᾷ ἁλίᾳ καθὰ καὶ ταῖς ἴλαις. ἐπειδὴ ὁ ᾀρημένος γυμνασίαρχος τὸν κατεσ-ενιαυτὸν Ηρακλείδας Ζωπύρȣ ἐπιμελείαν πεποίηται τῶντε ἐφήβων, καὶ νεωτέρων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀποδυομένων εἰς τὸ γυμνάσιον τά κ' ἄλλα τὰ κατὰ τὸ γυμνά-

Sub Hierapolo Ariſtione Hiſtiei filio, cum Annuus eſſet Soſias Nymphodori filius. Conſilii Decretum Semeſtris ſecundi, Carnii menſis die trigeſima. Hippocles Hippoclis filius Praefectus Gymnaſiarchum coronat.

Viſum eſt Senatui, ſicuti & plebi. Quoniam Heraclides Zopyri filius, luctatorum huius anni Gymnaſiarchus electus curam egit cum adoleſcentium, tum iuniorum, aliorumque in Gymnaſio ſe exuentium; ac

caetera ad Gymnasium pertinentia peregit recte, digna praestans tum sui ipsius, tum anteriorum virtute; honestum eapropter est, Heraclidem Zopyri filium, Gymnasiarchum oleagina corona in Concilio coronare, sedulitatis, studiique gratia pro Gymnasio adhibiti: decretum autem hocce columnae incisum in Gymnasio collocare, & ob columnae structuram Trigesimam impendere, prout Concilium praescribet. Populus Gelensium Gymnasiarchum Heraclidem Zopyri filium laudat, & oleagina corona propter studium ac sedulitatem circa Gymnasium coronat.

σιον καλῶς διαπεπραγμένος, ἄξια πράσσων αὐτοῦ τε καὶ τᾶς τῶν πρόειν ἀρετᾶς. Καλῶς οὖν ἔχον ἐστὶ στεφανῶσιεν ἐν τᾷ ἁλίᾳ τὸν γυμνασίαρχον Ἡρακλείδαν Ζωπύρου ἐλαίου στεφάνῳ ἐπιμελείας ἕνεκεν καὶ φιλοπονίας τε κατὰ τὸ γυμνάσιον. τὸ δὲ δόγμα τόδε κολαφθὲν εἰς στάλαν ἀναθέμειν εἰς τὸ γυμνάσιον. εἰς δὲ τὰν κατασκευὰν τᾶς στάλας ἐξοδιάσαι τὸ τριακοντάμερος, καθὰ κ' ἁ βουλὰ καταναγραφήσει. Ὁ δᾶμος τῶν Γελωίων ἐπαινεῖ, καὶ στεφανοῖ τὸν γυμνασίαρχον Ἡρακλείδαν Ζωπύρου ἐλαίου στεφάνῳ ἐπιμελείας ἕνεκεν καὶ φιλοπονίας τᾶς κατὰ τὸ γυμνάσιον.

Adolescentes coronati

Asclepiades Asclepiadis filius
Artemo Euthymii
Antallus Antalli
Polyxenus Agatarchi
Geloeus Gorgyli
Protarchus Protarchi
Aristio Nymphodori
Sosipolis Isidori
Nicarus Pyrrhomini
Apollonius Satri
Zopyrus Heraclidis.

Ἔφηβοι οἱ στεφανωθέντες

Ἀσκλαπιάδας Ἀσκλαπιάδα
Ἀρτέμων Εὐθυμίου
Ἄνταλλος Ἀντάλλου
Πολύξενος Ἀγατάρχου
Γελώιος Γοργύλου
Πρώταρχος Πρωτάρχου
Ἀριστίων Νυμφοδώρου
Σωσίπολις Ἰσιδώρου
Νίκαρος Πυῤῥομίνου
Ἀπολλώνιος Σάτρου
Ζώπυρος Ἡρακλείδα.

Marmor ipsum in arce Leocatae, aliis Alicatae, quae Siciliae civitas est, adservatur. Cum vero Gelanorum psephisma contineat, & ad Leocatam in proximo colle erutum fuerit, magnum argumentum accedit antiquam Gelae urbem ibidem stetisse adserentibus. Geloos Graeci derivant, ut a Thucydide, & a Pausania discimus; Stephanus tamen etiam Γελαῖος: in marmore Γελώιοι. Latine Tullius Gelenses dixit, Gelanos Plinius, *camposque Geloos* Virgilius. Inter claras, pollentesque urbes fuisse, Thucydides, Plutarchus, ac Diodorus indicant, qui pluries meminere: argui etiam potest e Luciani Dialogo, in quo Lampichus Geloorum Tyrannus purpuram, diadema, divitias, & fastum, antequam Charontis cymbam ingrediatur, exuere iubetur a Mercurio. Inscriptionem ad me transmisere decem circiter ab hinc annis literati e Sicilia viri, eodem fere tempore plures; mirum enim quantum ego perillustribus multis doctisque eius regni incolis non uno tantum nomine debeam. Senatusconsultum est, seu plebiscitum mavis, quo Gelensium Respublica Gymnasiarchum quemdam nomine Heraclidem oleagina corona donat, quod munere suo optime functus fuisset. Monumenti aetatem a longinqua vetustate repetendam opinor, cum a verisimili neutiquam abhorreat, ante Siciliam a Romanis in provinciam redactam, hoc est ante annum ab Urbe condita DXLIII, rogatum psephisma, marmorique inscriptum fuisse. Omega nunquam apparet; Omicron hac facie ⊙ perpetuo pingitur. Romanorum nominum vestigium nullum.

Dialectus Dorica est (quae in Sicilia, ut scis, obtinebat) sed Siciliciffans; epichoria enim videntur ἀλίασμα, διαπεπραγμένος, κατεστενιαυτὸν, καταναγραφήσει, πρόειν loco πρόσθε, ἐλαίου pro ἐλαίας, aut ἐλαΐνῳ, καθὰ pro καθὼς, quod quidam At-

Atticorum dicunt, στεφανόσιεν, ἀναθέμοιν pro Dorico ἀναθέμεν, nisi ἀναθέμειν erat, & alia quaedam. Siculi etiam loco ου interdum οι ſcribebant, quapropter ἰδοῖσα pro ἰδοῦσα in Theocrito. Quinque numerari quidem ſolent Graecorum dialecti, quas Clemens Alexandrinus memorat, Attica, Ionica, Dorica, Aeolica, & Communis; ſed regionem quamlibet idiotiſmos habuiſſe ſuos, ambigi nequit, a Scriptoribus nequaquam uſurpatos, ſed a vetuſtis lapidibus quandoque nobis exhibitos. Dorice Cretenſes quoque loquebantur; verumtamen Hierapytnenſium foedus, quod inter *Marmora Oxonienſia* legere eſt, *dialecto vix alibi uſitata* conceptum eſſe, docti editores praemittunt. Οὐλύξης loco Ὀδυσσέος Creticam inſcriptionem praeſetuliſſe adnotavit Plutarchus in Marcello. Ex Cretenſibus vocabulis ſe ab Inſula illa oriundos Panchaiae populi oſtendere conabantur, quod Diodorus tradit. Siciliam quoque peculiari dialecto uſam eſſe, cum haec inſcriptio, tum Cicero ſubindicat Verrina VII. ἐδικώθησαν, *inquit; hoc eſt ut Siculi loquuntur, ſupplicio affecti, ac necati ſunt*: item Thucydides, qui falcem non ut a Graecis caeteris, ſed populari ipſis nomine a Siculis appellatam docet: τὸ δὲ δρέπανον οἱ Σικελοὶ ζάγκλον καλοῦσι. Verumtamen, ni fallor, ante hanc Inſcriptionem viſam de Sicula dialecto parum conſtabat. Mirum eſt in hac Inſcriptione E quidem & Σ pluries, ſed Є pariter ac C promiſcue ſculpi; quas literarum varietates diverſis longe aetatibus communiter tribuimus, ſequiori tantum aevo poſtremas figuras prodiiſſe opinantes.

Strom. I. pag. 338. — lib. 5. — lib. 6.

Apparet, in Gelenſi Republica primario loco Hierapolum fuiſſe: id nominis nuſquam, quod meminerim, ante hoc inſpectum marmor occurrerat, & palam facit, in ea civitate ſummum Sacerdotem civilibus etiam rebus praefuiſſe, idem enim eſt, ac ſi ſacrum miniſtrum diceres. De Agrigento, & Melita idem oſtendit Hierothitae appellatio, qua publicis rebus praepoſitos denominatos eſſe, bina alia apud Gualterium marmora comprobant. Syracuſani quoque Dionyſio eiecto Magiſtratum ſibi praefecerunt, quem Amphipolum nominabant, & Iovis Olympii miniſter erat, ut e Diodoro diſcimus. Σώσιος gignendi caſu a Σῶσις (magis communiter Σωσίας) ut inter ſubſcripta nomina habetur Σωσίπολις. *Annuus* novum dignitatis nomen; quod ni placeat, annui adiunctum Hierapolo appinge, & Soſium pro ſcriba accipe: in Agrigentina illa γραμματεύοντος Ἀδριανῶνος praemittitur. Dictio ἁλίασμα apud Scriptores non occurrit, ſed in hoc tantum lapide, & in Agrigentino: forte pro ἁλιάσματα legendum eſt ἁλίασμα τᾶς δευτέρας ἑξαμήνου. Ἁλία populi conventus. Pſephiſma affertur a Demoſthene pro Corona, in quo perperam Latina verſio reddit *in Tealia*, cum *in conventu* reddendum eſſet. Apud Gruterum in nuper memorata: ΤΑΣ ΦΙΛΑΣ, vel ΦΥΛΑΣ. utraque vox nihili: emenda ΤΑΣ ΙΛΑΣ ex hac noſtra, in qua ἔδοξε ταῖς ἴλαις, *turmis*, cum praeeſſet turma, ſeu tribus Hylleorum. Alterum ſemeſtre ſpatium quod memoratur, vel eius urbis concilium bis in anno mutari conſueviſſe, indicat, vel tribum ſaltem, aut Magiſtratum, qui plebiſcitis ſcribundis praeſideret. Βουλευόντων τὰν δευτέραν ἑξάμηνον lapis alter apud Cyriacum mentionem facit. In urbe Agrigentina ſexies ea mutatio fiebat; propterea in pluries memorata Inſcriptione ἁλίασμα ἐκ τᾶς διμήνου *decretum Bimeſtris ſexti*: parum feliciter apud Gruterum *decretum die ſexto veteris bimeſtris*: peiuſque Scaliger in Indice, ubi Δίμηνος inter menſium nomina ter reponit, & pro emboliſmali habet: nec laudabilius Vandalius: *decretum factum ſexta bimenſis Carnei*. Eamdem hinc erraverunt errorem Dodvellus & Petavius, qui duplicem Carnium agnoſcunt.

lib. 16. — Grut. 401. 1. — Cyr. XXXI 207. — Ind. p. XIV. — p. 762.

Carnii menſis plures ex antiquis Auctoribus meminere: Iulio Romanorum reſpondebat. At plura in marmoribus Graecorum menſium nomina deprehendi, Gazae, Giraldo, recentioribuſque, & clariſſimo quoque Alberto Fabricio, ignota. Coronam dedit Hippocles, qui praeſi-

praesidebat. In Agrigentina παραπρόςα p. 401. τᾶς Βουλᾶς explicatur apud Gruterum *cum Senatus adesset*; verum παραπροςάτα τᾶς βουλᾶς scribendum erat, hoc est παραπροςατῶ, nempe Nymphodoro *Senatus principe*, seu *praeposito*. Τριακοντάμερος, ac si *trigesimam partem* diceres sollemnem quamdam forte apud Gelenses connotabat publici aerarii adsignationem, seu capsulam dicas, his usibus destinatam.

En tibi, Baro doctissime, monumenta pulcherrima vetustissima simul & nova; id namque vetustatem scrutantibus nobis iucundissimum obtingere solet, ut nova, sive numquam hactenus visa, passim occurrant. Inter numismata quoque mira, quae nemo viderit, deficiunt numquam: istiusmodi viginti fere in Veronae Illustratae Parte III exhibui nuper: plura insuper his ipsis diebus Venetiis deprehendi in praestantissimo M. Antonii Diedi a summo Veneti maris Imperio reducis Museo. Unius ex illis ectypum ad te mitto, *Musae* numquam, quod nunc succurrat, auditae *Reginae* caput exhibentis: de maritima Prusiade, in qua nummus est percussus, optime Cellarius. Regis Tarcondimoti numquam pariter visam e repositoriolo meo sociatam vides effigiem: de illo Veronensia cimelia describens sermonem habui. In alium finem, ut hi duo nummi coniunctim excuderentur, curaveram, sed nimis multis distineor. Quod inscriptiones quamplures a te in variis Galliae tractibus exscriptas missurus ad me sis, gratias iterum ago atque iterum; nam modo in iis totus sum, earum siquidem omnium editarum atque ineditarum, quae ubicumque sint, collectionem paro, atque adorno: *faciam autem*, summo Deo favente, *quo ad possibile erit*, ut Modestinus dixit. Augustam Taurinorum quamprimum petiturus sum; quo deinde flexurus iter sim, nondum constituere potui. Vale interea, Baro eruditissime, & Galliam tuam, omni studiorum genere vividam semper florentemque mirum in modum, lucubrationibus tuis magis ac magis illustrare perge.

Vid. c. pult. II. — D. lib. 27. t. 1. l. 1.

Qui hanc editionem procurat, Bimardii, viri ingenio maximo, & indefesso studio inclyti, heic inserere epistolam opportunum censet, ut appareat, quibus petitionibus Auctor praemissa epistola satisfecerit. Auctoris subsequentur duae, quae in iisdem perquisitionibus, & circa easdem inscriptiones versantur.

MAR-

MARCHIONI SCIPIONI MAFFEIO

S. P. D.

IOSEPHUS BIMARDUS BARO MONTIS SELEUCI.

Mirum fortassis tibi videbitur, vir Illustrissime, te ab homine tibi penitus incognito literis provocari; sed singularis tuae humanitatis, quae non minor est quam eximiae doctrinae fama, potestatem te sine proxeneta adeundi tribuere videtur, iis omnibus qui literas aut colunt, aut amant. Inter eos si nomen meum profiteri, nimis temerarium non sit, nullus ferme est quem maiori admiratione affecerit illorum operum lectio, quae hactenus in publicum prodire passus es; aut qui maiori cum cupiditate expectet, alios quos nos sperare iubes, ingenii tui foetus. Nuper autem edoctus literis viri cuiusdam eruditi, praelo iterum committi apud vos Clementis Alexandrini opera, teque illi editioni operam tuam commodaturum esse, non iniucundum tibi fore existimavi, si te literis monerem extare Aquis Sextiis adversaria MSS doctissimi quondam viri I. B. Cottelerii, qui multa ad Clementem, & alios ecclesiae Patres adnotarat. Extant vero adversaria illa, cum omnibus Cottelerii schedis, & sacrarum observationum libello hactenus inedito, apud clarissimum Senatorem D. Thomassin de Mazaugues, qui ea omnia ab auctoris heredibus redemit. Illa porro si tibi communicata velis, utpote quibus Veronensis Clementis editio illustrior fieri possit, & emendatior, Cottelerii codices facile ab illustri possessore impetrabo, viro & eruditissimo, & quo nullus ad iuvandam rem literariam propensior existit; notas Cottelerii exscribam, & ad te transmittam, dummodo aliquis eas tuo nomine Genuae excipiat.

Inter excerpta Bibliothecae Italicae, quae tertio quoque mense Genevae excuditur, duo leguntur doctissimi tui de Amphitheatris libri, quae maximum legendi ipsius operis desiderium mihi commoverunt. At quantum ex iis excerptis iudico, ex Amphitheatrorum numero eximis Nemausense Amphitheatrum: qua in re (bona tua venia dixisse liceat) deceptus mihi videris delineationibus parum accuratis, quae hactenus prodierunt; alteram multo accuratiorem ad te perferendam curabo, si tanti id feceris; neque praeterea notum tibi fuisse puto Arelatense Amphitheatrum, Nemausensi multo maius; sed temporum iniuria maxime attritum, & labefactatum. Caeterum optime monuisti saepe Theatra pro Amphitheatris habita fuisse, imo Arausione supersunt reliquiae Theatri veteris, quod a vulgo inepto Circi nomine nuncupatur.

Dum scriberem satis prolixam Dissertationem Historico-Criticam de Romanorum Legionibus, Cohortibus, & Alis, opportune incidi in egregiam tuam Historiam Diplomatum, ubi inter caetera quantivis pretii vetera monumenta, quae in doctissimo opere luci publicae commisisti, maximi momenti est formula Missionis ab Imp. Galba datae militibus legionis primae Adiutricis, quibus praeterea conceditur Romana civitas, una cum uxoribus quas tunc habuissent, aut quas postea duxissent, dumtaxat singuli singulas. Lectorem amandas, vir doctissime, ad peculiarem Dissertationem in qua expositurus es quodnam esset ius illud Romanae civitatis ab Imperatore datum militibus Legionariis, quandoquidem cives tantum, ius habebant militandi in legionibus. Magno me afficeres beneficio, si tuam hac de re sententiam literis mihi significares. Etenim aliquo pacto mihi videbar posse ex his salebris emergere. Sed coniecturis fibulam imposui, donec iudicium tuum expertus sim, & copia mihi fiat alterius formulae Missionis, quam te editurum promisisti. Enixe itaque te rogo, ut posteriorem hanc formulam ineditam mecum communices, tunc enim quid de his, aliisque a Grutero, & Sponio editis censeam, tibi lubens significabo, & redhostimenti vice multas alias inscriptiones a me in variis Galliae nostrae tractibus exscriptas ad te mittam, quibus ornare poteris exspectatissimum opus de inscriptionum usu. Interim his literis inclusum accipies exemplar Graecarum inscriptionum Tripoli Africae advectarum, quae nunc servantur apud virum Illustrissimum D. Cardinum le Bret Senatus Aquensis principem, & rationum Regiarum in Provincia praefectum, qui a me Commentarium in priorem deposcit, & nisi defuisset otium promissi reus fidem meam iam liberassem.

Vehementer cupio vir Illustrissime, ut quemadmodum eximia tua doctrina, caeteraeque dotes praestantissimae, me ad te literis adeundum compulerunt, ita & tua humanitas, & existimationis de te meae significatio, te ad commercium literarium alliciant, & amorem tuum concilient ad omnia tibi addictissimo

Carpentoracte Meminorum
VIII. Kal. Mai. 1732.

VIRO REVERA DOCTISSIMO

ALBERTO FABRICIO

SCIPIO MAFFEIUS { *X. Kal. Octobr.* an. MDCCXXXII.

S. P. D. { *Augusta Taurinorum.*

Cariſſima, & ſponte mihi oblata occaſio, cum ex hac urbe diſcedens nobilis Adoleſcens recta Amburgum contendat, deſidiam excivit in ſcribendo meam, ut eidem literas ad te darem, quem inter paucos obſervo, & tanquam meritiſſimum in Germanica Literatorum Republica procerem impenſe colo. A te quidem nihil epiſtolarum accepi ab eo uſque tempore, quo XII Bibliothecae Graecae tomum, mihi, quae tua benignitas fuit, inſcriptum perhumaniter miſiſti. Quid agas ſcire cupio, quomodo valeas, quodnam opus proxime edideris, quodnam adornes, ac pares; neque enim momentum pene ullum tibi, ne dum dies praeterfluit, quin cum Muſis rem habeas, & in publicum bonum aliquid elucubrare pergas.

Interpellavit me nuper ornatiſſimis literis pereruditus ex Gallia vir, Romanam quae nondum publici iuris erat, Inſcriptionem petens, ſimulque Graecam praeſtantiſſimam mecum communicans. Iſtas ut videas, aliamque inſuper quam adieci, Epiſtolae exemplar qua continentur, & quomodocumque explicantur, tibi mitto, illam ſiquidem non defuit qui nimis propere typis committeret. Quid de Graecarum praecipue translatione ſentias, vehementer ſcire cupio, res eſt ſiquidem, quae dici nonnumquam vere poſſit *Periculoſae plenum opus aleae*.

Bina aſpicies ad calcem numiſmata Graece loquentia. Tarcondimoti Regis ſpectabis caput, quod in nummis reperire, ſperabat nemo. Ciliciae, ut ſcis, partem tenuit; κὴ βασιλεὺς ὑπὸ Ῥωμαίων ὠνομάσθη διὰ τὰς ἀνδραγαθίας,
lib. 14. ut docet Strabo: *ſuperioris Ciliciae* Plutarchus dicit, ubi Reges, qui Antonio In M. Ant.
ſuppetias tulerunt, enumerat: ὁ τῆς ἄνω Κιλικίας. Nominis veritatem ex numiſmate indubie diſcimus, perperam enim apud Strabonem Ταρκοδήμεντος, apud Plutarchum Ταρκόνδημος, & aliquando in Lucani editionibus *Tarco in motu*, vel *Tarcon motus*. Romanorum amicitiam Fam.
coluit: Cicero cum Proconſule eſſet: *Mihi literae redditae ſunt a Tarcondimoto,* XV. 1.
qui fideliſſimus ſocius trans Taurum, amiciſſimuſque populi Romani exiſtimatur. Tradit Dio, a Pompeio primum ſtetiſſe, ac demum ad Antonii partes acceſſiſſe, quas ſtrenue propugnans navali praelio interiit. Vid. Dion. p. 183. 342. 427. 447.
Quantum Antoniis adhaeſerit, ac ſeſe dediderit, nummus patefacit, ex quo diſcimus, gentilitium eorum nomen ſibi ſumpſiſſe; praenomen quoque L. Antonii Marci fratris: ac ſi eorum quodammodo ſe libertum, aut ab iis Romana civitate donatum profiteretur. Sunt quidem, quibus inſuetum nimis atque etiam incongruum hoc videatur; ſed Regem alterum Romanae gentis nomine ſimiliter uſum in Inſcriptione deprehendi, quam huic epiſtolae ſubdam, ſi tempus ſuppetet.

Singularis profecto eſt & nummus alter Προυσιέων πρὸς θάλασσαν, quae Pruſias maritima alia eſt a duabus Pruſis in eadem Bithyniae provincia ad Olympum, & ad Hypium, ut Cellarius veſtras optime oſtendit: Προυσιάδα τὴν ἐπιθαλάσσιον Mennon apud Photium nuncu- Cod.
pat. Urbis huius nec Vaillantius, nec 224.
Harduinus viderunt nummos, ſed unum Spanhemius memoravit ex Goltzio. Regina heic quoque occurrit, cuius nec videramus faciem, nec fere nomen ſane prolatum audiimus: ubi enim ad eam perquirendam, & apud Hiſtoricos explorandam me contuli, in Mithridatis ad Arſacem epiſtola, quae inter Salluſtii

ſtii fragmenta viſitur, reperiſſe mihi vi-
lib. 93. ſus ſum: *Nicomedes Bithyniae Rex moriens populum Romanum fecit heredem, regnumque eius in provinciae formam redactum eſt*, ut ex Epitome Liviana conſtat. Inique eos egiſſe, perſuadere vult Mithridates, quod filius iam extaret mulieris, quam ipſe Nicomedes Reginam promulgaſſet: hanc ſententiam ita profert Salluſtii editio Aldina: *Cum filius Nuſa, quem regem appellaverat, genitus haud dubie eſſet.* Pariſienſis, Cantabrigienſis, aliaeque: *Cum filius Nuſa, quam Reginam appellaverant, genitus haud dubie eſſet.* Ita & Batava cum Variorum adnotationibus, in quibus haec loci emendatio Apolline minime dextro proculitur: *Cum filius, quem Regem appellaverat Nuſa genitus haud dubie eſſet*. Legitur in Genevenſi: *Cum filius Muſa, quem Regem appellaverat &c.* In Plantiniana: *Cum filius Muſa, quem Regem appellaverat &c.* Ex nummo mulieris nomen certo comperimus, neque inauditum quidem, nam *Muſae matri* Carpus Li-
609. 5. bertus apud Gruterum parentat. Reginam nuncupatam eſſe, numiſma comprobat; quamobrem ita reſtituendus praeclari Hiſtorici videtur locus: *Cum filius Muſa, quam Reginam appellaverat, genitus haud dubie eſſet.*

Quaenam haec Muſa fuerit, ſtatuere haud in promptu eſt. Admodum implexam Bithynorum Regum hiſtoriam faciunt Scriptorum ſibi adverſantes, ut videntur, loci. Ab Appiano eam repetentes, incipienteſque a Pruſia, qui Perſei poſtremi Macedoniae Regis ſororem
in Mithr. duxerat, Nicomedes illi filius ſucceſſit; huic Nicomedes alter cognomine Philopator. Docet Hiſtoricus eodem loco, Philopatoris nepotem Nicomedem alterum Romanis regnum teſtamento reliquiſſe: υἱωνὸς τοῦδε ἕτερος Νικομήδης Ῥωμαίοις τὴν ἀρχὴν ἐν διαθήκαις ἀπέλιπε. Non ergo duo tantum a Pruſia fuere Nicomedes, ut dici ſolet; ſed tres, niſi quatuor velimus, Pruſia altero inter tertium & quartum interiecto ex iis, quibus paulo poſt ſubſequentem paragraphum claudit Appianus. Nihil quidem ſtatuo, cum hos extricare nodos minime in praeſens vacet, ſed Regum numerum ut augeamus, temporis quoque videtur ſpatium ſuadere; qui enim duos tantum poſt Pruſiam Κυνηγὸν Nicomedes ponunt, ſexaginta pene annos alterum ex iis regnaſſe, admittant neceſſe eſt, quod minus veriſimile videri poſſit. Quidquid ſit de hoc, Regi Bithyniae vita functo Romanorum Senatum *Nicomedem ex Nicomede & Nyſa progenitum* ſubſtituiſſe, Photius tradit ex hiſtoria
Mennonis: τὸν ἐκ Νικομήδους καὶ Νύσης Haec- Cod. 224.
cine Muſa noſtra eſt, & Photius quoque ex numiſmate emendandus? Attamen quam Mithridates apud Salluſtium memorat, alia certe & poſterior eſt: verum uxorne poſtremi Nicomedis, an filia? Uxorem putet aliquis, quam pellicis loco primum habitam Reginam poſtea maritus dixerit, atque ab eo filium ſuſceperit. Verumtamen ſine filiis e vita deceſſiſſe, Appianus docet, ubi Bithyniam tertio bello Mithridatico invaſam narrat, Νικομήδους τεθνεῶτος ἄπαιδος. quod de maſculis intelligendum eſt. Ego quidem in id propendeo, ut Muſam in nummo ſcalptam Nicomedis filiam opiner, quam Reginae nomine honorarit. Filiam habuiſſe, & hoc ipſo nomi-
ne, a Svetonio diſcimus, qui *Nyſae cau-* Caeſ. c. 49.
ſam filiae Nicomedis a Caeſare in Senatu defenſam tradit, Muſa heic quoque in Nyſam fataliter pene detorta. Hanc coniecturam ſi admittimus, tertiam numiſmatis dictionem intelligemus, quae ceteroquin quomodo explicari poſſit, non video: nomen ſiquidem continere dicemus mariti; ΜΟΥΣΗΣ ΟΡΣΟΒΑΡΙΟΣ, ut in aureo apud me ΑΡΣΙΝΟΗΣ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ. Libentius profecto legerem ΟΡΣΟΒΑΡΙΟΥ, & ſi umquam facultas dabitur, numiſma eo loci aliquanto detritum iterum attentius inſpiciam; nam Orſobaris ſi nomen fuit, ut Rheſcuporis, Ὀρσοβάριδος potius videtur ſcribi debuiſſe, ut Σώσιδος a Σῶσις, vel Ὀρσοβάρεως, ut a Βόκχορις Βοκχόρεως habemus in Plutarchi Demetrio. Videmus tamen in Gelenſium pſephiſmate Σώσιος a Σῶσις deduci, quod perinde eſt ac Ὀρσοβάριος ab Ὀρσόβαρις: habetur in eodem Σωσίπολις, unde Σωσιπόλιος vide-

videtur deduci debuisse. Sed de his hactenus, & nimis multa fortasse; verumtamen quaecumque occurrerunt proponere volui, ut plenius de sententia tua me certiorem facias.

Veterem Inscriptionem paulo ante memoravi, in qua Rex alter appareat gentilitio sibi nomine, ac Romano praenomine adscito, ut de Tarcondimoto vidimus in nummo. Illam frustra pluries tentatam, ut in literarum bonum exscriberem, Secusiam aliquando me contuli. Publici quidem iuris iam feci, sed cum sciam, libros Italicos ad oras vestras quam tardissime perferri, exhibere heic tibi volo, ut certus sim, praeclarissimum monumentum tibi non amplius differri.

Vide Inscriptionem in huius voluminis pagina CCXXXIV.

Arcus Secusiani praenobilem titulum vides. In Actorum ac Diplomatum Historia, qua Arti Criticae Diplomaticae viam sternere adnixus sum, ipsius Arcus faciem conspiceres, & caelaturas, quibus zophorus undequaque decoratur. Quod ad Inscriptionem attinet, multa domi servo, ut aliquando illustretur. Perobscura ante hoc detectum monumentum erat Cottiorum historia. Donnum Ideonnem fuisse, aliasque a Cottii regno tenuisse terras, hactenus credidimus, ut ex doctissimo Cellario inter alios abunde potest agnosci: errorem Strabonis locus seu perperam scriptus, seu male acceptus invexit. (Not. orb. ant. l. 2. c. 9.) Iam vero intelligere possumus, Cottio nostro, qui dum Gallia subigeretur a Caesare, *in angustiis latuit*, deinde *in amicitiam Octaviani receptus Principis* per Alpes sibi cognomines viam aperuit, ut ex Ammiano discimus, (l. 15. c. 10.) Donnum, eorumdem locorum Regem, patrem fuisse. Iuliae gentis nomen in Augusti obsequium Cottium sibi adscivisse, ingens nos Fornix docet, quem ipse, & simul quae sub eo civitates erant, extruxere. Regem quidem se nequaquam nuncupat, ac si paterni Regni administrationem tantum illi Augustus concesserit, ita ut tamquam Romanus Praefectus regeret. Fratrem quoque videtur habuisse cognomento Vestalem, qui provinciae Ponti praefuerit, is enim ab Ovidio *Alpinis regibus ortus* dicitur, (Pont. l. 4. 16.) itemque *progenies alti fortissima Donni*. Cum tamen Alpium suarum regimen permissum Cottio sit διὰ βίου, Regem vocavit Ammianus dicto loco, (c. 10.) & Cottii regnum sub Tiberio memoratum a Svetonio est. Quin posteris dominatum transmisit, filium enim ipsius, aut nepotem M. Iulium Cottium alterum memorat Dio, (lib. 60.) cui Claudius Imperator τὴν πατρῴαν ἀρχὴν, ἣν ἐπὶ τῶν Ἄλπεων τῶν ὁμωνύμων εἶχε, προσεπηύξησε, Βασιλέα αὐτὸν τότε πρῶτον ὀνομάσας. Confirmari videmus postremis hisce verbis, quod ex Arcu didicimus, Regis nomen ab Augusto nequaquam Cottio permissum. Quem vero Claudius Regem dixit, sine liberis decessisse, ex eo arguere est, quod sub Nerone Alpes Cottio Rege defuncto in provinciam sint redactae, ut Svetonius docuit, & exinde Eutropius, ac D. Hieronymus in Chronico.

Cum intra paucos dies Galliam versus iter suscepturus sim, Cottiasque Alpes superaturus, vicorum, & montium nomina perquirere non intermittam, ut populorum, qui in Inscriptione recensentur, explorem loca, atque in Sabaudia potissimum, & in Delphinatu vestigia, si fieri poterit, detegam. Istiusmodi recentiorum nominum indagatione *Civitates Vardacatensium*, & *Dripsinatium*, in Brixiano marmore memoratas, & a doctis Geographis numquam agnitas, levi opera detexi, ut sub finem libri quinti Veronensis Historiae videre est: neque enim civitatium nomine urbes intelligamus oportet, quod permultos in errorem deduxit, sed Communia quaedam a vico, aut oppido nobiliori ut plurimum denominata. *Amodanam* exempli gratia in Mauriena occurrere animadverti, cum elenchum nuper percurrerem DCLVII Paroeciarum, quibus Sabaudia universa in sex provincias, seu valles dicamus, distributa constat: num *Adana* fuit, & *Adanatium* caput? *Saint Thibaud* habemus a Chamberiaco leucis duabus: id nominis a *Tebaviis* primitus videtur ortum, e quibus Theobaldi, exinde S. Thebaldi nomen fluxerit.

rit. Vallem habemus *Iraite*; ibine olim *Iriorum* ſedes? In Delphinatu ad Druentiam ,quae in Cottii terra oritur , vicus extat *Segoier* ; num a *Segoviis* traducto nomine , & *caſtrum Sigoverii* latine olim appellatus, ut ex veteribus documentis conſtat ? extat *Veniſſieu* , item haud procul a Chamberiaco *Venimes ;* num a *Veniſamis* , & a *Veaminiis ? Beſaudunum* habetur in Dienſi Comitatu : ibi forſitan *Veſubiani* ſteterunt , niſi hos *Subiaſco* indigitet , aut in Lucernenſi valle *Bubiana* . Habetur *Vaudania* , ſive *Vaudavia* ſit; fortaſſe ab *Ovadiaviis*, ſeu *Quadiaviis*. *Miolans* , ſive *Caſtrum Medullionis* , quod in vetuſtis membranis reperitur, indicare videtur *Medullos*.
l. 8. c. 3. *Nationem Medullorum* Vitruvius *in Alpibus* memorat. (a) *Savines* vicus, aut *Savigny* in Genevenſi, ubi Sabaudiam attingit , *Savincatium* fortaſſe indigitat locum : forte etiam Sabaudiae nomini Savincates praeluſere. Neque enim Cottii regnum valde anguſtis concluſum finibus , & ultra montes ad Italiam vergentes nequaquam progreſſum exiſtimabimus , ut quidam volunt : a Secuſino municipio(ſic vetuſti loquuntur lapides) quod Cottiarum Alpium *initium* vocavit Ammianus , uſque ad Helvetiorum, & ad Romanae Provinciae fines videtur pertinuiſſe. Brigantionem *in alpe Cottia* fuiſſe, teſtatur tabula Theodoſiana; eidem accenſitum *Ebrodunum* teſtatur Itinerarium Burdigalenſe : Caturiges inter Cottianas civitates numerat Inſcriptio noſtra , quorum caput inter *Embrun*, & *Gap*, ubi nunc *Chorges* habetur, ſtetit; inſcriptio ſiquidem ibi olim detecta, in qua CIV. CATVRIG. legebatur ; priſca Itineraria inter Vapincum , & Ebrodunum locant . Cottiorum quidem iuriſdictionem Sabaudiam fere omnem opinor amplexam aliquando eſſe , cui & Gratianopolin, hodie Delphinatus caput, olim adſcriptam fuiſſe, Notitia Imperii docet; quod & viro doctiſſimo Hadriano Valeſio in Notitia Galliarum adnotatum eſt. Uſque in oppoſitam Rhodani ripam alicubi procurriſſe , ſuſpicari nunc poſſumus, ſi *Belacorum* oppidum *Bellay* nobis indigitat : ſuadere hoc quidem videtur nomen *Belica* in perantiquis documentis ſervatum , itemque , quod ab excellentis ingenii viro Abbate de Longuerue in Franciae deſcriptione animadverſum eſt ; Belicam ſcilicet a Sequanorum civitate diſiunctam fuiſſe . Habetur tamen & *Blay* ad ingreſſum Tarantaſiae vallis. Cottianae equidem terrae minime reſtrictos, coarctatoſque limites illud indubie probat ; nempe ſub Nerone Narbonenſi nequaquam additam eſſe, ſed novam Romanorum provinciam evaſiſſe ; neque enim tunc temporis exigui tractus provinciae conſtituebantur . Ammianus Marcellinus poſt ſuperiorem Rhodani curſum lib. 15.
deſcriptum, *exordium Galliarum* fuiſſe c. 11.
tradit , qua idem fluvius *raptum velocibus undis In mare fert Ararim*; quod ita Lucan.
quidem accipio, ut magnam ſaltem Allobrogum partem ad Cottiarum alpium provinciam pertinuiſſe , intelligi inde poſſit. Mirari autem ſubit, Caturiges , Veaminios , Egdinios (num hodie *Val d' Egiide?* perperam in editis Plinii *Ectinos*) Medullos , in hac inſcriptione recenſeri, qui & in illa apparent , quam ex Alpium trophaeo Plinius recitat . Auguſtus fortaſſe poſt Cottium in amicitiam receptum eius ditionem adauxit. Alios inſuper certe populos Cottio paruiſſe, ex ipſa Inſcriptione diſcimus, in qua cum nominibus caeteris locus deficeret , additum eſt , Et *Civitates &c.* ac ſi dixiſſent , *& Civitates reliquae* . Haud illepida venit in mentem modo eorum nominum explicatio, quae documentum vetus in Taurinenſi Archivo legenti mihi occurrit aliquando ; affirmatur in eo ſiquidem Novalicienſis Monaſterii latifundia ibi enumerari , marmori ad perpetuam fidem inciſa : documenti exemplum domi teneo .

Quamplura ex hac urbe ad te mittere eximia monumenta poſſem , quae in univerſalem , quam meditor , Inſcriptio-

(a) Recenſentur Μέδουλοι a Strabone , ſed ad Iſarae in Rhodanum illapſum , hoc eſt longe nimis. Cl. Bimardius Μεδούλους eiuſdem Geographi non incongruenter huc trahit.

ſcriptionum collectionem reſervo : invicti ſiquidem Regis permiſſu , & favore ante hos decem annos veteres lapides cum literatos tum ſcalptos, quos in his locis reperire potui , in unum coegi , & ordinatim diſpoſitos, novaeque Academiae porticibus infixos dedicavi : in hoc autem Muſeo , cui quam pauciſſimos id genus anteponas velim , praeclara multa ,quae nondum innotuere , ſervantur . Verumtamen ad iter inſtruendum meum , ordinandumque , cogitationem convertam neceſſe eſt , ventis enim dare vela ſecundis ſtatim aveo , ut quibuſdam heic me tricis exſolvero , quod ſpero quam primum fore . Non omnino abſum a ſpe , te ipſum conveniendi , quamvis tam longe poſitum . Regiones autem , quas primum percurrendi , ac luſtrandi deſiderio teneor , eae quidem ſunt , quas modo Linguadocium , & Provinciam dicimus : multas ibi , & maximas Romanarum antiquitatum reliquias ſupereſſe , fuere non ſemel , qui mihi cumulate dicerent . Is tractus omnis , Viennenſi etiam Comitatu adiecto , Romanae , ut ſcis, Provinciae nomine olim veniebat , & amplificatae quodammodo Italiae accenſebatur. Antequam Gallias reliquas Caeſar ſubigeret , Narbonenſem *Civibus Romanis iam plenam* fuiſſe , Tullius docet . Pro Gallia eam nequaquam habuiſſe ipſe viſus eſt Caeſar , cum Galliam *omnem* in tres dividi partes docuit. Quatuor quidem , ut par erat , Narbonenſi addita conſtituit Gallias Auguſtus; nihilominus Romae, & Auguſto ipſi Galliae in LX populos diſtributae excitarunt aram , Narbonenſi minime in partem advocata ; *Tres Gallias*, & *Tres Provincias Gallias*, Galbae nummus, & plures nobis antiqui lapides etiam ſecundi a Chriſto nato ſeculi oſtendunt. Quin ſeculo tertio inciſum ſcimus marmor praenobile in *Thorigny* caſtro adſervatum , a tribus pariter Provinciis poſitum , & *Galliarum Concilium* memorans Narbonenſi excluſa . *Italiam potius quam provinciam* eum tractum dici debuiſſe , Plinius aſſerebat : πόλιν τῆς Ἰταλίας Stephanus appellavit Nemauſum. Senatoribus iam ab Auguſti aevo cum extra Italiam peregre proficiſci interdictum eſſet , a Sicilia , & a Gallia Narbonenſi uſque in Dionis hiſtorici aetatem ea lege non arcebantur. Luitprandus lib. 1. *Franciam quam Romanam vocant*. In Rheginonis Supplemento: *Ludovicus Rex Galliae Romanae*. Soli ipſius ingenium, coeli indolem, arbores, & fructus, qui e terra percipiuntur , Italiam prorſus referre , a multis didici , qui eas regiones peragrarunt ; Gallicam quoque dialectum ibi ad Italicam valde accedere , multoque magis tranſactis aetatibus acceſſiſſe ; quod Italorum olim incolarum, civiumque Romanorum frequentiam denotat. Mirum propterea videri non debet, quod ad vetuſta aedificia ſpectat , & ad Romana monumenta, caeteris provinciis omnibus Narbonenſem longe praeſtare. Meo quidem illam perquirendi conſilio commodum eſſet , ſi Nicaeam iter dirigerem , & Maritimas alpes tranſirem ; ſed Cottias, ut dixi peragrare ſtatui , & Genevam quoque ubi multae & praeclarae habentur Inſcriptiones, adire . In Reipublicae literariae bonum cura ut valeas, atque ut quam diutiſſime vivas .

Pro Font.

lib. 3. c. 4.

lib. 53.

EDMUN-

EDMUNDO CHISHULL

SCIPIO MAFFEIUS

S. P. D.

Pridie Kal. Dec. an. MDCCXXXII. Massilia.



NSCRIPTIONES Asiaticas tuas, quarum desiderio flagrabam, in hoc tandem emporio reperire mihi contigit. Perquam paucos maiori aviditate, maiorique simul oblectatione libros vorare memini. O eximias profecto vetustissimi aevi reliquias, o monumenta praeclara! accedit exquisita illustratio tua, & quidquid ad praenobiles commendandas lucubrationes magis expeti, ac requiri solet. Sigeae Inscriptionis priorem, quam ad me una cum spectatissimo Sherardio (quae utriusque humanitas fuit) aliquot ab hinc annis editionem misisti, intelligo iam tam magnificae gazae non nisi prodromum quemdam haberi debuisse. Fuit haud ita pridem Venetiis, qui marmor illud serra diductum, & in duas attenuatum tabulas se ad me perlaturum, suam mihi obstrinxerit fidem; vir est acri ingenio, qui lapidem pluries vidit, & in eas regiones quotannis fere se confert; quamvis tamen non ita difficile factu esse constanter asseveret, in tantam spem nondum veni.

Prolixum Spartanae Epictetae testamentum quod laudas, veterum lapidum collectioni quam Academiae Veronensi dono dedi, multis abhinc annis accessit. Italicae eiusdem versioni, Italicorum interpetrum catalogo olim subiunctae, adnotationes quasdam adieceram, in quibus de vocibus ἐπιμήνια, ἐπιμήνιοι &c. in eadem tecum sententia fuisse, mihi mo-
p. 137. do gratulatus sum. Pariorum Decretum ad Allariotas missum, quod attulisti, ut in eodem Museo dedicarem nequidquam operam dedi; nec non & Hierapytniorum
p. 126. illud, quod memoras, & in quo pro ΕΝΙΕΡΑΠΥΤΝΗ lectum ΕΝΙΕΡΑΠΥΓΝΗ explicatumque perperam fuisse *in sacra pugna*, ego pariter animadverteram de Amphitheatris agens. Seleuci, & An- L. 1. c. 7
tiochi cum catalogum donariorum legerem, quo vasis cuiuscumque non nomen tantum, sed & τὸν σταθμὸν ἑκάστου declarant, alia in mentem venit epigraphe a me pariter acquisita, & exiguae basi insculpta, in qua pondus argenteae Iovis statuae olim superpositae curiose admodum explicatur: ad sacerdotum, custodumque fraudes cavendas, eludendasque, eam praestitam diligentiam opinor. Illius tituli exemplum exscriberem heic quam libenter tibi, ut Corcyrei alterius, quo expensae ob Templi instaurationem factae numeralibus notis in nullo alio monumento visis recensentur, si meam mecum supellectilem circumducerem. Isidis etiam, quae in Hispania haud ita pridem detecta est, puto Inscriptionem nosti, in qua non argenti tantum pondus, sed & gemmae singulae, quibus distinctum simulacrum erat, scrupulose enumerantur.

Illarum loco duas accipe Veronae nuper in lucem Inscriptiones prolatas; qui enim hanc epistolam, Massiliensem portum, quam primum licebit, deferens, in Angliam deferet, quidvis se delaturum humaniter spondet. Pluribus de causis Gelensium psephisma spero fore ut lubenti animo excipias. Longe tamen pluris facies Berenicensem lapidem, quem nuper Aquis Sextiis perlustrare, ut sperabam non licuit, quod ad nobilem sed valde dissitam villam amandatus fuerit: nondum siquidem mos ille exolevit a Plinio memoratus, qui que- lib. 31. c. 4.
rebatur, cimelia eiusmodi *in villarum exilia pelli*. Perinde tamen fuit, ac si vidissem; nam illustris possessor Lebretius, rei civili ac militari in Provincia Prae-

Praefectus, τῦ Ἀμφιθεάτρυ in marmore perspicue legi, me certiorem fecit; itemque, quamvis in extremo versu diductae appareant syllabae, ac separatae, abrasionem tamen haberi nullam.

Ne vero hanc Inscriptionem cum percurres, in haesitationem quamdam te forte adducant res duae in Graecis titulis numquam hactenus conspectae, nempe Amphitheatri mentio, & formula λευκαὶ πᾶσαι, scias, apud eumdem Praesidem lapidem alium ab eodem profectum loco me contrectasse, in quo utraque pariter conspicitur. Persimile decretum erat benemerentis honori datum; sed evanuere maximam partem detrito marmore literae, ita ut ex iis separatim ut plurimum interlucentibus aliqua vix tandem verba expiscari valuerim. In versu primo ΧΟΝΤΩ videas: ἐπὶ Ἀρχόντων erat, & nomina exinde habebantur, quorum vestigia quaedam in subsequentibus quatuor olfeci. Hinc sparsim, & intercise: ΠΟΙΩΝ ΑΓΑΘΩΝ. ΚΑΤΙΔΙΑΝ. ΤΟΥ ΑΜΦΙΘΕΑΤΡΟΥ. ΟΙΚΟΥΣ. ΟΝΟΜΑΣΤΙ. ΑΝΑΓΡΑΨΑΝΤΕΣ. ad calcem: ΤΟΠΟΝ ΤΟΥ ΑΜΦΙΘΕΑΤΡΟΥ. ΛΕΥΚΑΙΠΑΣΑΙ, ut & ante memorata desinit. Subter aliquanto maioribus literis,

ΔΕΚΙΜΟΣ ΟΥΑΛΕΡΙΟΣ ΓΑΙΟΥ ΥΙΟΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ
ΤΟΥΣ ΟΙΚΟΥΣ ΕΚΟΝΙΑΣΕΝ ΚΑΙ ΤΟ ΑΜΦΙ
ΘΕΑΤΡΟΝ ΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕΝ ΤΟΙΣ
ΙΔΙΟΙΣ ΔΑΠΑΝΗΜΑΣΙΝ . . . . ,
ΤΩΙ ΠΟΛΙΤΕΥΜΑΤΙ

ex quibus intelligimus, in huius Dionysii gratiam psephisma captum fuisse, & in conspicua Amphitheatri parte pariter collocatum, quod publicis aedificiis tectorium induxisset, & Amphitheatrum impensa sua Berenicensium Reipublicae dedisset.

Eruditos quosdam viros deprehendi nuper in hac provincia, qui de his lapidibus multo aliter ac ego feci, iudicent; primo siquidem non ad Cyrenaicam Berenicem eos pertinere, sed ad illam, quae Arabico sinui imminebat, decretorie pronunciant: quod vero ante annos aliquot in loco reperti sint, ubi Cyrenaica stetit, id factum esse dicunt curiosi alicuius hominis opera, qui illuc transtulerit. Mirificam fateor mihi visam esse sententiam hanc: nempe ut repertus sit, qui per totam quanta est Aegypti vastitatem, & per deserta Lybiae ad immensum iter & perdifficile inscripta marmora adigeret; vel rubro imposita, pererrato numquam literatis lapidibus mari, per arenosum deinde, multisque periculis infamem tractum in Mediterraneum deduceret, ut post tot casus in Cyrenaica demum regione deponeret. Barbaris non puto tam fervidam antiquitatis atque eruditionis libidinem tribuent; at Europaei Graeciae quidem, & Insularum, itemque Africae, atque Asiae haud valde dissitas a Mediterraneo regiones perlustrare solent, ut inde vetustas reliquias ad oras nostras perferant: verum quis unquam audiit, ab ultimis Aegypti superioris terminis, & ab Aethiopiae finibus marmorea ad nos monumenta devecta? Constat praeterea ex Inscriptionibus ambabus Amphitheatrum in ea civitate fuisse; quod de Cyrenaica Berenice mirum non est, quum littoralem Africam & hominibus repletam, & moribus Romanis olim imbutam sciamus; at quis sibi persuadeat, ultra Syenem Amphitheatra esse visa, & Amphitheatrales ludos? Tenor etiam Decreti, ex quo Provinciae Praesidem, aut quicumque fuerit publicis rebus praepositum, in eodem oppido haud exiguo temporis spatio substitisse apparet, mediocrem potius provinciam, ut Cyrenaica fuit, videtur indicare, quam Aegypti maximam, cuius Augustalis Praefectus anni unius curriculo vix cursim oppida singula lustrare potuisset, nedum

dum in remotissimis diutius commorari. Animadverti item debet, plurimos ibi Iudaeos degisse; cum enim in publicarum expensarum partem a Berenicensium Communi advocarentur, haud contemnendam populi partem, imo ut e psephismate argui potest, fortasse praecipuam, ab iis constitutam intelligimus: cur autem in Cyrenaicis urbibus, & quando id evenerit, Apio-
Lib. 2. n. 4. nem refellens docet Iosephus; scilicet Ptolemaeus Lagi καὶ Κυρήνης ἐγκρατῶς ἄρχειν βȣλόμενος, ϗ τῶν ἄλλων τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ πόλεων, εἰς αὐτὰς μέρος Ιȣδαίων ἔπεμψε κατοικῆσον. *Cum firmum in Cyrene imperium retinere vellet, & in aliis Lybiae civitatibus, partem Iudaeorum in illas misit, ut ibi habitarent.* Quanto autem numero eam regionem subsecutis etiam temporibus insederint, ex Dione discimus; qui sub Traiano Iudaeos, οἱ κατὰ Κυρήνην, Andrea quodam sibi duce constituto, bellum excitasse tradit, & usque ad CCXX hominum millia crudeliter interfecisse. Accedit ad haec omnia, levi profecto argumento impelli, qui ad Cyrenaicam Berenicem spectare non posse hanc Inscriptionem autumant, nempe quod Aegyptium prae se ferat mensis nomen, hoc enim esset fortasse aliquid, ubi de remota magnopere ab Aegypto regione ageretur, nihil vero est, ubi de contermina. Aegyptus, & Cyrenaica se contingebant mutuo, & a convexa valle quam Catabathmon ap-
lib. 17. pellabant, ut Strabo monet, distinguebantur. Ulterior adhuc ratio est: ea regio Aegypti regibus diutissime paruit, ac propterea Aegypti quodammodo appendix habebatur: quid ergo mirum, si instituta quaedam Aegyptia adoptarit, & quaedam nomina retinuerit? imo quis certo sciat, eas civitates Aegyptie loquutas non fuisse? Id asserere omnino in proclivi esset, nisi difficultas subori-
II. 10. retur ex Actis Apostolorum, ubi *Aegyptus, & partes Lybiae, quae est circa Cyrenem*, tamquam regiones diversa lingua utentes videntur memorari.

Affirmant rursus iidem eruditi, psephisma istud a Iudaica tantummodo illius urbis synagoga emanasse, nullamque in eo partem habuisse Berenicenses caeteri; quod abunde cognosci censent e Iudaeorum, & ex eorum Scenopegiae mentione; despiciebantur siquidem dicunt, a Gentibus, & odio habebantur Hebraei, quapropter in hoc nequaquam consortium venissent. Verumtamen recte de iis oppidis haec dicerentur quidem, in quibus exigua fuisset Iudaeorum manus; minime vero in quibus a Ptole- Act. II. 10.
maei Regis iussione maxima & forsan ditior ex illis constaret popularium pars. Percelebrem & apud Gentiles Hebraeorum Scenopegiam fuisse, e Plutarcho discimus, qui multa in Symposiacis de hac eorum solemnitate verba facit. Rem autem ut mihi primo visum est, plane se habere, his praesertim argumentis admodum verisimile mihi redditur. I. Honorari dicitur Praeses, quod cum *in Provinciam* εἰς τὴν ἐπαρχίαν, ut publicarum rerum curam gereret, advenisset, virum optimum non in iis tantum se praestitisset, quae Rempublicam spectarent, sed in iis etiam quae privatos cives, & erga Iudaeos quoque, qui ad eorum regimen pertinebant; patere ex eo videtur, ab ipsa Republica, seu Berenicensium Communi decretum latum, Iudaeis, ut in sumptus partem venirent, in societatem adscitis. Ni dicendum sit, Rempublicam ipsam cum ex Gentilibus, tum ex Iudaeis coaluisse, magistra-
tumque ex utrisque desumptos. II. Ex V. Palaeog.
Archontibus novem (totidem Athenis p. 148.
quoque illa aetate constituebantur, ut ex Inscriptione praesertim constat, quam nudius tertius vidi) Decreto praesidentibus, unicus est, qui Hebraicum nomen praeferat, & is ipse Stratonis filius: mirum videri hoc possit, si ex Hebraeorum gente singuli fuissent. III. Celebrare laudibus, corona ornare, psephisma in columnas incidere, Graecorum mores redolent, non Hebraeorum, & Gentilium civitatum instituta, non Synagogarum sapiunt. IV. Divinis legibus, Iudaicaeque disciplinae adversabatur quam maxime, ut ἑορτῆς tempore Iosl. 8
σφόδρα παρὰ τοῖς Εβραίοις, ἁγιωτάτης ϗ c. 4.
μεγίστης de prophanis ageretur rebus: qui ergo fieri potuit, ut in ipsis taber-

naculis ea lex ab eorum Concilio promulgaretur? perperam propterea videtur reiici eorum verborum ἐπὶ συλλόγου τῆς σκηνοπηγίας interpretatio quam exhibui, *tabernaculorum conventus tempore*, ut haec substituatur, *in conventu festi tabernaculorum*, cum in eo conventu sceleris loco haberetur, quicquam eiusmodi pertractare: imo cum nullus iis diebus ab illis conventus cogeretur; seorsim siquidem in tentoriis degebant, ac feriabantur, & postrema tantum die conveniebant, ut Domino gratias agerent: integra autem hebdomada sacrificiis absumebatur. D. Hieronymus adv. Pel. Dial I. *In diebus Scenopegiae, quando figebantur tabernacula, a die XV mensis septimi usque ad diem XXII inter alias victimas semper pro peccato hircus offerebatur.* V. Qui Decretum sciscunt, in maxime conspicua Amphitheatri parte collocari iubent: ipsa ergo Civitas sancit; neque enim in aedificia publica nisi Concilio universo, aut Magistratibus supremis quidpiam auctoritatis erat. VI. Amphitheatrum Paganorum locus habebatur religiosus, ibi enim arae, Idola, & dicati semper fictitiis Numinibus ludi; quis sibi persuadeat, psephismata sua in eo collocari, ac custodiri Synagogam Iudaicam ex solis Iudaeis constantem decrevisse? VII. Videmus in Inscriptione altera persimili, cuius fragmenta paulo ante retuli, Dionysium quemdam iisdem formulis & ab Archontibus pariter honorari, quod Amphitheatrum Berenicensium Reipublicae aut dedisset, aut instaurasset: qui adversam sententiam tueri volunt pro Amphitheatro Berenicensi populo extructo, atque hominum carnificinae destinato, Hebraicam Synagogam gratias egisse, atque extulisse propterea Dionysium laudibus, admittant necesse est. His omnibus perpensis, a Iudaeorum Synedrio, & in Aethiopica pene civitate latum fuisse decretum hocce, credat qui volet; per me licebit.

Modo vero dubitationem aliam attingam, quae ob notationem temporis videtur oriri, & ex qua Chronologorum filii discussiones instituendi plures, doctasque lucubrandi dissertationes, nancisci occasionem possunt. *Anno LV. Phaophi mensis XXV. Tabernaculorum conventus tempore.* Nodus in eo vertitur, ut Hebraeorum Scenopegia cum XXV Phaophi mensis die conciliemus. Feriae tabernaculorum a quintodecimo die mensis septimi (Tisri apud illos nomine e Chaldaeis translato) erant indictae. Levit. XXIII. 34. Tisri quintodecimo, si communi placito stamus, respondebat Phaophi Aegyptii X, & Octobris VII. adi sis comparationem mensium apud Syncellum. Pag 37. Phaophi ergo die XXV Scenopegia ab integra, ut videtur, hebdomada omnino desierant. Verum animadverti ante alia velim, hanc difficultatem omnem ex eo pendere, quod pro indubitato habeamus, annum quinquagesimum quintum in lapide enuntiatum ab Augustana æra desumi, & propterea DCCLXXVIIII ab V. C. designare. Idem primo intuitu mihi quoque visum, cum ulteriores perquisitiones eo tempore aggredi non vacaret: at quis nobis hoc ratum facit? nonne scimus, Ptolemaidem, Antiochiam, Laodiceam, Gazam, Samosatam, urbesque alias a libertate impetrata sibi epocham constituisse? cur praestare idem non potuit & Berenice? *Ptolemaeus Cyrenarum rex; cui cognomentum Apionis fuit, mortuus heredem populum Romanum reliquit, & eius regni Civitates Senatus Liberas esse iussit*, quod ex Liviana Epitome discimus; *in eo regno inclytae civitates erant Berenice, Ptolemais, & Cyrene*, quod Eutropius memorat. Contigit hoc Cn. Domitio Aenobarbo, & C. Cassio Longino Coss. ex Iulio Obsequente, & Cassiodorii Chronico, anno Urbis Varroniano DCLIX. cui si LV addamus, annum habebimus DCCXIV. Perpendi etiam posset, utrum Iudaeorum in aequinoctiorum, & solstitiorum observatione hallucinationibus, quam videmur deprehendere, anomalia possit imputari. Scimus aequinoctii retrogradationem Christianis ipsis diutissime obrepsisse, & Iudaeos *accuratam hoc in negotio rationem inire nequaquam studuisse*, S. Epiphanius tradit; quin *depravata apud ipsos, ac perturbata fuisse omnia*: Haer. 70

nia : *δείπετε γὰρ αὐτοῖς, καὶ ἡττᾶνται τὰ πάντα*. Verumtamen his & aliis multis in praesens praetermissis, atque admittentes Aegyptiam epocham ab Alexandria capta in marmore consignatam esse, potuisse aio in Phaophi XXV tabernaculorum solemnitatem incidere; sed ut eo res deducatur, communis illa opinio deferenda est, post Actiacam victoriam anni sui methodum statim repudiasse Aegyptios, & Iulianam amplexos Ep.Syr. esse. Statuit Norisius postquam Aegy- Diss. 3. ptii *initium Thot, a quo annum exordiebantur, in die XXIX Augusti Romanorum fixerunt, anni vagi usum apud solos Astronomos remansisse, eosdemque deinceps fuisse dies anni sacri, & civilis*: in eam sententiam Chronologorum chorus conspirat: liceat nihilominus in dubium non una tantum ex causa hoc placitum revocare.

Primum enim peto, quo fundamento, qua nitamur auctoritate, cum dicimus, veterem ac propriam deducendi temporis rationem antiquasse Aegyptios, alienamque sibi adscivisse: sane tam nova res sine luculentis ac disertis veterum testimoniis adstruenda non erat. A Senatu Romano anni Iuliani receptionem Aegyptiis imperatam fuisse, ut recentiores asserunt, merum somnium est. Duos apud veteres Scriptores locos reperio, ex quibus haec manare opinio potuerit: Dionis in primis dicentis Aegyptios diem, quo Alexandriam expugnavit Augustus, pro festo haberi decrevisse, & eorum annos in postremum ab ea victoria numerari: *καὶ εἰς τὰ ἔπειτα* lib. 15. *τα ἔτη ἀρχὴν τῆς ἀπαριθμήσεως αὐτῶν νομίζεσθαι*. Alter Censorini, tradentis Aegyptios Augusteos annos diversimode ab aliis computasse. At epocham sibi quamdam instituere, & specialem annorum numerationem, & seriem ab uno potius quam ab altero facto deducere, non est anni communis formam immutare, nec tricenarios menses reiicere, nec novam diei intercalationem admittere. Ubi Censorinus aerae Augustanae ab Aegyptiis adhibitae meminit, statim subdit: *Nam ut, a nostris ita ab Aegyptiis quidam anni in literas relati sunt, ut quos Nabonassari nominant; item Philippi, qui ab excessu Alexandri numerantur*. Verum sicuti neque ob Nabonassari, neque ob Aridaei epochas propriam anni constructionem deseruere, ita nec ob Augustanam. Quod vere a sua methodo tunc non discesserint, his omnino rationibus evinci videtur mihi.

I. Eadem mensium Aegyptiorum nomina post Augustum perstitere, quibus antea utebantur, non apud Astronomos, aut Sacerdotes tantum, sed apud omnes: neque illis Romanorum mensium respondebant dies, nam admonet nos Plinius, l.6.c.23. Mechiris Aegyptii diem sextum incidisse in Ianuarias Romanorum Idus: anni ergo Romani forma Plinii aevo in Aegypto non servabatur.

II. Numquam Aegyptii a Ianuario annum auspicati sunt. Porphyrius Homericum Nympharum antrum illustrans: *Αἰγυπτίοις δὲ ἀρχὴ ἔτους οὐχ Ὑδροχόος ὡς Ρωμαίοις, ἀλλὰ Καρκίνος*. Censorinus quoque Aegyptiorum annorum *initia semper a primo die mensis eius* desumi docuit, *cui apud Aegyptios nomen est Thot*. Tertio ergo a Christo seculo, quo Auctores floruere utrique, tantum distabat Aegyptiorum ordo a Romano, quantum in Zodiaco ab Aquario Cancer, & quantum in anno Ianuarius ab Augusto mense, & a Septembri.

III. Docet itidem Censorinus, anno quo scribebat, Aegyptiorum exordium fuisse *ante diem VII Kal Iu ias, cum abhinc annos centum Imp. Antonino Pio II, & Bruttio Praesente Coss. iidem dies fuerint* (f. idem dies fuerit) *ante diem XII Kal. Augustas*. De anno civili ac communi videtur omnino Auctor loqui. Constat igitur, Aegyptios annum Iulianum minime adoptasse, sed mobilem, ac retrogradum (vagum non dicerem) retinuisse; nam si anno Iuliano usi essent, initium eius immobile habuissent ac fixum, ut apud Romanos erat.

IV. Multa cum apud Auctores, tum in monumentis testimonia deprehenduntur Epagomenarum post Augustum quoque adhibitarum ab Aegyptiis. Tricenariis ergo post Augustum quoque usi sunt mensibus, quibus quinque adiiciebant dies. Specialem Epagomenarum men-

mentionem videas apud Georgium Syncellum, ubi Hebraicos, Aegyptios, & Romanos inter se comparat menses, docetque adiectitios dies post Augusti XXIV ab Aegyptiis interseri.

In Veronensis Capituli bibliotheca canonum codex extat membaneus, reverenda antiquitate conspicuus, quippe qui maioribus literis, & sine verborum intervallis, quamvis ineleganter, & parum accurate, descriptus. Continet inter caetera historiae fragmentum ad S. Athanasium, & ad res Alexandrinas pertinens, chronologicis praecipue notis repletum. In eo haec habentur verba: *ex mense Mensore, sive ex die intercalariorum.* Mesori postremus erat anni mensis, ad cuius finem dies quinque ἐπαγόμϑυαι dicti intercalabantur. Quarto ergo seculo Christiano ea nondum methodus in Aegypto prorsus desierat. In eadem historia *Menses IV integri* vocantur, *a die Phaoph VIII usque Mechir VI.* hoc est Octobris, & Februarii. Si recte ineatur calculus, triginta dierum repperiemus eos adhuc menses fuisse.

Iam vero ut ad Inscriptionem redeamus, Aegyptia methodo posita, in XXV Phaophi diem anno Augustano LV Scenopegia plane incidebant. Aegyptii enim sex circiter horarum, quibus Solaris annus 365 dies excedit, rationem non habentes, neque intercalationem statuentes ullam, annum suum diei quadrante retrogradum quotannis volebant; quod cur fieret, & quomodo, vetus, & praeclarus auctor Geminus in Isagoge perspicue tradit δώδεκα γὰρ μῆνας ἄγουσι τριακονθημέρους, καὶ πέντε ἡμέρας ἐπάγουσι· τὸ δὲ $\frac{\delta}{\alpha}$ οὐκ ἐπάγουσι, ἵνα αὐτοῖς ἀναποδίζονται αἱ ἑορταί· Ratio ergo cur quinque adiicerent quidem dies, quadrantem nequaquam, haec erat, *ut eorum solemnia retrocederent.* Docuerat Geminus & paulo ante, Deorum sacra eadem semper die recurrere, Aegyptiis non placere, sed omnes anni tempestates eo modo paulatim & sensim peragrare. Romanorum ergo methodo & anno fixo obstabat apud Aegyptios religio, quae non Astronomos solum, sed populum afficiebat omnem. Ex istiusmodi autem regula XXV circiter dies seculo quovis annus retrogradiebatur: quod optime ex Censorino confirmatur, cuius locum nuper adduxi; tradit enim anno V. C. 991 Aegyptium annum incepisse Iulii die XXV. cum anno 891 incepisset Iunii die XXI. quae viginti sex dierum anticipatio est. Diei autem unius differentia pluribus causis imputari potest; sed potest etiam inemendato Censorini textui in numeralibus notis, ita ut non *XII*, sed *XIII Kal. Aug.* legi debeat, & Iulii dies designetur vigesima, ac quovis seculo diebus viginti quinque retrogradum habeamus Aegyptiorum annum. Conficitur ex his, anno V. C. 791. anni Aegyptii, & mensis Thot primam incidisse in Augusti XIIII. anno vero 779 in Inscriptione enunciato incidisse in Augusti XI. Consequenter proximi Phaophi primam in Septembris XV, si quinque epagomenarum dies post Mesoris tricesimam, & post Augusti vicesimam quartam interserebantur, ut putatur. Hoc modo Phaophi XXV in Octobris X incidebat, quae Scenopegiis procul dubio erat addicta, cum a septima inciperent. Quod si epagomenarum alia fortasse erat ratio, & illas *diversis superaddebant mensibus*, ut Card. Norisius dixit de Gazensium annis agens, quinque illis diebus non computatis, Phaophi XXV. in Octobris XV incidit, quae tabernaculorum erat ultima, & quam praesertim designare videtur Inscriptionis loquutio ἐπὶ συλλόγου τῆς σκηνοπηγίας· Post septem enim dierum ferias sub tabernaculis habitas, conveniebant octava Iudaei gratias Domino acturi; haec autem ἡ μεγάλη τῆς ἑορτῆς a D. Ioanne appellatur, & in Aquilae versione dicitur σύλλογος: *Collectam* reddidit Vulgatus interpres. In Levit. V. 34. legitur: *Dies quoque octavus erit celeberrimus, atque sanctissimus, & offeretis holocaustum Domino; est enim coetus, atque collectae.* Octavae diei σύλλογος seu Collecta memoratur etiam ab Esdra, & in Paralipomenis. Sed de his hactenus; quae tibi ob oculos proposui, ut quid de singulis iudices, admonere quam primum velis.

Ep. Sy. Diss. V.

Ev. VII. 37.

An-

Angliam visendi, ingeniis scilicet, studiis, atque artibus tam mirifice florentem, summa me cupiditas a longo iam tempore stimulat, ac sollicitat; quae increbuit sane, atque incaluit, postquam a te vulgatas Inscriptiones perlegi. Lutetiae menses aliquot subsistere meditor, deinde Londinum, Deo dante properare. Anglis multum equidem debere profiteor, cum ob humanitatem singularem, qua me qui per Italiam iter habent, convenire solent (convenere autem quam plurimi) tum ob favorem, & gratiam, quam opellis meis, Tragoediae praesertim, in Anglia ipsa invenire contigit. Da operam, ut te prospera omnino valetudine utentem, cum accessero, videre liceat, alterumque, cuius maxime desiderio teneor, Graecarum inscriptionum volumen publice iam propositum intueri.

Post editas a me Veronae, mense Augusto anni MDCCXXXII, cum praemissa ad Cl. Bimardium epistola tres inscriptiones illas; postquam exinde Octobri, & Novembri mensibus provincias Galliae aliquas percurrissem, vir undecumque illustris Bouhierius Praeses, quem summa cum voluptate Divione conveneram, secundam, nempe Berenicensem, item edidit una cum Lebrettianis aliis, eruditoque commentario auxit. Paulo post epistolam ad me dedit Cl. Ioseph Bimardius, de iisdem, quas ad ipsum direxeram, inscriptionibus erudite differens, selectasque alias & nondum agnitas mittens, quas deinde ipse vidi, & exscripsi. Acriter in ea & fuse eruditi Bouhierii de Berenicensi sensa, & sententias reiicit, ac oppugnat; ab illa incipiens, quod psephisma non ad Cyrenaicam Berenicem, sed ad eam, quae sub tropico Rubro imminebat mari, spectare crediderit. Solidam aliquando vulgare mens est, sed nunc cum admodum prolixa sit, nimis a proposito nos abduceret. Priorem propterea tantummodo partem heic exhibeo, in qua Honestam Missionem serio illustrat. Has literas, cum post discessum meum Veronam pervenerint, post quatuor tandem annos redeunti videre contigit mihi; magna quidem iactura, ac detrimento meo. Nam ad epistolae calcem haec habet: inscriptiones omnes Consulares, marmorum Smyrnaeorum delineationes, nummorum rarissimorum ectypa plusquam L, aliaque plura tibi destinavi, statutum enim mihi est, te quibuscumque potero officiis demereri: *nec quicquam aliud invicem petebat, nisi ut statim ad ipsum mitterem*, si quid *haberem* in loculis, quo res militaris, aut chronologia illustrari possint. *Verumtamen cum responsum accepisset nullum, elanguit benevolentia, refrixit ardor, ita ut aliorsum collectiones transmitteret suas. Quamvis autem in meliores utique transmiserit manus, cum post reditum meum epistolicum inter nos commercium revixerit, quod mecum potius cuncta non communicarit, quae sua humanitas erat, iterato, & vehementer ingemuit.*

Qui huic editioni praesidet, doctissimi Bouhierii verba ex autographa ipsius ad auctorem epistola diei 4. Ian. an. 1734. hic subdit, ut constet, alicuius opinionis discrepantiam amicitiam inter ipsos minime interturbasse. *Ainsi vous pourrez dire avec raison, comme disoit Ciceron au sujet du tombeau d'Archimede, que nos Gaules ignoroient encore ce qu'elles ont de plus beau, si un Savant illustre n'etoit venu d'Italie pour les leur faire connoitre.*

MARCHIONI SCIPIONI MAFFEIO

S. P. D.

IOSEPHUS BIMARDUS BARO MONTIS SELEUCI.

QUod dudum in votis fuerat, vir Clarissime, ut te, quem multis ab hinc annis, cum aliis doctrinae studiosis mirabar, penitius nossem, tandem effectum est audacia mea qua te, ignotus licet, interpellare veritus non sum, & tua singulari humanitate, qua in amicitiam tuam obrepentem, literis benevolentiae plenissimis remuneratus es. Eruditionem in his tuam, non minus quam in editis a te libris agnovi, sed tibi praeterea gratias ago, easque quam possum maximas, tum pro his quae me docuisti, tum etiam pro variis monumentis quorum me fecisti participem. Ne igitur beneficiis tuis prorsus indignus tibi videar, lubet ire per singula epistolae tuae capita, eo ordine quo a te scripta sunt; non tamen eo animo, ut tecum eruditione contendam; (qui enim ego anser olori obstreperem) sed ut tibi de ratione meorum studiorum constet, meque solita benignitate quae nescivi doceas, aut quae fortassis perperam statui, emendes. Cum vero nullae tuae partes sint in Clementis Alexandrini operum editione, supersedebo ab opera quam tibi ultro obtuleram, describendarum Cottelerii nostri animadversionum, contentus animi ad omnia erga te paratissimi τὸ προθυμὸν ostendisse.

Ad Nemausense Amphitheatrum quod spectat, minime illud κυκλοτερὲς πανταχόθεν est (ut de Theatro a Traiano Olympiae aedificato prodidit a te laudatus Pausanias, quod pessime pro Amphitheatro habuit interpres) at potius ovalis formae, seu *prolixae rotunditatis*, ut verba Cassiodorii usurpem, & πανταχόθεν ἕδρας ἄνευ σκηνῆς ἔχον, veluti de ligneo Caesaris Amphitheatro scripsit Dio Cassius. In illo, fateor non tot fuere graduum ordines, quot in Veronensi, & Romano. Sed neque ideo illud ex Amphitheatrorum numero eximerem, quandoquidem domus duabus tantum contignationibus extructa, non minus domus est, & vocatur, quam quae plurium sunt tabulatorum. Caeterum tibi vehementer assentior, multa vulgo ab imperitis Amphitheatra vocitari, quae theatra fuere; & ita rem se habere deprehendi hoc ipso anno, cum Vasionem Vocontiorum accessi, scrutaturus residuas venerandae antiquitatis reliquias. Quae enim ibi ostentantur Amphitheatri rudera, Theatri speciem omnino prae se ferunt; imo qui vulgo Arausione Cavarum Circus nuncupatur, nil aliud fuit quam theatrum Graeco more aedificatum. De Arelatensi Amphitheatro, nondum constituere potui; Theatrum fuisse subdubitabam, ea praesertim ratione motus, quod Ammianus Marcell. *lib.* XIV. *c.* 5. verba faciens de ludis quos Constantius Aug. edidit Arelate, dum ibi ageret hyemem anni 353, Theatralium, Circensiumque meminerit, nulla interim acta Amphitheatri mentione.

Lugdunensis Amphitheatri memoria extat in epistola, quam Christiani Lugdunenses, & Viennenses scripserant ad Asianos, & Phrygas, de martyrio fratrum qui sub M. Aurelio passi sunt, apud Euseb. H. E. *lib.* V. *c.* 1. huiusque supersunt rudera in colle dicto *Fourviere*, neque tamen an omnino lapideum fuerit, pronunciare ausim; quippe qui probe norim multis in locis Galliae nostrae Arenas extitisse, quarum ambitus exterior lapidibus quidem aedificatus erat; sed gradus lignei, & mobiles. Ii ut mihi verisimile videtur impensis munerarii extruebantur, exhibitoque spectaculo amovebantur, donec is cui postea muneris publici edendi cura incumberet, eos instaurandos locaret, ad diem muneris. Tales fuisse non ambigo Arenas Arausionenses extra urbem, Lingonenses, &c.

Gratissimum porro mihi foret, te visendi Nemausensis Amphitheatri causa, propius ad hosce tractus accedere. Dummodo certiorem me faceres, quo potissimum tempore iter hoc susciperes, tibi in via occurrerem, te tantillum a recto cursu deducturus, ut te hospitio Carpentoracte exciperem; ibi monstrarem Arcus nostri Tropaeophori reliquias nobiles, quas accurate delineandas, ab hinc quinquennio curavi; cum hoc monumentum pessime typis editum viderem in *Ant. Expl.* Monfauconii. Comes quoque itineris tibi forem lubentissime, non tantum Nemausum, sed quocumque divertere velles, sive Arelatem ubi tot supersunt Antiquitatis monumenta, quot nullibi in tota Gallia; sive Aquas Sextias, ubi Illustr. D. le Bret nummariam supellectilem tibi exhiberet, regiae pene parem, Mazauguius Bibliothecam omnis generis librorum instructissimam, qua typis editorum, qua MSS. inter quos notavi binos Inscrr. antiqq. codices, quorum alter fuit Onuphrii Panvinii concivis tui. Sed felicitatem hanc magis opto, quam spero.

Venio nunc ad nobilissimam quaestionem, de civitate cum iure connubii, ab Imperatoribus concessa militibus honesta Missione dimissis. Cur diplomate egerent illi milites, ut eorum matrimonium,

monium, connubium fieret, atque eorum filii civitate Romana gauderent, & patribus sui heredes essent, tam docte exposuisti ut nihil supra. Unicum restat perpendendum, quare scilicet, cum plures ex iis quibus diplomata concessa sunt, iam cives Romani essent, nihilominus non liberis tantum, posteris, & uxoribus detur civitas, sed etiam IPSIS: ut scriptum legitur in lamina tua Galbiana, & in reliquis: etsi enim illegitimas nuptias agitassent cives Romani, neque civitate excidebant, neque patiebantur aliquam capitis deminutionem.

Frustra sunt ii omnes, qui discrimen quoddam (quantum saltem ad ius civitatis spectat) inter Legionum milites, & milites classiarios constituunt. Origo erroris, ut probe notasti, quod pro iisdem habuerint, milites classis, & classiarios. Nec satis eorum discrimen notavit ipse Phil. a Turre, qui tamen propius ad verum accessit *Mon. vet. Ant.* p. 62. Classiarii sunt τὸ ναυτικὸν, milites classis sunt ἐπιβάται; Classiarii in navi operantur, nos eos vocamus, *l'equipage du vaisseau*, milites classis de navi pugnant, & ubi necesse fuerit excensionem faciunt, hos nuncupamus *les soldats de marine*. Istorum binae erant legiones, altera Ravennae, Miseni altera, ut Veget. *lib.* v. *c.* I. in fluminibus vero quae Romanum limitem constituebant, & in quibus classes adversus Barbaros instructae erant, aut cohortes quaedam classi praesto erant, vel milites Legionum in ripa fluminum per castra dispositarum ἐπιβατῶν munere fungebantur. Ita quidem accipere soleo *Notitiam utr. Imp. sect.* LVIII. *Praefectus legionis Quartae decimae Geminae militum Liburnariorum cohortis partis superioris Carnunto*. Et *Praefectus legionis primae Noricorum militum Liburnariorum &c.* Legioni classicae, sicut & classi praeerat praefectus classis, qui denos sub se Tribunos habebat docente eodem Veget. *Lib.* v. *c.* 2. nec in classe solum militabant classiarii milites, quorum pars tutelae urbis invigilabat, atque ad eam castra habuit. Castra Misenatium in regione tertia memorant Rufus, & Victor. Pars quoque in castris fuit, ibique cum terrestribus copiis pedaturam accipiebat, ut pluribus Hygini Gromatici locis perspicuum fit. In hoc tantum a militibus caeteris discrepabant, quod primi cum in castris affuissent, ad vias muniendas exirent. Hyginus, *Classici omnes ideo praetendunt, quod ad vias muniendas primi exeant, & quo sint tutiores a Mauris equitibus, & Pannoniis veredariis operantes proteguntur*. Praeterea moris erat militibus Legionum, indigetare se se a centuria in qua militaverant; milites vero classici suo nomini addebant nomen Trieris, Liburnae, alteriusve navigii cui conscendendo deputati erant. Nondum enim visum fuit cuiusquam classiarii militis monumentum, qui aliter designetur quam navi in qua militaverat. Cum itaque non minus Legionaria in classe militia esset, quam in castris, utraque pariter cives Romani fungebantur: honoratiores namque erant classiariis, milites classis, & tamen cives ipsi quibus minimus esset census εἰς τὴν ναυτικὴν χρείαν reservabantur iuxta Polyb. *lib.* VI. *p.* 466. nullum itaque dubium superesse potest quin civium Romanorum fuerit, merere in Legione classica, & classiaria militia defungi.

Quamvis tamen classici milites, cives Romani essent, non ideo solis iis patuit classica militia, saltem post Augusti tempora: suadet locus Taciti *Hist.* III. 12. a Lipsio aliisque laudatus. *Lucilius Bassus classis Ravennatis Praefectus, ambiguos militum animos, quod magna pars Dalmatae, Pannoniique erant, quae provinciae Vespasiano tenebantur, partibus eius aggregaverat*. Suadent Inscrr. Grut. DLXI. I. MCVII. 3. Rein. Cl. VIII. 35. tum aliae multae Fabrett. *C.* v. *p.* 364. *& seqq.* in quibus classiarii milites memorantur Pannonii, Dalmatae, Bessi, Seleucienses, Cilices, Syri, Aegyptii, ut probe notavit iam laudatus a Turre. Nihil itaque mirum quosdam milites classiarios indiguisse diplomate, quo non tantum liberis, posterisque, sed sibi praeterea IPSIS, civitas concederetur. De aliis vero qui cives iam fuisse videntur, dispiciendum restat. Cives Romani erant, non tantum qui in urbe nati essent, sed & ii qui in coloniis, municipiisve civium Romanorum erant. Eae tamen coloniae, illaque municipia plenum ius civitatis non habebant, variaque earum conditio fuit, ut a Sigonio demonstratum est, *lib.* II. *de antiq. iur. Ital. c.* 3. & 7. Inter iura illorum civium Colonicorum, Municipumve, primum fuit, quod in legione militarent, non in auxiliis ut socii. Festus in *Municipes*. *At Servius filius aiebat, initio fuisse, qui ea conditione cives Romani fuissent, ut Remp. semper separatim a populo Romano haberent. Cumanos videlicet, Acerranos, Atellanos, qui aeque cives Romani erant, & in Legione merebant, sed dignitates non capiebant*. Neque praeterea ambigo, quin multi provinciales, eo genere civitatis donati sint, quo coloniae, & municipia de quibus hactenus. Quae cum ita sint, satis patet, cur tam civibus Romanis, quam peregrinis, sive in classe, sive in legione expletis stipendiis, non ius solum connubii, sed & civitas emeritae militiae praemium, data sit; quia nempe cum coloni essent, aut municipes, vel patribus orti qui eatenus cives facti erant, quatenus in legione æra mererent, gratioso diplomate egebant, ut plenissimo civitatis iure fruerentur.

Id patebit clarius si patrias militum classiariorum quibus Vespasianus civitatem dedit, sigillatim perpendamus. Duo sunt *Salonitani*, *Iadestini* tres, *Epidauriensis unus*, alter *Risinitanus*. Salona vero, & Iadera, & Epidaurum erant coloniae. Risinium oppidum civium Romanorum, sive, quod idem sonat, municipium; Plin. *lib.* III. *c.* 22. Ii omnes itaque coloni, municipesve, ideo-

ideoque iuxta ſententiam prius expoſitam, ante Veſpaſiani diploma nondum pleniſſimo iure cives. At in Galbae diplomate quod propoſuiſti *Hiſt. Dipl.* p. 30. militum in eo nominatorum, quinque ſunt Sardiani, unus Maeonianus, ex regione ſcilicet inter Myſiam, Lydiam, Phrygiamque ſita, teſte Ptolem. *lib.* V. *c.* 2. alter *Lippeſius*, provincia ut mihi videtur Luſitania, in qua locus erat *ad Lippos*, dictus auctori *Itin. Antonin.* non longe a Salmantica, cuius gentile, *Lippeſius*. (Sin minus fateor me neſcire quo oppido natus ſit miles ille). Omnes ii quamvis orti in locis, quae neque Coloniae erant, neque municipia, nihil tamen obſtat, quin patres habuerint ita cives effectos, ut ius in Legionibus militandi haberent. Ita D. Paulus Tarſi Ciliciae natus, quae tunc colonia facta non erat, nihilominus civis erat Romanus. Cum igitur militibus illis aliquid deeſſet ad plenum civitatis ius aſſequendum, illud inter caetera ſupplevit Imp. Galba iſto diplomate. Nec obſtat quod Tribum hic plerique milites profiteantur, unde omnimodis cives eos fuiſſe, credat aliquis. Etenim ſtante republica, plures fuere, ad plenum civitatis ius adipiſcendum gradus: in Legione militare, cenſeri, & in Tribu ſuffragium ferre, honores in urbe petere. Sed ſublatis a Tiberio Comitiis, cum nullum iam ſupereſſet ius ſuffragii, forſan omnes ubique cives Romani Tribubus adſcribi coeperunt, quia tunc ad hoc praecipue cenſus peragebatur, ut ſcirent quot in orbe Romano cives eſſent, ad arma ferenda idonei; nec tamen omnes honorum petendorum ius habebant, in quo erat pleniſſimum ius civitatis, ne curiae municipales & Colonicae desererentur. Ita rem ſe habuiſſe demonſtrant innumerae Inſcrr. provinciae Narbonenſis, quae maxime Coloniis, & municipiis frequentata erat, in quibus Tribus Voltiniae nomen adſcribitur, ut omnino neceſſe ſit cives Romanos noſtrarum coloniarum, in ea Tribu cenſum eſſe profeſſos, & tamen illae omnes Coloniae militares fuerunt, id eſt, in tantum earum coloni cives Romani erant quantum in legione ſtipendia faciendi ius habebant (in hoc enim ſtetiſſe militarium coloniarum diſcrimen aliquando oſtendam, contra Sigonii, Lipſii, & Goeſii ſententiam) ideoque ut civibus urbanis fierent pares, civitatem accipere poterant eo modo quo & ſtante Rep. C. Marius per legem Apuleiam ternos in unaquaque ex coloniis quas deduxiſſet civitate donare poterat, ex Cicer. *pro Balb.* 21. quod ſi praeſtitiſſet, eadem omnino formula uſus eſſet, qua Imp. Galba uſus eſt, milites legionis primae Adiutricis civitate donando.

Addo praeterea veteranos lamellae tuae, e civibus minimi cenſus fuiſſe, & ad hunc uſque annum quo Galba habenas ſuſcepit Imperii, minus honeſta militia functos fuiſſe, quippe qui claſſiarii, remigeſque fuerant, quod nunc mihi demonſtrandum ſupereſt. Dio *lib.* LV. *p.* 646. *ed. H. Steph.* Legionem primam Adiutricem, quae eius aevo ſtativa habuit in Pannonia inferiore a Galba inſtitutam fuiſſe narrat. *καὶ ὁ Γάλβας τότε πρῶτον τὸ ἐπιχώριχὸν τὸ ἐν Παννονίᾳ τῇ κάτω.* Lecta fuit haec Legio ex *Claſſiariis quos Nero ex remigibus iuſtos milites fecerat*; ut ait Sveton. *Galb. c.* 12. Morte enim praeventus Nero nondum eos Aquila, & Signis inſtruxerat, quae ideo a Galba ad urbem accedente, petulantius popoſcerunt, ut & locum in caſtris ubi tenderent. Plutarch. *Galb.* p. 1059. *ἐπεὶ δὲ προσιὼν ἀπεῖχε τῆς πόλεως περὶ πέντε καὶ εἴκοσι σαδίους, ἐνετύγχανεν ἀκοσμίᾳ καὶ θορύβῳ τῶν ἐρετῶν τὴν ὁδὸν προκατεχόντων, καὶ περικεχυμένων πανταχόθεν, οὗτοι δὲ ἦσαν οὓς εἰς ἓν τάγμα ὁ Νέρων συλλοχήσας ἀπέφηνε ςρατιώτας: καὶ τότε παρόντος* (Galba) *ἐκβεβαιώσασθαι τὴν ςρατιὰν .... βοῇ σημεῖα τῷ τάγματι καὶ χώραν αἰτοῦντες.* Ea enim omnia neceſſaria erant ut iuſta Legio fieret. Quamvis vero Galba eorum petulantiam peroſus, equites iis immiſerit, partemque eorum contriverit, reliqui tamen Romae morati ſunt, ut patet ex Tacit. *Hiſt.* 1. *c.* 6. & quod prius Galba negaverat, tandem conceſſit, ideoque eius Legionis inſtitutionem Galbae tribuit Dio, quia ab illo demum quae ad legitimam Legionem requirebantur, impetravit. Galbae tamen infenſa propter commilitonum caedem, ubi primum Praetoriani tumultuari coeperunt, iis ſe adiunxit, accepto Othonis ſacramento (Tacit. *Hiſt.* 1. 31. *ſeqq.*) Eadem eſt quae Legio prima, non adiecto cognomine (qui Taciti mos eſt) dicitur ab Othone cum caeteris copiis quibus praeerant Annius Gallus, & Veſtricius Spurina, adverſus Vitellianos miſſa *Hiſt.* II. 11. & cum primum in acie ſtetiſſet Bedriacenſi praelio, ſtrenue adverſus Legionem vigeſimamprimam Rapacem dimicavit: Plutarc. *Othon. p.* 1072. & Tacit. *Hiſt.* II. 43. Hanc Victor Vitellius in Hiſpaniam miſit, ut pace & otio miteſceret. (ibid. c. 67.) ibique memoria Othonis infenſa Vitellio, alias Hiſpaniae Legiones ad Veſpaſiani ſacramentum traxit (H. III. 44.) indeque a Muciano in Germaniam translata. *Hiſt.* IV. 68. In his omnibus Taciti locis haec Legio, modo prima tantum, modo prima claſſicorum, modo etiam prima Adiutrix nuncupatur, ſed unam eamdemque Legionem ubique ſignificari, patet ex ſerie quam contexui, neque dubitabit, quem ea loca inter ſe conferre non pigebit. Igitur ex tuo Diplomate apparet claſſiariis qui ad militiam Legionariam promovebantur, ad adipiſcenda miſſionum commoda profuiſſe æra quae iam in claſſe meruerant.

Nullam praeterea moleſtiam creare poteſt formula a Grut. edita 574. 5. cum in ea civitas, tantum detur iis *qui peregrinae conditionis probati erant*; & quae hactenus de multiplici civitatis iure diſputavi, enucleandis aliis miſſionum formulis ſufficere mihi videntur. Cum vero eas ſigillatim recenſeres, praetermiſiſti fragmentum unius

unius quae ex adscriptis Coss. M. GAVIO. ORFITO. L. ARRIO. PVDENTE ab Impp. M. Aurelio Antonino, & L. Aurelio Vero, data noscitur militibus Cohortis II PANNONIORUM. Descripta visitur huius missionis pars posterior a Grut. MXXXII. 6. Verum si legisset Fabrettus Diploma Philippi cuius me fecisti participem, minus errasset in explanatione litterarum P. V. Cohortibus Praetorianis saepissime adpictarum. Neque umquam de Hypobolimaeis *Praetorianis urbis* vigilans somniasset. Caeterum datum est Diploma tuum an. Ch. 248. Sed chronologis, antiquariisque difficultatem maximam parit, de Philipporum annis nummus Philippi senioris argenteus, e Museo Collegii Turnonensis PP. Soc. Ies. cuius Musei Catalogus hoc anno typis vulgatus est Avenione. Huius nummi antica exhibet caput Philippi cum solita epigraphe M. IVL. PHILIPPVS. AVG. in postica Dea stat dextra caduceo innixa, sinistra gerens cornucopiae. Circa legitur P. M. TR. P. COS. VI. P.P. Hactenus tres tantum Philippo Consulatus adscribebantur; Harduinus quartum ex nummo Graeco Musei Claromontani. Annos Imperii sex tantum numerabant, Baronius septem; at nummus ille sextum prae se fert Consulatum, & Philippi Imperium, quod Chronologorum praestantissimi, mense Iulio an. 249 circumscribebant, ad an. 252 prorogare videtur. Cum enim Tribunitia Philippi potestas sexta, quam communi consensu iniit circa mensem Martium an. 249, coniuncta reperiatur in nummo relato a Mediobarb. p. 347. cum COS III. Consul IV procedere potuit an. 250, COS V an. 251. & COS. VI. an. 252. Nec fas est de fide, aut peritia descriptoris dubitare; is enim est qui meditatur Thesaurum numismatum, eo quem A. Morellus edendum susceperat multo ampliorem. Igitur si sartam tectam historicorum fidem servare velimus, omnino dicendum est, monetarii incuria accidisse, ut ductus notarum II, ima parte coaluerint, ita ut V figuram repraesentent, aut quod verius puto Traiani nummum iterum incudi revocatum Philippi imaginem accepisse, integra postica, quae passim in Traiani argenteis nummis occurrit: de his tamen tu rectius iudicabis.

Neapolitani regni inscriptiones, quibus nullum subditur nomen, misit vir Cl. Sebastianus Arnolfinius, Herculanensibus exceptis. Quam plurimas alias miserat, quae non afferuntur, quia in Novo Thes. exhibentur.

1

Neapoli in Museo Vallettiano cum tribus sequentibus.

HERCVLI. SERVATORI
P. IVNIVS
IANVARIVS
AVGVR
P

2

VESTORIA. ELPIS
IVSSV
T. VESTORI. ALEXANDRI. ET
T. VESTORI. PELOPIS

3

CORNELIAE
DIONYSIADI
VERN. PVTEOL
VIX. ANN. XXX. ANT
IHERAX. NAVF. III sic
AVG. CONIVGI. B. M. F

Scribendum fortasse erat NAVI. *Navicularius Triremi Augusto.*

4

In arce Baiarum.

IVLIAE. EROTINI
MYSTIS. CAESARIS. VILLIC
ET. FAMILIA. QVAE. SVB. EO. EST
OB. MERITA. EIVS

Subsequentes usque ad Graecam ex noviter detecto Herculanei oppido prodierunt. De his, ac de antiquis cimeliis ibidem erutis verba feci in Epistola typis data.

1

DIVO . IVLIO
AVGVSTALES

2

DIVO . AVGVSTO
AVGVSTALES

3

TI . CLAVDIO . DRVSI . F
CAESARI . AVGVSTO
GERMANICO
PONTIF . MAX . TR . POT . VIII
IMP . XVI . COS . II
PATRI . PATRIAE . CENS
EX . TESTAMEN. MESSI. L. F. M. N. SENECAE
MILITIS . COH . XIII . VRBANAE . ET
DEDICATIONI.EIVS.LEGAVIT. MVNICIPIB
SINGVLIS . HS . IIII . N

Aenea.

4

IVLIAE . GERM . . . .
AGRIPPINAE.TI.CLAVD...
PONT . MAX . . . . . .
L . MAM . . . . .

5

DIVAE . AVGVSTAE
L . MAMMIVS
MAXIMVS
P . S

6

ANTONIAE . AVGVSTAE . MATRI . TI . CLAVDI
CAESARIS . AVGVSTI . GERMANICI . PONTIF . MAX
L . MAMMIVS . MAXIMVS . P . S

7

IMP . T . VESPAS . . . .
CAESARI . AVG . . . .
TRIB . P . COS . . . .

8

FLAVIAE . DOMITILLAE . . .
VESPASIAN . CAESAR . . . .

9

DOMITIAE . CN . F
DOMITIANI . CAESARIS
D . D

10

M . NONIO . M . F
BALBO . PR . PRO COS
HERCVLANENSES

Sub equestri statua marmorea.

11

. . . .
. . . . BALBO . PRO . COS
. . . . CRETENSIVM . PATRONO
. . . .

12

M . NONIO . M . F . BALBO
PATRI
D D

Vici-

1

VICIRIAE . A . F . ARCAD
MATRI . BALBI
D D

2

MAMMIO . MAXIMO
AVGVSTALI
MVNICIPES . ET . INCOLAE
AERE . CONLATO

3

DECRETO . DECVRION
LOCVS . SEPVLTVRAE
PVBLICAE . DATVS
L. AVSIDIO . L . F . HOR . MONTAN
COMITI . C . CALVISI . SABINI

4

D M
C . ASINIO . AVG . LIB
PARAMYTHIO
FESTIANO
FALCONIA . HECDONE
MARITO . BENEM

5

D . M . S
L . FABIVS . MODESTVS
SIBI . ET . SVIS . OMNIBVS
INSTANTIA . ET . LABORIBVS
SVIS . FECIT

6

L.SAVFEIVS . ARABS
SIBI.ET.IS.QVI.IN.SCRIPTI.SVNT
M . BETI . . . . .
M . BETI . . . . .
M . BETI . . . . .
DEMET . . . . .
BETITIA . . . .

7

M . PAPIRIVS . M . F
TERTIVS
AVGVSTALIS

8

CONSTANTI . NERATIOR
VILLICO
POTENTI . NERATIORVM
CELLARIO
POTHVS . ET . LATHMVS
PATRI . ET . FR . . .

9

D . M
GEMINIAE . SIRICAE
MVLIERI . SIMPLICI
QVAE . VIXIT . ANN
P . M . XX . MINICIA
PARTHENOPE
ALVMN . DVLCISS
B . M . F

10

AENIAE
SEX . FILIAE
GEMINAE
SEX. VACAENIVS
GEMINVS
PATER
FECIT

1

D . M . S
TI . CLAVDI
FRVCTI
VIXIT . ANN
. . . .
MENS . IIII

2

OPPIDIAE
Q . F . GALLAE

3

D . M . S
L . POMPON
SECVNDO . PV
ERO . DVLCISSIMO
SARCIANA . MARCE
LLA . FILIO . CARISSI
MO

4

V . METTIAE . MILLIAE
MELLEBILLAE
Q . VERSINIO . C . F
QVADRATO

5

C . EGNATIO . C . F
CINNAMO
EGNATI . AMOMVS
ET . NARDVS
OPTIMO . PARENTI
ET . EGNATIA
CONTVBERN

6

TI . CLAVDIO
DIADVMENO
AMICO
IVLIA
BARILLA

7

ΜΗΝΟΦΙΛΟΣ
ΦΙΛΗΜΟΝΟΣ
ΧΑΙΡΕ

8

Hanc & subsequentem in agro Neapolitano exscripsit, & misit Cl. Io. Got. Richter.

VOGILIAE . L . F
MARCELLAE
L . AVTIDIO . RO
MVLO
T . POPILIO C . F . LONGO
L . AVTIDIO . MONTANO

9

P . DOMITIVS . ADESTVS
ET . FESTA . PARENTES
CERIALI . FILIO
ANNORVM . XX . D . S . D

10

In suburbio Virginum.

D M
FELICIONIS
IVBENIS . REVEREN
TISSIMI . QVI . VIX . AN . XXI
MEN . IIII . DIES . XXVIII
C . VALERIVS . MACRINVS
. . . AVGG . BERNAE . SVO
B . M . F

In

1

In vico S. Blasii Lucaniae.

I.O.M. ET. MERCVRIO. REDVCI
OB.REDITVM. M.CALEVII. PACATI
M. VEBIVS. M. L. GEMINVS
EX. VOTO
C. CAECILIO. RVFO
L. POMPONIO. FLACCO COS

2

In Lucania.

GERMANICO. CAESARI
TI. AVG. F. DIVI
AVG. N. DIVI. IVLII
PRON. AVG. COS
IMPERATORI. II

3

Puteolis.

IOVI. OPTVMO. MAXVMO
TERTVLLVS. SEVERVS. COMIANVS
ET. COMVS. COMINVS. POSTHVMVS
VOT. SOLVERVNT. L. M

4

Ibidem.

DEO. SOLI. INVICTO
C. COMINIVS
COMI. FILIVS
EX. VOTO

5

In pago Caggiani.

SEX. CAESIO. P. F. POM. RVFO
AN. X. P. CAESIVS. SEX. FIL. POM
PRISCVS. ET. POMPONIA. C. F. POLLA
FILIO. CARISSIMO. ET. SIBI

6

Ibidem.

M. VALERIO. M. F
POM. CRESENTIANO
AED. IIII. VIR. I. D
VIXIT. ANNIS. XLI. M. X
IVLIA. CORINTIAS
MARITO
B. M. P

7

Nolae.

D M
Q. ANTISTI
COMI
COMIANI
AED. COL. ET
IVLIAE. EVTICHIAE
VXORIS

8

In Monasterio Montis Cassini.

L. LVCIO. L. F. PAL. VMIDIO
SECVNDO. DECVR
.... Q.Q. PATRONO. COL. ALVMNO
COLLEGIVM. FABRVM. QVIB. EX. S. C
COIRE. LICET
L. D. D. D

Celebris Abbas Bacchinius dederat.

9

Atripaldae in agro Avellinensi.

....
OB. EIVS. ERGA. SE. BENEVOLENTIAM
ET. RELIGIONEM. ET. INTEGRITATEM
EIVS. STATVAM. CONLOCANDAM
CENSVIT

1

In vico S. Luciae inter Hirpinos, & Samnites.

LVCCEIA . C . L . AVXESIS
PORTICVM . TESTAMENTO
HS . IIII . M . N . FIERI . IVS
D . D
FACIVNDVM . CVRAVIT
C . LVCCEIVS . MODERATVS

2

L E O N T I V S
S E N E X . S E . V I
V V M . F E C I T . S I
B I . M E M O R I A
D E . S V O . P R O P . . .

3

Calatiae vulgo Galazzo.

Hanc & sequentes quinque nobilis & eruditus Hollandus iuvenis d' Egmond accurate exscripsit, & dedit.

M . O F I L I V S
M . Ͻ . L . T E R T I V S
M A G . M E R C . V I V S
S I B I . S V E I S . E T
Q V A R T A E . L

4

P . SERVILIVS . P . L . SVCCESSVS
AVG . GRATIS . CALATIA . MAGNA
. . . SIBI . ET . CLVVIAE
M . CONTVB . H . M . N . S

5

Q . GAVIO . Q . FIL
Q . NEP . Q . PRON
Q . ABN . Q . ADN . FAL
FVLVIO . PROCVLO
TRIB . COH . XV . VOL
TRIB . LEG . VIII . AVG
DECVRIONES . ET
AVGVSTAL . ET . POPVL
CALATINVS . PATRON
MVNIFICENTISSIMO

6

Q . GAVIO . Q . F
FAL . FVLVIO
TRANQVILLO
QVAEST . VRBIS
QVAEST . PROVINC
NARBONENSIS
ORDO . DEC . ET
POPVLVS . PA
TRONO . MVNIF

7

MERITIS . ET . HONORI . R . . .
PROMPTO . ANIMO . . . .



CRateris huius ex Achate utrimque ſculpto oro, & obſecro, amice Lector, ut qualemcumque explicationem videas in *Obſervat. Liter.* tom. 2. p. 339. Solida gemma eſt, magnitudine, qua hic effingitur, inter priſca artis miracula computanda. Muſeum Farneſianum olim, nunc Regium Neapoli exornat.

Eiusdem Crateris facies aversa.

1

Rignani, a Roma milliariis XXV. prope collem Lucerani, qui antiquitus Lucus Iani. *Misit Cl. Io. Bapt. Tomai Canonicus.*

I . O . M
M · VLPIVS · AVG . LIB
THAVMASTVS
A . COMMENTARIIS
OPERVM . PVBLICORVM
ET . RATIONIS . PATRIMONI
D . D

2

In Ecclesia rurali SS. Abundii, & Abundantii.

D M
T . GNORI . ATILIANI
P P
HAEREDES
LVCRETIVS · GALLIVS
C . V . ET
GNORI . SILVANVS
ET
CHARITO . LIB . PATRONO
OPTIMO . EX . T . F . C

3

In Ecclesia rurali S. Sisinnii.

D . M
Q . LOLLIO . Q . F . VALERIANO
SCR . AED
CVRVLIVM . Q . LOLLIVS
BATHYLLVS
FECIT
ET . SIBI . LIBERTIS . LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE . EORVM
IN . FR . P . IX . IN . AG . P . IX

Prope Rignanum: misit idem Canonicus Tomai V. Cl.

4

DP . MAXIMINI . IV . NON . DECEMBRES . IVLIANO . ET . SALLV
STIO . COSS

5

DP . RVPHINI . VI . KAL . SEPTEMBRES . MEROBAV
DE . BIS . ET . SATVRNINO . COSS

6

ANIC . ONORIO . ET . PROVINO . COSS . DP . IVLIE . V . IDVS
DECEMBRES . QVE . VICSIT . ANNOS . ς . ET . DIES . XXII
BENEMERENTI . IN . PACE . PARENTES . FECERVNT

Habentur in monumentis aliis Anicius Olybrius, & Probinus.

7

sic ANICIIS . OCNID . ET . PROVINO . CONSS . DP . VERVICES
XII . KAL . OCTOBRES . QVE . VICSIT . ANNOS . XXV . VIRGO
BENEMERENTI . IN . PACE . PARENTES . FECERVNT

1

DP . LEONIS . VIII . AVGV . THVDOSIO . AVG . ET . ROMV
DORO . CONSS
In aliis Theodosio Aug. & Rumorido.

2

DP . RORENTIE . IIII . KAL . OCTOBRES . VICSIT . ANNOS . NOVE
MENSES . SEX . DIES . SEX . CONSVLE . TEVDOSIO . ET
ROMVDORO

3

LEONTIO . ET . BONOSO . COSS . XII . KAL . FEBRARIAS . DORMIT . LEO
IN . PACE

4

CONSTANTIO . AVGVST . ET . COSTANTI . AVGVS . . . . . . ,
NONIS . DECEMB . LAVIANVS . DORMIT . IN . . . . . .

5

LEONTIO . ET . BONOSO . COSS . VIII . KAL . FEBRARIAS
DORMIT . VRANIVS . IN . PACE

6

DEPOSITIO . SEDATI . XII . KAL . DECEMBRES . GRATIA
NO . ET . TODOSIO . CONS

7

MAXIMA...QV . . . . . . IN . PACE . ANNOS . P. M.
LXX . RECESSIT . IIII . KAL . A

8

BEBI . VINDEMIALINIS . QVI . A ☧ Ω BIXIT . ANNVS . P. M. LV . DVLCISSIMO . PATRI
FECERVNT . FILI . DOLENTIS . DP . VII . KAL . OCTOB

9

VI . KAL . SETEBRES . BENERITO . NEOFITO . IN
PACE . ☧

10

AMANTIO . . . . IIII . NON . IANVARIAS . DEPOSITIO
AVRELIAE . REQVIESCIT . . . .

11

D P.RENATI.PRIDIE.NON.OCTOBRES

12

VERNA . DP . III . NON . AVGVSTAS

13

☧ D.P . IVLIANE

14

XVIII . KAL . IVNIAS . SETIMINA . DEPOSITA

15

DP . EXSVPERI . BENEMERENTI . PRIDIE . NONAS . FEBRARIAS

16

DP.ANTEMII . POST . IDVS . MARTIE . SEBERIAMES

Lapis

1

Lapis fixus in porticu Ecclesiae Cathedralis Civitatis Castellanae.

✠ BEATA . DI . GENETRIX . SEMPER . VIRGO . MARIA
DE . TVA . TIVI . DONA . LEO . INDIGNVS . EPC . TE
LARGIENTE . REPARAVIT . ET . SI . QVIS . EX . SVCCESSO
RIB . NOSTRIS . QVI . POS . NOS . BENTVRI . SVNT . EPCOPI
EX . EA . QVOD . HIC . SCRIPTA . SVNT . ALIENARE . VOLVERIT . ANATHEMA
SIT . ET . DE . TRIBVNIB . VEL . COMITIB . CLERO . AVT . POPVLO
QVI . CONSENSERIT . ANATHEMA . SIT . A . D . CCCLXXI sic
FVND . CASSIANVM . IN . INTEGRVM
FVND . STATILIANVM . IN . INTEGRVM
FVND . MAC . . . . IONE . VT . SIT . SEMP . IN . SCM . GRATILIAM
CLVSVRA . POMATA . IN . TAMPIANA . SVB . BALNEVM
CVM . MOLA . ET . ORTVM . QP . AD . FVNTES . OMNIA . IN . INTEGR
OLIVITV . IN . FVND . AGELLV . NVCITV . QP . IN . FALARI
FVND . TERRANI . VNCIAS . OCTO
FVND . TIBILIANV . VNC . OCTO . FVND . MARTA . VNC . OCTO
FVND . AGELLV . IN . INTEGR . FVND . MITILIANV . IN . INTEGR
DOMVCELLA . QP . ANTE . SCM . CLEMENTE . CVM . ORTVA . SVA . ET DOMV
CELLA . CVM . ORTVA . ET . CVRTE . VBI . MANET . ALARICVS . PRB . VT . SIT . SEMP
AMBAS . DE . MANSIONARII . FVND . BASSIANI . VNCIAS . III

Imprecatio in Actis occurrit quam plurimis, quae anathema minitatur, *a Patribus trecentis decem & octo*. Sculpi ergo & heic debuerat, *anathema sit A. P. CCCXIIX.* Ita in marmore haberi opinabar, cum illud nondum vidissem Obs. Lit. tom. 2. p. 278. At ipsum cum postea exscriberem, ut heic exhibetur reperi, manifesto sculptoris paroramate. Litera D tamen in marmore ad formam P valde accedit.

2



Nuper eruta e Praetextati Coemeterio.
Hic requiescit in pace in Fide constitutus Hilarus, qui vixit annos plus minus XXV.

Mon-

1

Montecchii prope Maceratam.

M·VIBIO.M·F
VEL.BALBINO
TR.MIL.....
....
....
AERARI.LEG
DIVI.AVG.ET
TI.CAESARIS.AVG
PROCOS.PROVINC
NARBONENSIS

Misit Cl. Vitantonius Cimini Supriani.

2

Civitellae in Agro Perusino.

PHILEROS
sic QVI.PREFVIT.TEMPLO
ARNAE
STATIA.CHARITE
FORTVNAE.D.D

Misit eruditus Vinciolus recenter erutam. Novus Thes. *Prileros*, & *Fortunam Arnam* invehit; Arna Dea huic lapidi quod innotuerit debet.

3

CORNELIE.PERSICE
F.KAR
ANNORVM.XXII

4

Perusiae. Hanc cum subsequentibus duabus misit V. Cl. Hiacynthus Vinciolus.

FORTVNAE
SACRVM
sic G.ODIVS.C.F.CHORON
EX.AVRI.P....
V.S.L.M

5

In S. Angeli extra Perusiam.

....A.M.VIRGINII
....CVLIS.AD.VETERE
....IENTE.IN.FORO.FECIT
....CCCIↃↃↃ.VIII.VIR.ARBITRATV
....STERNENDVM.CVRAVIT
...ET.INCOLAE.IN.STATVAM.HS.CCIↃↃ CCIↃↃ IↃ
....COMITIO.PONENDVM.CENSVER
....CO.EST.ELATVS
....EQVITIS.ROMANI.EVM.DD.ROGVM
....ARITVS.EST.IN.COMITIO.STATVA
....

6

Ronzani in agro Perusino.

D . M
L.VERSENO
OPTIMO
VIX.AN.XXIII
DIE.V.HOR.III
L.VERSENVS
PRVDENS
PATER

7

Exscripsi prope Perusiam in Villa Oddii Comitis cum subsequentibus IV.

C.VIBIO.VITALI
ONI.BLASII.F
Q.V.A.XVIII.ET
DIES.V.FEC.AP.AN
NIVS.PRIMITIVVS
PATRASTER

Ex hac composita fuit, & male agglutinata, quae in Novo Thes. 1652.9. producitur. In Observat. Literar. quoque t. 4. p. 214. exemplum perperam scriptum, cum schedae meae non essent ad manus, intempestivam animadversionem genuit. Ex hoc lapide vox *Patraster* latinis Lexicis addenda. A in eo sic effingitur λ.

D.M.S

1

D . M . S
THALIO CONIVGI
SOTERVS.ET EPAPHRODI
TVS . FIL . ET . EVPHRO
SYNVS . AMICVS
B . M . F

2

D . M
IVLIA . HYGIA . SE . VIVA
CONPARAVIT . SIBI
ET . LIB . LIBERTABVS
QVE . POSTERIS . EORVM

3

D . M
TERTVLLAE
EPAGATHVS
CONSER . F

4

D . M
FVLVIAE
FATALI
LIB . ET . VERN
Q . V . A . III . D . XXIIII
FVL . SABINA
VIC

5

Firmi in Platea.

AVRELIAE
PICENTINAE
MATRI
T . GRASSIVS
SABINVS
FILIVS
L . D . D . D

Misit cum subsequentibus quatuor vir undecumque illustris Annibal Oliverius.

6

D . M
T . FLAVIO . T . F
LEM . SABINO
VIXIT . AN . XXIIII
C . CAESARIVS
VERECVNDVS
B . M

Nuper reperta prope Saxoferratum.

7

Ibidem.

L . CAMVRIVS . T . F . LEM . SEGORINVS
AED . IIII . V . I . D . QVINQ . AVGVR
CRYPTAM . C . . . RIAM . SOLO . PRIVATO
SVA . PECVNIA . FECIT

Dimidia apud Perrotios, dimidia apud Camaldulenses.

8

Ibidem in Ecclesia Camaldulensium.

C . VABERIVS . C . L . FAVSTVS
SEXVIR . AVGVSTALIS
PRIMVS . VIVOS . SIBI . ET
AETRIAE . T . L . DIONYSIAE . VXORI

9

In Vico Castiglioni *ad S. Philippi Nerii.*

. . . .
LERIANI . VE
AVGG . N . N
COH . II . PR
AVRELIA
CASTA . CON
IVGI . INCOM
PARABILI . CVM
SEPTEMBRO
VTRORVMQ
LIB

1

Veruli in latere stylobatis, ex quo Donius L. Alfii epigraphen accepit in Novo Thesauro repetitam, haec insuper leguntur.

DEDICATA . KAL . IVN
LATERANO . ET
RVFINO . COS
OB . CVIVS . DEDICATI
ONEM . DEDIT . DECVR . ET
VIVIR . ET . AVGVST . ✱ . III . ADIEC
TO . PANE . ET . VINO . POPV
LO . ✱ . II . CVRANTE . VRCV
NIO . SECVNDO

Descripsit & misit Ioseph Garampius.

2

Foro Sempronii in Praetorio publico.

. . . .
FLAVIIS . . . . NO
VALEN . . . . GRATIANO
PIIS . FELICIB . AC . TRIVMP
. . . TORIBVS . SEMPER
. . . . VB
NATIS

3

Ibidem.

...ENTARIVM . C . MARIVS . CN . F . POL . II . VIRO
... ARBITRATV . . . .

4

Eugubii.

AVILLIA
D . L
ITHACE

5

OSSA . GALLAE

6

CALYBES AVE
OSSVA CALIBE

7

GN . PO
LIB
T . NERVINIVS
T . L . F
CONSTANS

8

In agro Eugubino.

VIBIAE
RVLIENAE
C . TAQVIVS
MERENT

9

Sestini in Umbria.

L . DENTVSIO . L . F . PAP .
APPOCVLINO . EQ . P
CVRAT . TIF . MET . DA
TO . AB . IMPP . SEVERO . ET . AN
TONINO . AVGG . AED . IIII . VIR
FLAM . AVGVRI . PATRONO
COLL . CENT . IIIIII . VIRI . AVG
ET . PLEBS . VRB . OB . PLERAQVE
MERITA . EIVS . PATRONO
CVIVS . DEDICATIONE . DEC
✱ . III . SEVIR . ET . PLEB . ✱ . II
CVM . PANE . ET . VINO . DEDIT
L . D . D . D .

Aenea hac lamina *ſeſtertiorum decies quadraginta quattuor millia* (hoc eſt 1044000) palam fit erogaſſe Traianum, ut obligarentur praedia, utque ex iis *pueri, puellaeque alimenta accipiant: legitimi numero* 245. *in ſingulos ſeſtertios* 16 *nummos: fiunt ſeſtertii* 47040 *nummi*. Ut pueris 245 ſingulatim 16 diſtribuerentur, ſeſtertii tantummodo 3920 requirebantur: cum ergo 47040 ad hoc adſignati fuerint, apparet, ſexdecim illos pluries unoquoque anno erogatos eſſe: calculo autem inſtituto, inveniemus eam ſummam ut duodecies darentur ſuffeciſſe. Hinc diſcimus, huiuſmodi diſtributiones ea methodo peractas eſſe, qua ſolvebantur uſurae, nempe in menſem: quae communior erat, centeſimam ſortis partem ſingulis menſibus imponebat. Frumentaria Hal. l. 4. etiam diſpenſatio ita procedebat. Dionyſius: τὸν δημοσίως διδόμενον σῖτον λαμβάνοντες κατὰ μῆνα. Inſcriptio apud Fabrettum: Fabr. p. 255. *frumentum publicum accepit menſibus VIIII*. In teſtamentis quoque *alimentorum nomine menſtruos* legari conſuevisse, L. libertis D. de aliment. leg. oſtendunt leges: *ſingulis alimentorum nomine menſtruos denarios ſenos*. Conſequitur in lamina: *Legitimae numero* 34. *Singulis ſeſtertii* 12 *nummi*. L. Aurelius D. de liber. leg. *Fiunt ſeſtertii* 4896. Unam & alteram ſi coniungimus ſummam, ut ſeſtertii conficiantur 52200, deſunt 264. at nihil deeſt, ſi ſeſtertios addas 144, quos *Spurius unus* conſequebatur, itemque 120, quos *Spuria una*: conſequebantur autem non in menſes ut legitimi ſed pro anno ſolido. Exinde: *Summa ſeſtertiûm* 52200, *quae fit uſura quincunx ſortis ſupraſcriptae*. Moderatam, & conſueta iis temporibus multo minorem, exegit Imperator uſuram: *quincunce modeſto*, Perſius. Utrum duae coronae cum ramuſculis ſculptoris fuerint luſus, an aliquid ſignificarint, definire non audeo. *Dacici* titulus, ante Tribunitiam poteſtatem VI gratificationem hanc Traianum non praeſtitiſſe, palam facit. Cum plurimi ſint, qui notiora quoque ut explicem a me requirunt, addam, denarium antiquitus denos æris, ut ait Varro, ſeu decem aſſes valuiſſe, ſeſtertium vero, hoc eſt ſemiſtertium, duos cum dimidio, ea propter ſic notatur HS. *duos ſemis*. Denario praeter propter libra, ut loquimur, Veneta reſpondet: ſexdecim ergo ſeſtertii Venetas quattuor efficiebant libras, ſeu Romanos Iulios: qui ſingulis menſibus traditi, in regione ubi cibaria leviſſimis pretiis venibant, non parum adiumenti ad pueri ſui nutrimentum egenti genitori conferebant.

At monumenti contextum ingredientibus multa ſunt, quae plurimum negotii faceſſant. Eorum, quae in eo praecipue contineri videntur debuiſſe, nulla habetur mentio. Puerorum, quibus alimenta conſtituebantur, non apparent nomina, cum tamen neceſſe fuerit, ut inciderentur, & cum *inciſa* fuiſſe eorum omnium, quibus Traianus Romae alimenta praeſtabat, cap. 26. & 28. bis teſtetur Plinius in Panegyrico. Nedum nomina, ſed nec patria memoratur, ita ut cui Civitati liberalitatem hanc Imperator indulſerit, proferatur nuſquam. Recenſentur qui praedia ſua obligarunt ad penſionem pueris ſolvendam: quid magis neceſſarium erat, quam declarare, quot ſeſtertios, quam ſummam quilibet ob pretium acceptum teneretur ſolvere? at de hoc ne verbum quidem. Contra plura afferuntur, quae quid in hanc rem conferant, aegre intelligitur.

Primam ac maiorem documenti partem profeſſio occupat, quam exhibent multi bonorum. Profiteri, ſolenne verbum, idem erat ac denuntiare, ſive in cenſum bona ſua referre. Cic. in Verr. V. *edixerat, ut aratores iugera ſationum ſuarum profiterentur*. Quodvis fere inſcriptionis caput ab alicuius nomine incipit, qui *fundum*, vel ut plurimum cumulatim *praedia ruſtica* profitetur. Numerales ſequuntur notae, quibus quanti ea aeſtimarentur praedia, videtur contineri; *ſeſtertiûm*, vel *ſeſtertiis* tot. Pag. 395. v. 18. ſaltus Druſianus cum coloniis duabus dicitur *aeſtimatus ex reditu* HS C̄. Priores has, ſi in unam compingimus, ſummas, longe maximus emergit numerus, quamvis verus perfecte colligi nequeat, quod notas aliquas lamina amiſerit. Sunt qui quadringenta millia, & qui ſexcenta millia profiteantur: Mommeius Perſicus 1170600. Cornelia Severa *Undeciens* LVIII. CL. hoc eſt 1158150. Coloni Lucenſes 16000000. quae ſumma Romanis Scutis 375520 aequivalet. Quod ad rem noſtram pertinet, cum praedia obliganda eſſent ob HS decies quadraginta quattuor milia, cur profeſſiones praecedunt tanto maioris & tam immanis quantitatis?

Altera ſummarum claſſis conſequitur, qua poſt primam praediorum, pretio coniunctim addito, profeſſionem, iidem varios *fundos* ſingillatim

 latim

latim profitentur, quorum pariter unicuique pretium adponitur. Summarum harum, ubi eas collegi, quas paragraphorum initio ſinguli profeſſi ſunt, rationem nequaquam habui; iudicavi ſcilicet, omnes illas quae poſt primam conſequuntur, illius portiones eſſe; ita ut quae primo quiſque numero uno copulate profitebatur, cuiuſvis praedii nomen proferens, pluribus deinde ſummis iterum profiteretur. Ita rem ſe habere, ex eo ni fallor elucet, quod in quibuſdam paragraphis idem omnino reliquae omnes ac prior ſumma valeant, & in aliis quibuſdam exigua ſane diſcrepantia intercedat. Obſtat nihilominus, quod in pluribus res aliter procedat: modo enim partiariae ſummae priorem non parum excedunt, modo eidem pares nequaquam ſunt: unde hoc eveniat, & quid ſignificet, ignorare fateor. Vectigal quandoque deductum in hoc nihil influere, pluribus inſtitutis calculis deprehendere mihi viſum eſt.

Ad aliam ſummarum ſeriem ſcrutandam accedo, cui verba ſemper praecedunt *accipere debet*. Has ſi a primo uſque ad Cornelii Gallicani paragraphum colligimus, eamdem reperimus oriri, quam Imperator in inſtrumenti titulo indulget. Conſtat ergo declarari praecipue in hac tabula, quibus, & quota portione Imperatoris pecunia huic largitioni deſtinata diſtribui deberet, ut accipientes ad puerorum alimenta fundos quiſque obligaret ſuos; ſiquidem *accipere debent*, *& obligare fundos* illum & illum. Summam eamdem reperiri aio, quia paucorum ſeſtertiùm differentia, quae ex nota aliqua obſcure inciſa fortaſſe oritur, in tam magno numero obſervanda non eſt. Animadverti, quamdam inter profitentium, & accipientium ſummas proportionem ſervari, verum minime uniformem. Quandoque, ut in poſtremis ſeptem, & in aliis quibuſdam paragraphis, qui centum profitetur, decem debet accipere: ſaepe tamen minus, & pro centenis profeſſis octo circiter: at interdum fere duodecim. Exploravi, num diverſitas ex eo proveniret, quod aliqui *deducto vectigali*, aliqui abſque ea clauſula profiteantur; ſed illam nihil quoad hoc referre, viſus mihi ſum deprehendere.

Prope finem e Cornelii Gallicani liberalitate HS LXXII accreſcunt, ille enim Traiani largitionem auxit, pro aliis legitimis octodecim, & legitima una alimenta de ſuo conſtituens, ſexdecim pariter ſeſtertios menſtruos, feminiſque duodecim adſignans. Hoc quidem mirum non eſt; interdum enim privati quoque populo his largitio-
D. ad L. Falc. leg. 89. nibus gratificabantur. Propterea *Divi Severus & Antoninus reſcripſerunt, pecuniam relictam ad alimenta puerorum Falcidiae ſubiectam eſſe.* Iunior Plinius, Mediolanenſis apud Gruterum marmoris
Grut. 1028.5. fide, *dedit in alimenta puerorum, & puellarum plebis urbanae* ſeſtertiorum non exiguum certe cumulum, ut ex illius elogii contextu colligere eſt. Quod vero hae quoque pecuniae ex Traiani indulgentia dicantur conceſſae, vel aſſentationis ingenium redolet, vel docet, non potuiſſe privatos ſine Principis aſſenſu has erogationes facere.

Numerorum ordo adhuc ſupereſt, quibus *in* praepoſitio ſemper praemittitur. Poſt plurium fundorum nomina ſeſtertiis adiectis, multoties ſequitur *in* HS tot. Quid hae ſibi velint ſummae, eas omnes ſi in unam colliges, diſces, eamdem enim prodire invenies, quae ex iis, quas accipere profitentes debent, conficitur. In primo paragrapho exempli gratia poſt *in* ſeſtertii ſexies recitantur: 3353. 5000. 6000. 3000. 4000. 4000. quos ſi in unum compingis, ſumma fit in totum ſeſtertiùm 25353. quam ſummam Virium Nepotem accipere debuiſſe, initio declaratur. Idem reperies, ſi in ceteris rationem inibis, uno tantum & altero paragrapho excepto. *In* ergo uſurpatur heic pro *in totum*, *in aſſem*. Columella: *ut ſit in aſſem autumnalis ſatio modiorum ducentorum & quinquaginta*. Poſt plures allatas ſummas, ob eas omnes in aſſem ſeſtertii tot accipi debebant. Cum vero unus tantum fundus, ac ſumma una praecedit, *in* eſt loco praepoſitionis *pro*: pro accipiendis ſeſtertiis tot, ut cum dicimus, pecuniam dedi *in reficiendos* &c. Diſſimulare non debeo, ſummam quae ex his omnibus conficitur, ſeſtertiis decem millibus ac ducentis illam excedere, quae ex nuper praemiſſis gignitur; at id ex duobus ſculptoris erroribus oriri oſtendo. In quinto articulo v. 17. Antonius Priſcus accipit nummos XIIXXVIII. ob profeſſos XXIIIDCCCXXX. quod a proportione in omnibus aliis ſervata abludit omnino, ac recedit; ita ut pateat, priorem X redundare, & perperam inciſam fuiſſe, cum Priſcus IIXXVIII accipere debuerit. In articulo quoque XXXI ex collectis ſummis ſeſtertiùm ducentorum error deprehenditur, ſed quibus in numeris ſitus ſit, definire non audeo.

(Right margin, beside the Columella line: l. 2. c. 13.)

Animadvertenda, & memoratu digna in hac prolixa inſcriptione non deſunt. Numerales notas CC∞, quas pag. 396. v. 33. habemus, numquam videram: octingentos interpretor, ut octuagenos deſignant XXC. Millenarios reddit lineola numeros ſuperpoſita; at qua milliones deſignarentur, Romanos nequaquam habuiſſe notam, hucuſque credidimus: heic tamen bis apparet: p. 384. v. 34. ubi |X| valet decies centena millia, ut ex ſubſequentibus centum octuaginta millibus patefit; & p. 396. v. 14. ubi |XVI| ſexdecim milliones dicunt, ut ex ſumma, quam pro iis accipere debent, intelligitur. Hanc autem notam conſpectam aliquando fuiſſe opinor in inſcriptionibus, ſed nequaquam intellectam. Videſis Gruterianam MXXVIII.

MXXVIII. 5. in qua HS |XVII|LXVI. DCLVI. conspicies, hoc est 17066656. eodem prorsus modo ac in nostra lamina usuvenit: sed editores ea signa minime assequentes, adnotarunt: *illa XVII ita visuntur circumducta, tamquam per errorem marmorarii adiecta.*

In hac tabula bis etiam habemus Quincuncis notam, ipso initio, & sub finem. In alio superstite monumento non reperitur, quod sciam; ab antiquis tamen usitatam fuisse, Volusius Mecianus docet, qui in egregio libello de Asse, quarumcumque partium vocabula, & notas proponens, Quincuncem constare tradit *ex quinque unciis, hoc est quinque duodecimis: nota Quincuncis* =-=. Alia insuper occurrit in lamina, quam nec videre in æreis, aut in lapidibus memini, nec Volusius habet, aut Valerius Probus, aut Alabaldus, quem edito Venetiis an. 1525. itemque a Gothofredo, & Putschio in ms codice multo ampliorem teneo. Ea nota sic dipingitur IS. p. 394. v. 14. quamvis in alio exemplo LII exaratum sit; etiam 396. v. 31. Ex contextu quinque millia designare intelligitur: nam ita necesse est significet, ut quatuor Vatii Veri partiariae summae, quibus *in* praemittitur, integram sestertiûm XVIIII, quam accipere debet, aequiparent. Ð pro quingentis hoc in ære ut plurimum sic secatur. In articulo XXIII L. Licinii VXXV pro VXXV computavi, tamquam duabus XX non perfectis. X quoque interdum pro X. HS saepe pro HS.

Praediorum adfines exacte nominantur. Inter eos saepe Populus recensetur. Seculi sexti, & quinti instrumenta in Aegyptia papyro conscripta multis ab hinc annis erui, Diplomatumque Historiae adnexui, quorum singularias, ubi adfines memorantur, *qq t et pp*, sic interpretatus sum: *qua quemque tangit, & Populum.* At quisnam erat adfinis hic? Commune, ni fallor, illius pagi ob agros publice possessos; fortasse etiam *viae publicae, limites, luci, qui*
D. de per. & com. 1, 2. *fundum tangunt*, ut Paullus IC. loquitur. Alio sensu accipitur in illis, ad quae olim haesi, cum Frontini libellum legerem de Coloniis: *Iter populo non debetur. Iter populo debetur pedibus XXX. pedibus CXX.* Hyginus de Limitibus: *ut limites idest decumani, & kardines aperti populo essent.* Exinde. *Item sanxerunt, sicubi limites in aedificium aliquod inciderent, is cuius aedificium esset, daret iter populo idoneum per agrum suum.* Sed haec nimium nos abducerent. Post *Adfinibus* habetur pluries IMP. N. idest *Imperatore nostro:* proprio enim & privato patrimonio, Fisci nomine ut plurimum, agros & praedia variis in regionibus possidebant Imperatores. De Traiano Plinius. *At fortasse non eadem se-*
Pan. c. 36. *veritate fiscum qua aerarium cohibes? immo tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo, quam de publico credis.* Communia item Civitatum bonis potiebantur: hinc inter adfines non una vice enunciantur *Respublica Placentinorum*, *Respublica Lucensium*, *Respublica Veleiatium.* Ita scribamus hoc nomen, ita enim semper in lamina, Plinii editiones emendantes, in quibus omnibus Pl. l. 3. c. 5.
Veleiacium. Alio loco *Veliates* in eodem: in Phlegonte de Longaevis Βελεία. In agro Veleiate vel proxime fundos habuit etiam Lucensis Respublica: quin Saltus nominatur, *qui est in Veleiate, & in Lucensi:* ubi Lucensium iurisdictio Apenninum videtur transgredi, & fines Veleiatium tangere. Hinc fortasse ratio ad hanc diem incognita elucet, cur togatae Galliae accenseretur Luca, & cur occidentem versus primam Etruriae urbem Polybius dixerit Pisas. Pol. l. 2. c. 16.
Qui provinciam Galliam administraret, Lucam intra fines habebat suos: Tullius, & Svetonius Cic. Fam. l. 13. ep. 9.
indicant. Notitia Imperii Occidentalis armorum fabricas in Italia recensens, Lucensem cum Ticinensi, & aliis cisapenninis numerat. Svet. Caes. 24.

Lucenses Colonos in hac inscriptione ita accipio, ut Cicero contra Rullum: *his Colonis* Orat. I.
agrum Campanum, & Stellatem dividi iubet. Discimus autem, ut videtur, consuevisse missos e Roma Colonos in corpus quoddam, atque in societatem coalescere, diuque eorum quoque descendentes persistere, nam Lucam iam ab an- Liv. lib.
no V. C. DLXXVII duorum millium civium 41.
Romanorum Colonia deducta fuerat. Hinc Coloni isti praedia, & saltus adeo ingenti profitentur summa, nempe sestertiûm centies sexagies, sive ut clarius etsi minus latine dicam, millionum sexdecim. Ita vero incisum fuisse, & probe legi, ac intelligi, summa, quam accipere debuerunt, testatur.

De formula *deducto vectigali* nihil proloquar, heic enim pluribus accipi potest modis, & quo debeat, ac quid in his professionibus dicat, nequiret nisi longa instituta disputatione pertractari. Valet heic quoque quod alia de causa statuit Hyginus: *debet aliquid interesse inter agrum immunem, & vectigalem.* Alio sensu P. 198.
in Pandectis: *Agri Civitatum alii vectigales vocantur, alii non.* Lucenses Coloni profitentur aequo D. lib. 6. t. 3.
iure praedia *vectigalia, & non vectigalia.*

Volupe est pagorum antiqua multa videre nomina; vicorum etiam quorumdam, fundorum autem quam plurima, a gentilitiis saepe nominibus derivata. Eorum plura adhuc servant per Italiam pagi, aut vici. At id in hac tabula singulare est, quod fundi non uno nomine ut in legibus usuvenit (ex quibus multa egregius auctor attulit Brissonius) sed unus Form. lib. 6.
saepe indicatur pluribus: *fundum Munatianum Praestanum Vibianum Vaculeianum:* alicubi tamen *Fund.* significat *Fundos.* Inter territoria Libarnense memoratur. Libarnam Liguriae *nobilibus oppidis* accenset Plinius: nunc vel ubi fuerit ignoratur.

Huius

Huius instrumenti tabellioni illa quidem non fuit lex imposita, quae in Plauti Comoedia recitatur :

in Asin. *Neque ullum verbum faciat perplexabile*. quaedam etenim in eo valde quidem perplexa occurrunt: *cum meride*, aut *meridibus*: *cum allia*: *cum communionibus*. Socios Textanulates, & ius Apennini Areliasci, & Caudaiasci, aliaque nomina non memoro. Fundus cum meride, aut meridibus an Graece cum *parte* est, aut partibus, quo nomine appendices quaedam fundorum venirent? vel eo sensu, quo in agrariis Scriptoribus *Meridianus in iugeribus* tot, & *Decimanus in orientem*, *Cardo in Meridianum*? Habetur semel p. 396. v. 29. *cum meridibus omnibus*, *& alluvionibus*: adiectiones ergo fundorum omnes intelliguntur. *Cum allia* num perperam sculptum pro CVMALLAN, quod fundi nomen statim redit? Fundus cum communionibus idem ne erat ac cum *agris compascuis*? explicat Festus, *relicti ad pascendum communiter*.

Haec habui de eximia hac inscriptione quae dicerem; quamvis enim volumen hocce monumentis non illustrandis sed colligendis, vulgandisque destinatum fuerit, indecens tamen erat, in numquam viso, adeoque prolixo ne paululum quidem immorari. Id vero typographis importune urgentibus tam properanter est factum, ut autographo primo transcribendo tempus non suppetat. Monumenti exempla paucis ante diebus Veronam demum allata sunt. Pauca quae adnotavi monumentum illustrare cupientibus non praeripiunt locum: singula scilicet qui attente percurrat, unde librum conficiat inveniet. Exploret praesertim, quaenam haec contractus species, quisnam hypothecae fuerit modus: *Contrahitur hypotheca per pactum conventum, cum quis paciscatur, ut res eius propter aliquam obligationem sint hypothecae nomine obligatae*: D. de pigno. l. contrahitur. Diversam iniit viam Plinius iunior. *Nam*, inquit, *pro quingentis millibus nummûm, quae in alimenta ingenuorum promiseram, agrum ex meis, longe pluris, actori publico mancipavi: eumdem vectigali imposito recepi, tricena millia annua daturus. Per hoc enim & Reipublicae sors in tuto, nec reditus incertus, & ager ipse, quod vectigali longe supercurrit, semper dominum, a quo exerceatur, inveniet*. lib. 9. Ep. 18. Plura tamen ex his verbis discimus, quae ad instrumentum nostrum intelligendum apprime faciunt: eo scilicet ad cautionem maiorem quilibet bona longe pluris aestimata obligavit, sed non ut plus solveret quam accipiebat.

In eodem loco laminae alterius fragmen repertum est, quod has servat literas:

FVND
DEDIT
RIORE . IT

ad eamdem materiam pertinuisse opinor: reperta tabula negotium non conficit, nec absolvit. Aureum quoque ibidem erutum Neronis numisma: in aversa parte *Pontif. Max. Tr. P. II.* Laurea, in qua EX. S. C. Aevo procedente Agro Placentino Veleiatium accessit solum. Placentiam *Aemiliae principem* Procopius nuncupat. Bell. Goth. l. 3. c. 13. Plutarchus urbem appellavit *splendidam*, *nec minus Italica quacumque florentem*. διετήρησαν ἔνδοξον πόλιν, ἣ τῶν Ιταλῶν οὐδεμιᾶς ἧττον ἀνθοῦσαν. in Othon.

Pag. 400. c. 2. v. 44. gratuite. *l.* gratuitae
Pag. 401. c. 1. v. 27. Fiunt sestertii. *Adde quae omissa sunt*: Latine satis *fiunt* dicitur. Inferius pag. 397. v. 38. explicate habetur. Columella pluries l. 5. c. 2.

Centum

CEntum & quinquaginta plus minus numquam editas epigraphes e lapidibus ipsis in Gallia exscripsi, & vulgavi. Eas quidem heic non afferam, quoniam in Novo Thesauro omnes & singulae receptae sunt. Paucas tamen aliquas iterum refero ut emendationibus locum faciam, atque ut obiecta diluam postmodum illata. Eamdem ob causam aliquas etiam ex epistolis de illis agentibus referre cogor. A praeclarissima omnium inter Graecas inscriptione ordior.

CL. ALEXIO MAZOCHIO

SCIPIO MAFFEIUS

S. P. D.

{ *Kal. Febr.* an.MDCCXXXIII. *Parisiis.* }

Ametsi, postquam eximium tuum de Capuano Amphitheatro commentarium perhumaniter ad me misisti, nullum pene inter nos commercium intercesserit literarum; nihilominus cum inter bonos etiam sine literarum frequentia amicitia vigeat, cumque optime norim, quantum vetustioribus monumentis gaudeas, atque oblecteris; te potissimum seligo, quicum Inscriptionem communicem, inter antiquissimas usquam gentium visas plane computandam; centum enim circiter ante Alexandrum annos, quatuorque cum dimidio ante Christum natum secula exaratam facile intelliges. Cl. P. Montfauconius, numquam nisi honoris causa nominandus, magnum nobis, ut Horatiana phrasi utar, eiusdem desiderium incussit, cum lemma, ac versum priorem edidit, ulterius nequaquam progressus. Postremam monumenti partem vulgavit Sponius, sed diminutam, & admodum corrupte. Tabulae sunt marmoreae duae, quae nunc in Regiae Inscriptionum Academiae Museo simul cum aliis eiusdem generis reliquiis servantur. Tres fuerunt quidem, cum eas Athenis Sponius inspexit; sed earum unam, aut fortasse plures, malus aliquis Genius abstulit, ac subripuit. In his lapideis tabulis, Atheniensis Reipublicae iussu, eorum qui pro patria in expeditionibus variis paulo ante occubuerant, nomina incisa sunt. Ut gloriae stimulis virtutem ex omnium animis elicerent, ita consueverunt Graeci benemerentium memoriae, eorumdemque perpetuis laudibus consulere; vetustis siquidem aetatibus cantica, & laudationes non nisi pro patria interfectis dicari solebant; quod Spartae quoque ex Lycurgi instituto, factitatum, Plutarchus docet: ἔπαινοι ἦσαν ὡς τὰ πολλὰ τῶν τεθνηκότων ὑπὲρ τῆς Σπάρτης.

Palaeogr. p. 135.

Misc. p. 315.

Nomina quidem partite recensentur, & suis tribubus reddita, initio ita constituto: Ερεχθεΐδος οἵδε ἐν τῷ πολέμῳ ἀπέθανον ἐν Κύπρῳ, ἐν Αἰγύπτῳ, ἐν Φοινίκῃ, ἐν Αλιεῦσιν, ἐν Αἰγίνῃ. Μέγαρος ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ ϛρατεγῶν, Φρύταρχος, κ.τ.λ. *Ex Erechtheide tribu hi belligerantes interierunt in Cypro, in Aegypto, in Phoenicia, in Haliensibus, in Aegina.* Peloponnesiaco bello proxima, & Cimonis, ac Themistoclis tempora confestim odoraris; memorant siquidem Thucydides, ac Plutarchus Atheniensium expeditiones, & praelia in Aegypto, in Cypro, ad Ἁλίας, ad Aeginam insulam, & contra Phoenices. Halias

Lib. 1. in Cim.

fuisse opinor ad Argolicum sinum, Strabo enim de Hermione oppido sermonem habens, eius oram maritimam ab iis teneri dicit, qui Halienses dicebantur: ἧς τὴν παραλίαν ἔχουσιν Ἁλιεῖς λεγόμενοι. In columna nominum prima abrasae prorsus, & a multo quidem tempore literae priores sunt. Ibi si nomen fuit in τεγον desinens, praeire dicemus vita functis omnibus *Megarum*, & eodem anno qui consequuntur occubuisse. At si columnae capite non aliquod nomen fuit, sed στρατηγῶν *exercitum ducens*; Megarum docemur eodem anno, quo simul cum descriptis interiit, copias alicubi duxisse. Ita in subsequenti nominum serie praemittitur ceteris Στρατηγὸς ἐν Αἰγύπτῳ Ἱπποδάμας: quibusdam etiam militiae genus adponitur: *Sagittarii Phrinus*, *Taurus*, &c. aut officium; *Trierarchus*, *Phylarchus*. In Plutarchi tamen Crasso, & in Plutarchum exscribentis Appiani Parthicis, viri docti fuere qui ambigerent, utrum vox στρατηγῶν ante ὁ Ἀνδρόμαχος pro nomine haberi debeat, an pro participio. Ex qua tribu prolixior esset catalogus, ignoramus, quod secunda tabula acephala sit; sed in eadem recensentur aliqui ex Leontide, ex Acamantide, ex Oeneide, ex Cecropide, ex Hippothontide: in illa, quae evanuit, nec Lutetiam Parisiorum pervenit, plures viderat Sponius ex tribu Pandionide consignatos, inter quos ΚΑΛΛΙΧΣΕΝΟΣ, ΧΣΕΝΥΛΛΟΣ, ΗΙΠΠΟΔΑΜΑΣ, ΗΙΕΡΟΝΥΜΟΣ, ΧΣΕΝΟΦΙΛΟΣ, ΕΡΧΣΙΜΕΝΕΣ, ΗΥΠΕΛΕΙΟΣ, ΔΙΟΝ, ΑΝΤΙΦΟΝ, ΧΣΕΝΟΚΛΕΣ. Haud procul a Sponianae initio ΕΡΕΤΡΙΕΥΣ, etiamsi Eretriensem populum Strabo memoret, heic nominis vice esse, non patriae puto; quapropter perperam Sponius, & contra marmoris fidem, id extra nominum ordinem posuit, & ad Calippi latus adnexuit.

lib. 8.

Plut. p. 562.

Orthographia, & literarum forma in vetustis adeo tabulis praesertim consideranda; scias enim in utroque pro Γ constanter haberi Λ, quod in marmore Sigeo pariter vetustissimo unice visum est. Id Sponius nequaquam assequutus multa nomina pervertit, atque corrupit: in utraque Γ est, & ⌶ ut in aliis multis, praetereaque ⌊ pro Λ. Item in utraque (ita erat & in deperdita) vocales longae desiderantur, E & O ubique adhibitis. H videas quidem pluries, sed spiritus loco, ut apud Latinos. ꟿ pro N non semel. Pro Ξ semper est ΧΣ, ut in Latinis saepe VXSOR, &c. In Atheniensi, quam exhibet Palaeographiae liber, versu XII scribitur in marmore ΣΕΞΣΤΟΣ, ut in prototypo nuper vidi. At ✢ in his tabulis numquam conspicitur, in ultimo enim prioris nomine Α⌊ perspicue habetur, non Α✢, ut in Palaeographia exhibetur. Iota iis locis adponere, ubi deinde subscribi ab amanuensibus coepit, non iste solum, sed omnes fere boni aevi lapides consuevere; ΕΙ pariter aliquando adhibere pro η. Animadvertas quoque O pro ΟΥ in *Nomenio*, & in *Thocydide*: hinc planum fit Ausonii dictum, *Una fuit tantum, qua respondere Lacones, Litera.*

pag. 48.

Epist. 25.

Philippo siquidem Macedonum regi unica litera significarunt *non* in epistola, quamvis in editis Plutarchi οὐ legamus, & *magnas litteras* fuisse dicatur in Latina versione. At singulare heic quidem est punctis tribus verba distinguere, cum ceteroquin Inscriptiones Graecae interstitia ut plurimum designent nulla, sed uno ductu, ac tenore, velut unico constarent verbo, saepe procedant. Sed in priori insuper tabula P & Σ hac specie figurantur ꟼ ϟ. ad Latinas accedentes, & Plinii testimonium firmantes. Φ hac figura comparet ⦶. Qui ad nimia ob variam literarum figuram sibi mysteria fingenda proclives sunt, ob trium harum in una & altera differentiam diversae statim aetati istas tabulas adsignabunt; cum certo certius unum & idem monumentum componant, quamvis a diverso forsan artifice incisae; neque enim in tot terra marique bella ex una tantum Erechtheide tribu homines profecto fuerant missi. Hoc & eadem prorsus ambarum forma, & aspectus docet, & argumentum idem, & orthographiae ratio. Propterea id praesertim animadvertas velim, quod nondum animadversum est; tabulas

περὶ Ἀδολεσχ.

l. 7. c. 58.

las nempe eodem tempore , & loco ſcalptas eaſdem literas diverſiſſima forma exhibere. Quin, ut altercationibus omnem aditum obſtruamus, ſciendum eſt, in ipſo priori lapide, in quo ϟ depingitur, ſub finem ad nomina ΤΑΥΡΟΣ, & ΦΡΙΝΟΣ adhiberi Σ : in eodem rurſus lapide N habetur centies, tamen in nominibus ΦΡΙΝΟΣ , & ΑΝΔΡΟΣΘΕΝΕΣ ter hac figura apparet ᛋ , quam in Etruſcis monumentis ſaepe deprehendimus. Obſervandum etiam in duobus primis verſibus tria puncta interponi verbis, & dandi caſibus iota adiungi , in tertio vero nequaquam. Documento haec ſint, quam incertas interdum & vanas nobis creemus regulas, & quam cautos in iudicando praeſtare nos debeamus. Haec habui quae de hoc Pariſienſi monumento praeclariſſimo tecum conferrem. Da operam ut valeas.

ΕΡΕΧΘΕΙΔΟΣ

ΗΟΙΔΕ ⁝ ΕΝΤΟΙ ⁝ ΠΟΛΕΜΟΙ ⁝ ΑΠΕΘΑΝΟΝ ⁝ ΕΝΚΥΠΡΟΙ ⁝ ΕΝΑΙΓ
ΥΠΤΟΙ ⁝ ΕΝΦΟΙΝΙΚΕΙ ⁝ ΕΝΑΛΙΕΥΣΙΝ ⁝ ΕΝΑΙΓΙΝΕΙ ⁝ ΜΕΓΑΡΟΣ
ΕΝ ΤΟ ΑΥΤΟ ΕΝΙΑΥΤΟ

. . . . ΤΕΓΟΝ	ΦΑΝΥΛΛΟΣ	ΑΚΡΥΠΤΟΣ
Φ . . . . ΧΟΣ	ΧΙ . . . ΝΙΩΣ	ΤΙΜΟΚΡΑΤΕΣ
Π . . . ΑΛΕΟΝ	Ε . . . ΕΙΤΟΝ	ΑΡΚΕΛΑΣ
. . . ΥΣΤΡΑΤΟΣ	Γ . . . ΚΙΠΠΟΣ	ΕΥΘΥΚΡΑΤΕΣ
ΑΚΟΝΤΙΔΕΣ	ΛΥΣΙΚΛΕΣ	ΠΑΤΡΟΚΛΕΙΔΕΣ
. . ΜΟΣΤΡΑΤΟΣ	ΚΕΛΕΥΣΟΣ	ΑΛΚΜΕΟΝΙΔΕΣ
. . ΜΕΑΣ . . .	ΕΥΘΥΔΕΜΟΣ	ΓΛΑΥΚΟΝ
. . . ΛΕΙΔΕΣ	ΔΙΝΑΙΟΣ	ΔΕΜΟΝΙΚΟΣ
. . . ΡΑΤΕΣ	ΦΙΛΙΝΟΣ	ΑΝΑΧΣΙΔΟΡΟΣ
. . . ΡΕΔΕΜΟΣ	ΚΑΛΛΙΚΛΕΣ	ΓΛΑΥΚΟΝ
. . . . ΕΣΙΑΣ	ΝΑΥΣΙΚΛΕΣ	ΠΡΟΚΛΕΣ
. . . ΣΑΝΔΡΟΣ	. . . ΜΕΣΙΘΕΟΣ	ΑΝΤΙΘΟΝ
. . ΡΟΦ	. . ΝΕΣΙΓΕΝΕΣ	ΑΝΑΧΣΙΛΑΣ
ΑΠΟΛΛΟΔΟΡΟΣ	ΠΟΛΥΚΛΕΣ	ΑΡΧΕΠΟΛΙΣ
ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΕΣ	ΑΛΕΧΣΙΑΣ	ΚΑΛΛΕΑΣ
ΚΟΤΙΑΣ	ΑΜΥΔΡΙΠΠΟΣ	ΘΑΛΛΙΑΡΧΟΣ
. . . . ΙΛΛΟΣ	ΑΠΟΛΛΟΔΟΡΟΣ	ΦΙΛΟΝΙΧΟΣ
. . ΕΧΑΝΙΟΝ	ΓΟΡΓΙΑΣ	ΕΥΚΛΕΙΔΕΣ
. . . ΛΙΣΤΙΔΕΣ	Ν . . ΘΑΡΧΟΣ	ΔΙΟΔΟΡΟΣ
ΤΙΜΟΓΕΝΕΣ	ΠΑΡΜΟΝΙΔΕΣ	ΝΙΚΑΡΧΟΣ
ΑΡΙΣΑΝΔΡΟΣ	ΕΑΚΟΝ	ΕΠΙΤΕΛΕΣ
ΜΕΝΕΚΛΕΣ	ΠΙΘΟΝ	ΚΥΒΟΝ
ΜΕΛΑΝΟΡΟΣ	ΛΥΣΙΑΣ	Χ . . . ΙΡΙΑΣ
ΚΛΕΟΝΒΡΟΤΟΣ	ΣΟΣΤΡΑΤΟΣ	ΔΕΜΕΤΡΙΟΣ
ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΙΔΕΣ	ΦΙΛΙΝΟΣ	ΑΡΧΕΣΙΛΑΣ
ΘΟΚΥΔΙΔΕΣ	ΦΙΛΑΙΘΟΣ	ΕΥΘΟΙΝΟΣ
ΕΥΘΥΔΕΜΟΣ	ΦΙΛΕΤΑΙΡΟΣ	ΔΕΜΕΤΡΙΟΣ

ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΕΣ
. . . ΣΕΦΕΣ
ΑΡΙΣΤΕΙΔΕΣ
ΙΣΟΔΕΜΟΣ
ΚΕΦΙΣΟΔΟΤΟΣ
. . . ΟΙΛΟΣ
. . ΤΙΜΕΝΕΣ
. . . ΠΑΙΝΕΤΟΣ
. . . . ΡΓΑΙΟΣ
ΔΙΟΓΕΝΕΣ
ΟΡΥΝΟΣ
. . ΤΕΣΙΑΔΕΣ
. . ΟΡΟΙ . . . ΟΣ
. . ΡΑΤΥΛΛΟΣ
. . ΥΝΦΕΡΜΙΟΣ
ΝΙΚΙΑΣ
ΛΥΣΙΚΛΕΙΔΕΣ
. . . ΟΥΡΑΡΧΟΣ
ΧΑ . . . . ΑΝΔΡΟΣ
. . . . ΙΑΡΑΤΟΣ
. . . . . ΟΣ
. . . ΟΙΛΟΣ
ΣΟΣΙΑΣ
ΑΡΧΙ . . . ΟΣ
ΛΥΚΙΝΟΣ
ΚΑΛΛΙΑΣ
ΜΝΕΣΙΜΕΝΕΣ
ΣΙΚΟΝ
ΑΜΦΙ . . . ΕΔΕΣ
ΧΣΕΝΥΛΛΟΣ

ΣΟΤΕΛΕΣ
ΛΥΣΙΑΣ
ΑΡΙΣΤΟΓΕΝΕΣ
ΦΙΛΙΝΟΣ
ΔΙΟΤΙΜΟΣ
ΚΑΛΛΟΝΙΔΕΣ
ΚΑΛΛΙΧΣΕΝΟΣ
ΔΕΙΝΙΑΣ
ΣΜΙΚΥΘΟΣ
ΤΙΜΟΔΕΜΟΣ
ΛΥΣΙΣ
ΑΚΕΣΙΑΣ
ΕΠΙΧΑΡΕΣ
ΗΙΕΡΟΝΥΜΟΣ
ΑΝΑΧΣΙΛΑΣ
ΧΑΙΡΙΑΣ
ΗΕΡΑΚΛΕΙΔΕΣ
ΑΓΑΣΙΚΛΕΣ
ΑΛΚΑΣ
ΚΕΦΙΣΟΔΟΤΟΣ
ΚΑΛΛΙΚΛΕΣ
ΚΕΦΙΣΟΔΟΡΟΣ
ΝΟΜΕΝΙΟΣ
ΧΣΕΝΟΦΙΛΟΣ
ΗΥΠΕΡΛΙΟΣ
ΗΑΓΝΟΝ
ΠΟΛΥΧΣΕΝΟΣ
ΕΡΧΣΙΜΕΝΕΣ
ΝΙΚΟΝ

ΓΟΡΓΟΝ
ΣΤΡΑΤΟΝ
ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΕΣ
ΓΛΑΥΚΟΝ
ΦΥΣ . . ΙΔΕΣ
ΗΑΓΑΘΟΔΕΜΟΣ
ΔΙΟΚΛΕΣ
ΦΑΝΟΣΤΡΑΤΟΣ
ΕΥΜΕΝΙΟΣ
ΘΕΟΔΟΡΟΣ
. . . ΥΛΕΟΣ
. . . . . . ΑΟΝ
. . . ΙΧΑΡΕΣ
. . ΔΟΧΣΟΣ
ΠΟΛΥΞΕΛΟΣ
ΓΛΑΥΚΙΑΣ
ΕΠΙΓΕΝΕΣ
ΑΝΤΙΧΑΡΕΣ
ΦΙΛΙΣΤΙΔΕΣ
ΑΜΦΙΚΛΕΙΔΕΣ
ΦΡΟΥΡΟΣ
ΤΙΤΟΝ
ΕΥΛΙΟΣ
ΚΑΛΛΙΒΙΟΣ
ΣΜΙΚΡΟΣ
ΝΕΑΙΟΣ
ΕΡΓΟΤΕΣ
ΦΟΚΙΟΝ
ΑΚΑ . . . . Θ . . .

ΣΤΡΑΤΕΓΟΣ : ΕΝ ΑΙΓΥΠΤΟΙ

ΗΙΠΠΟΔΑΜΑΣ
ΕΝΘΥΜΑΧΟΣ
ΕΥΜΕΛΟΣ
ΑΝΔΡΟΣΘΕΝΕΣ
ΤΟΧΣΟΤΑΙ ΦΡΙΝΟΣ
ΤΑΥΡΟΣ
ΘΕΟΔΟΡΟΣ
ΑΛΕΧΣΙΜΑΧΟΣ

ΤΕΛΕΝΙΚΟΣ
ΜΑΝΤΙΣ

Tabu-

Tabula altera, quam Sponius imperfecte edidit, non minima tamen donandus laude.

. . . .

ΛΥΚΙΝΟΣ	. . . .	. . . .
ΑΡΧΙΑΣ	ΚΑ.	. . . .
ΦΟΚΙΟΝ ΤΡΙΕ	ΠΥΘ.	. . . .
ΘΟΚΥΔΙΔΕΣ	ΝΙΚΟ.	. . . .
ΑΝΔΡΟΝ	ΝΙΚΟ	. . . .
ΘΕΟΔΟΤΟΣ	ΚΤΕΣ.	. . . .
ΛΥΣΙΜΑΧΙΔΕΣ	ΛΥΧ.	. . . .
ΠΥΡΡΑΝΔΡΟΣ	ΛΥΣΙΜΑΧΟΣ	. . . .
ΒΛΕΠΥΡΟΣ	ΦΙΛΟ	. . . .
ΤΙΜΟΔΕΜΟΣ	ΠΙΝΔΑΡΟΣ	. . . .
ΧΑΡΙΑΔΕΣ	ΧΑΡΙΔΕΜΟΣ	. . . .
ΛΥΣΙΣ	ΣΟΚΡΑΤΙΔΕΣ	. . . .
ΚΑΛΛΙΠΠΟΣ	ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΕΣ	. . . .
ΕΡΕΤΡΙΕΥΣ	ΔΙΟΦΑΝΕΣ	. . . .
ΑΝΤΙΜΑΧΟΣ	ΜΕΝΕΚΛΕΣ	. . . .
ΚΕΦΙΣΟΔΟΤΟΣ	ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣ	Χ. . . . .
ΑΝΤΙΚΛΕΙΔΕΣ	ΣΟΣΙΠΠΟΣ	Ν. . . . .
ΕΥΦΡΑΝΟΡΙΔΕΣ	ΑΙΣΧΥΛΙΔΕΣ	ΟΝ . . . .
ΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΣ	ΕΦΙΑΛΤΕΣ	ΔΕΜΟ . . . . . .
ΕΠΙΔΕΘΕΣ	ΑΛΚΑΜΕΝΕΣ	ΑΝΑΧΣ. . . . .
ΜΝΕΣΙΚΡΑΤΕΣ	ΦΙΛΕΑΣ	ΦΙΛΟΝ. . . . .
ΜΙΜΝΟΝ	ΠΑΥΣΑΝΙΑΣ	. . ΣΤΙΑ . . . .
ΘΕΟΓΕΝΕΣ	. . . .	ΜΕΝ . . . ΟΣ
ΑΘΕΝΟΔΟΡΟΣ	. . . .	ΛΕΟΝΤΙΔΟΣ
ΑΜΦΙΑΝΑΧΣ	. . . .	ΑΡΙΣΤΙΔΕΣ
ΣΟΣΤΡΑΤΟΣ	. . . .	ΠΑΡ . . . ΒΑΤΕΣ
ΕΥΦΑΝΕΣ	ΚΑΛΛΙΘΑΛΕΣ	ΦΥΣΙ . . ΟΣ ΔΙΟΚΛ . .
ΑΡΧΙΚΛΕΣ	ΝΕ . . . ΕΙΔΕΣ	ΑΡΧΕΔΑΜΑΣ
ΦΑΝΟΚΛΕΙΔΕΣ	ΠΑΝΘΑΡΟΣ	ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΟΣ
ΕΥΕΡΓΙΔΕΣ	ΕΣΙ . . . ΧΟΣ	ΠΟΛΥΚΡΑΤΕΣ
ΑΡΙΣΤΟΝΥΜΟΣ	ΦΙΛΙΠΠΟΣ	ΝΙΚΟΚΛΕΣ
ΚΕΦΙΣΟΔΟΡΟΣ	ΤΙΜΟΚΡΑΤΕΣ	ΑΚΑΜΑΝΤΙΔΟΣ
ΘΕΟΦΑΝΕΣ	ΘΕΟΚΡΙΤΟΣ	ΟΛΥΝΠΙΑΡΑΤΟΣ
ΟΦΣΙΑΔΕΣ	ΜΝΕΣΙΚΡΑΤΕΣ	ΑΥΤΟΜΑΘΕΣ
ΝΙΚΙΑΔΕΣ	ΠΕΡΙΚΛΕΣ	ΛΕΟΝΙΔΕΣ
ΚΑΛΛΙΤΕΛΕΣ	ΑΝΤΙΔΟΤΟΣ	ΔΕΜΕΤΡΙΟΣ
ΣΑΤΥΡΟΣ	ΘΕΟΦΑΝΕΣ	ΡΙΝΟΝ
ΑΡΙΣΤΥΛΛΟΣ	ΘΕΟΓΝΕΤΟΣ	ΑΛΕΧΣΙΠΠΟΣ
ΕΡΓΟΤΙΜΟΣ	ΛΥΣΙΜΑΧΟΣ	ΑΡΧΙΑΣ
ΕΥΦΙΛΕΤΟΣ	ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΣ	ΧΑΙΡΕΦΟΝ
ΕΠΙΔΡΟΜΟΣ	ΑΔΕΙΜΑΝΤΟΣ	ΟΙΝΕΙΔΟΣ
ΛΥΚΕΑΣ ΤΡΙΕ	ΦΙΛΟΔΕΜΟΣ	ΔΙΟΚΛΕΙΔΕΣ
ΤΛΕΣΟΝΙΔΕΣ	ΧΣΕΝΟΧΑΡΕΣ	ΑΜΕΙΝΟΚΡΑΤΕΣ
ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣ	ΠΑΥΣΑΝΙΑΣ	ΤΙΜΟΘΕΟΣ
ΕΥΦΡΑΝΟΡ	ΧΑΡΙΝΟΣ	ΚΕΚΡΟΠΙΔΟΣ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΕΣ	ΚΑΛΛΙΦΟΝ	ΤΕΛΕΣΕΓΟΡΟΣ

ΑΡΙΣΤΟΜΕΔΕΣ	ΝΙΚΙΑΣ	ΣΑΤΥΡΟΣ
ΛΥΣΙΦΑΝΕΣ	ΚΑΛΛΙΑΣ	ΔΙΕΙΤΡΕΦΕΣ
ΚΑΛΛΙΦΟΝ	ΦΙΛΕΑΣ	ΛΕΟΧΑΡΕΣ
ΑΝΤΙΚΛΕΣ	ΑΝΤΙΧΑΡΕΣ	ΔΟΡΟΘΕΟΣ
ΚΑΛΛΙΑΣ	ΕΥΘΟΙΝΟΣ	ΑΡΧΙΑΣ
ΕΥΠΟΛΙΣ	ΧΑΙΡΕΣΤΡΑΤΟΣ	ΠΡΟΜΑΧΟΣ
ΑΝΤΙΦΑΝΤΟΣ	ΔΙΦΙΛΟΣ	ΗΙΠΠΟΘΟΝΤΙΔΟΣ
ΓΟΡΔΟΣ	ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣ	ΠΥΘΟΔΟΡΟΣ ΦΥΛΑΡΧ
ΣΟΤΙΜΟΣ	ΗΑΓΝΟΝ	ΦΑΝΟΚΛΕΣ
ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΣ	ΣΜΥΚΥΘΟΣ	ΦΙΛΟΝ
ΑΠΟΛΛΟΔΟΡΟΣ	ΚΤΕΣΙΦΟΝ	ΔΕΙΝΙΑΣ
ΕΥΘΥΚΛΕΙΔΕΣ	ΕΠΙΛΥΣΑΜΕΝΟΣ	ΣΠΕΥΣΟΝ
ΑΡΧΕΣΤΡΑΤΟΣ	ΧΑΛ . . . ΟΝ	ΑΝΤΙΑΣ
ΑΜΕΝΙΤΟΣ	ΧΑΙΡΕΣΤΡΑΤΟΣ	ΣΙΛΑΝΩΣ
ΗΙΠΠΟΝ	ΜΝΕΣΙΚΛΕΣ	ΑΙΣΙΜΙΔΕΣ
ΠΥΘΟΔΟΡΟΣ	. . . .	ΣΟΣΙΜΑΧΟΣ
ΗΑΓΝΟΣΤΡΑΤΟΣ	. . . .	ΠΡΟΜΑΧΟΣ
. . . . ΜΑΣΟΣ	. . . .	. . . .
. . . .	. . . .	. . . .

. . . .

SAEpe accidit, ut qui de antiquo monumento post alium verba facit, nihil egisse putet, nisi adversus illum quidquam excogitet. Historicam, vetustissimam, Graecisque omnibus plane anteferendam inscriptionem, cuius spectandae miro olim desiderio tenebar, Parisiis inter Regalis Academiae nostrae cimelia magna cum voluptate contrectavi, summo studio (neque enim in promptu erat lectio) exscripsi, & cum doctissimus P. Montfauconius prima eius tantummodo verba vulgasset, integram demum assequutus, in manus hominum dedi. Aeneis quidem typis peramplas tabulas non repraesentavi; tum quia prioribus versibus ea diligentia ante oculos positis satis in Palaeographia id actum fuerat; tum quia in praemissa Epistola quinque illae aut sex literae, quae a communi forma recedunt, exacte ut inciderentur curavi, & quod ad eius aevi orthographiam spectat, expendi.

De inscriptione hac sermonem habuit Cl. Bimardius in Dissertatione, quae Novo Thesauro praefixa est. Eam quidem ab erudito viro exaratam nollem, nollem publici iuris ab aliis factam: testatur scilicet, magna etiam ingenia quandoque decipi, & in his praecipue rebus, fortasse novitatis amore quodam, facillime abripi, ac falli. Abreptus etiam est, Bimardii praesertim, ut opinor auctoritate, ita ut immeritos huic fabulae *mactarit honores*, vir cui in his studiis hac aetate parem non agnosco. Dissertationis mihi quidem inscriptae scopus est, ut breviusculam ibi allatam epigraphen quam maxime illustret, exornet, ac *vetustiorem aliquot saltem Olympiadibus* Parisiensi nostra decantet. Verumtamen recenti admodum foetura in lucem prodiit, fictitia siquidem, & commentitia est. Parisiis degebam, cum doctissimo P. Montfauconio accidit, ut chartam monumentum illud exhibentem ianuae suae repagulo insertam summo mane deprehenderet. Quisnam obtulisset, numquam rescire potuit. Adnotatum erat, in Anglia lapidem adservari; sed quo in loco, & apud quem, vel a quo id requiri posset, minime indicabatur. Londini, Oxonii, Cantabrigiae ego quidem qui de illo audierit, inveni neminem. Montfauconius, quae sua humanitas erat, scriptam βουστροφηδὸν, depictamque chartam ostendit mihi: dedi statim operam, ut illi de lusu, & de figmento constaret; nam literarum formae aspectu vario diffidebant a se ipsis, & discordabant. Literae in tabula typis data aliquanto aptius comparent, sed A tamen, & Δ nullius ferme alphabeti sunt. Puncta ad versuum finem nec Sigea, nec Parisiensis habent, nec vetustissimae aliae. Figurae, prisci operis larvam imperite omnino inducere occultum lusorem voluisse, patefaciebant. Quicumque priscis anaglyphis assueverit, Iovem ridet fere imberbem, capite inusitate ornato, & avem in vola manus, sive supra digitos habentem: ridet vas in medio miro fulcimento innixum, & hominem nudum in conspectu Iovis manus, ut videtur, abluentem. Inscriptionis haec est loquutio. Μάνθεος Ἀιθȣ̃ εὐχαριστεῖ Διὶ ἐπὶ νίκῃ πεντάθλȣ παιδός· *Mantheus* inauditum nomen est. *Mantian* Diodorus habet, & Demosthenes; *Mantin* Parisiensis tabula: quae cum μαντεία procrearit

Virg.

crearit nomina , θ literam aſſumere numquam poſſunt. Priſca Graecorum nomina voces fuere ſignificatione praeditae : quid autem ſignificabit Μάνθεος ? Quod ſubſequitur pariter nomen umquam videre non memini . Ἐυχαριςεῖ Διΐ ἐπὶ νίκῃ, *non donum dat* , ut Cl. Bimardio viſum, ſed *gratias agit pro victoria* procul dubio valet : eo autem ſenſu ab antiquis, ac probatis auctoribus adhibitum non fuiſſe verbum, Bimardius fatetur ipſe, & ex veteribus Grammaticis ſcite adnotat. Πεντάθλου παιδός· reddit Bimardius *pro victoria quinquertio puerili*, reddenda potius videntur, *pro filii victoria in quinquertio* : ita ut Manthei filius victor in pentathlo fuerit. At quaenam haec aut Graece , aut Latine loquendi formula νίκῃ πεντάθλȣ παιδός? *victoria pentathli pueri?*

Ne dum ergo ſpuriam hanc, ſed minime verebor dicere, Sigeam ipſam, remotiſſimum vere aevum inſcriptionem teſtantem , Pariſienſi noſtra vetuſtiorem tam aſſeveranter aſſeri nequaquam poſſe , nam Alphabetum praeſefert ipſiſſimum : literarum figura eadem eſt, idem uſus : quin R vetuſtiori facie in noſtra apparet quam in illa ; ita ut qui Graecarum literarum protoplaſtas in illa deprehendere ſibi viſi ſunt, iiſdem elogiis iſtam quoque mactare potuerint. Ex eo autem quod Sigea *boviverſim* exarata ſit, certo inferri non poteſt, pluſquam centum ante Alexandrum annis inſculptam fuiſſe ; neque enim per aliquot ſecula ea ſcribendi methodo Graeci omnes uſi ſunt, neque exinde uno tempore ab omnibus deſerta fuit, ac reiecta. Uſque ad Alexandri aetatem & a dextra ad laevam, & a laeva ad dexteram, & mixtim interdum, atque utroque ſimul modo, non defuere qui ſcriberent. Fuſe de his in Arte Critica Lapidaria diſſerui . Scribendi autem genus alterum fuiſſe , *quum literae in orbem exarabantur* , cuius rei te- pag. 36. & 39. ſtes diſcum a Pauſania, & rotundum ſaxum a me memoratum Cl. Bimardius citat, numquam profecto conceſſerim ; cum enim circa globum verborum linea effingitur, vel a laeva ad dexteram , vel a dextera ad laevam ſcriptura de more ducatur neceſſe eſt. Num literae, quae ad monetarum oram in orbem ſignantur, diverſum a communi ſcriptionis genus conſtituunt?

In ea Cl. Bimardii Diſſertatione priores Pariſienſis inſcriptionis verſus afferuntur, & illuſtrantur. Allatae ibidem Σ, & P literarum formae ab iis, quae in lapide apparent, omnino aberrant, quod non Auctori, ſed typographo imputarim. At ubi ego ΜΕΓΑΡΟΣ ſcripſeram , Cl. Bimardius Σ praetermittit, quam tamen literam licet aliquanto detritam Montfauconius quoque novit, & retulit. Deinde cum hoc conſilio ſuo non ſufficeret, ut viri nomen in regionis tranſiret, literas alias heic deſiderari ſibi perſuaſit, ΜΕΓΑΡΟΙΣΤΕ iubens legere. Verumtamen coniunctioni τε non opportunus ibi locus, & dictio Μεγάροιςε *in Megaride* apte loquendo non ſignificaret. Vidit hoc non ſine maximo praeconio memorandus P. Corſinius, Atticos Faſtos praeclare reſtituens : & cum in eadem ſententia eſſet de τοῖς Μεγάροις ibi intelligendis, *ſoli quadratarii vitio tribuendum* putavit, *quod in marmore non* ἐν Μεγάροις, *ſed* Μέγαρος *inſculptum fuerit* . At nullus prorſus in iis tabulis error deprehenditur, nulla deficit litera, aut deviat : qui credi poſſit, in ipſo diligentius ſculpto titulo tam turpiter quadratarium peccaſſe? Cur autem improbabimus, ſi poſt loca, in quibus recenſiti perierant, eorum nomina ſic incipiant : *Megarus eo anno Dux* , & conſequenter alii omnes enuncientur ? Nonne & ſecunda nominum ſeries ſic incipiebat, Στρατηγὸς ἐν Αἰγύπτῳ? Megari nomen nonne ſatis notum eſt : Megara Herculis uxor, Megarus Iovis ex Nympha filius. Non obſtat, quod doceat Diodorus, Cimonem in Cypro, in Aegina Leocratem, in Megaride Myronidem duces fuiſſe , neque enim primi duo illo fuiſſe dicuntur anno, cuius clades inſcriptio memorat. Memorat inſuper vita functos in Phoenicia, & in Halienſibus, quibus praeliis , & expeditionibus cur non potuit Megarus praefuiſſe?

Eruditos autem adverſarios ut demerear, atque ut par eſt, collaudem, optimo argumento ratiocinatos eſſe, libens profiteor : cum enim ex Thucydidis libro primo , Athenienſes eodem ed. H. Steph. p. 69. anno in Cypro, in Aegypto , in Halienſibus , in Aegina, atque in agro Megarico decertaſſe, habeatur , Hiſtorico inſcriptio noſtra videtur prorſus inſiſtere, & eapropter in Megaride occiſos praetermittere non debuiſſe. Haec adeo valida ratiocinatio eſt, ut in eam ſententiam libens ire nec detrectaſſem, nec detrectarem, niſi me egregii, atque emendatiſſimi marmoris fides retraheret , in quo ΕΝ ante Μέγαρος certo certius neque eſt, neque umquam fuit. In eo ſimiliter poſt nomen hoc nullarum veſtigia literarum deprehendi poſſunt: locus ergo nullatenus ratiocinandi, & lapidem ad libros ex omni parte accomodandi , datur. Inſcriptio fato functos in Phoenicia memorat, cuius expeditionis eo anno peractae nec Thucydides, nec Diodorus mentionem faciunt ; Thucydides contra, & Diodorus praelia cum Megarenſibus narrant, quae inſcriptio nequaquam nominat. Laudari ergo nullomodo poteſt latina verſio *& Megaris*, cum neque καὶ neque ἐν fuerint umquam in lapide. De tempore caeteroquin recte iidem viri docti egerunt, ſignanter, & ſigillatim in illud inquirentes, cum ego brevi in epiſtola generatim tantummodo id tetigiſſem ; *ad Cimonis tamen & ad Themiſtoclis tempora* monumentum referens, eius certe vetuſtatem non minui . Quoad locum ſtetiſſe veriſimile eſt marmoreas iſtas tabulas *extra* urbis pomoerium in via, quae ad Academiam ducebat, tradit enim Pauſanias in Atticis

cis μνῆμα *memoriam* Athenienſibus, qui pro patria occubuerant, ibi collocatam. Sepultos autem ibidem fuiſſe ne credamus, qui in Aegypto, in Phoenicia, in Cypro confoſſa ab hoſtibus corpora reliquerant.

1

Lugduni in Valletiano viridario.

LOCAND IN CIRC
SEX.IVL.IANVARIVS
AEDIL.DAT

Hanc inter Galliae antiquitates, quarta epiſtola, ſic repraeſentavi; heic autem exhibeo, quia Novus Theſaurus, quamvis inde acceperit, LOCAND profert; ac ſi Aedilis *locanda* dediſſet, cum in Circo vel noviter exſtructo, vel inſtaurato, vel ampliato *loca numero quingenta* Lugdunenſibus impenſa ſua conſtituerit.

2

D M
Q. CAPITONI PROBANI
SENIORIS DOMORVM
IIIIII VIR AVG LVGVDVN
ET PVTEOLIS
NAVICLARIO MARINO
NERIVS ET PALAEMON
LIBERTI PATRONO
QVOD SIBI VIVVS INSTI
TVIT POSTERISQ SVIS
ET SVB ASCIA DEDICAV

Marmor non multis ab hinc annis in Rhodani alveo repertum praealtae, ac peramplae inſtar baſis media ſtat in via prope veterem Lugdunenſis ſuburbii eccleſiam. Nemo, quod conſtet, ad hanc diem excripſit, obſcurae ſiquidem, ſemeſae, ac lectu difficiles alicubi vix apparent literae. Antequam ad hunc lapidem accederem, fuere qui de illo ſermonem habentes percunctarentur a me, quidnam officii eſſet *Senior Domorum*, ita enim legerant. Reſpondi, Comitem Domorum ex Theodoſiano codice mihi eſſe quidem notum, Seniorem autem Domorum audiſſe numquam. At niſi cognomen velimus, Quintus Capito ſenior heic dicitur ad alterius diſtinctionem, qui, ut videtur, tribus iiſdem nominibus utebatur; eiuſque patria ſolenni enunciatur lapidaria formula *Domo Roma*, quamvis in marmore coniunctim exaratae dictiones ſint. Animadvertas velim Sevirum Lugduni, & Puteolis: item ἀνομαλίας; nam *Capitoni*, ſi dativo caſu eſt a *Capito*, cum *Probani* non ſociatur, ſi genitivo a *Capitonius*, cum Naviclario non coit. Sequitur *quod* ſubſtantivo praecedente nullo: monumentum *ſibi vivus inſtituit*, *dedicavitque*, & tamen liberti faciunt; Inſcriptionem ſcilicet addidere. Documentum capere poſſumus, ut quam cautiſſime in reiiciendo procedamus.

Huius Epiſtolae, duas has inſcriptiones continentis, Lugduno ad eruditiſſimum Freretium, Regiae Academiae non ultimum profecto decus datae, poſtremum paragraphum accipe, ut videas quam diverſe, & quam alienis ſenſibus non defuerint qui referrent.

Paulo ante diſceſſum ex Italia meum, opus edidi *Verona Illuſtrata* inſcriptum. Percurres illud, ut ſpero, qui Italicam linguam perfecte calleas ſuperque lucubratiunculis meis, *De Italis primitivis* praeſertim, perbenigne me interpellaris, ac Tragoediam nedum legere, ſed Gallice etiam vertere volueris. Quamvis libri inſcriptio res Veronenſes videatur tantum promittere, multae in illo inquiſitiones ex temporum, factorumque ſerie invenerunt locum, quae ad univerſalem eruditionem pertinent, & ob argumenti gravitatem, novitatemque iniucundae, ac prorſus inutiles fortaſſe non habebuntur. Implexam ſcripturam illam, quam Gothicam, Langobardicam, Saxonicam, Francogallicam aliiſque appellamus nominibus nihil aliud eſſe, quam Romanam celerem, ſagaciſſime olim olfeciſti ex paucis verbis, quibus id explicatum nolebam; nunc vero argumentum hocce in XI Hiſtoriae libro fuſe pertractatum videbis, eamque ſententiam, quamvis communi placito refragantem, tam perſpicue, ni fallor, propoſitam, & comprobatam, ut ſint qui non perſpicere affirment, quid reponi poſſit. De Gallicana, ut vocant, itidem ſcriptura agitur, ac de Graecorum triplici ſcribendi methodo. Circa antiquas Metropoles audiſti credo ob Diſſertationem quamdam multis ab hinc annis Veronae editam acerrimas ſuſcitatas diſputationes. In ea materia vix crederes quicquam adhuc latere potuiſſe nondum diſcuſſum. Verum, Deus bone, quam multi quidnam hoc quaeſtionis, & controverſiae eſſet nequaquam intellexerunt! non defuere, qui

qui sententiam meam oppugnasse sibi plauderent, postquam trita multa ita congessissent, ut ex iis nec quid ego dixerim, nec quid ipsi docere vellent, eruere esset. Librorum etiam relatores non defuere, qui ex eorum fide qui sugesserant, ea mihi in hoc argumento imputarint, quae nec protuli, nec somniavi umquam. Rem modo ita in octavo libro explicavi, ut concessum iri aliquando sperem, distinctum hactenus ut plurimum non fuisse inter Romanas provincias, & inter geographicas, propterea que nequaquam animadversum, Metropoles regionum quidem, & gentium fuisse, minime vero provinciarum a Romanis ob Praesidum suorum administrationem constitutarum. Imputatum mihi est, haec, & alia quaedam in aliis voluminibus a me exposita, nondum a quoquam animadversa dixisse, quod quidem iactantiam sapiat. D. Hieronymus in Praefatione ad Interpretationem nominum Hebraicorum librum illum suum *novum opus* cum appellasset, *& tam Graecis quam Latinis inauditum* professus esset, subiunxit: *non quo studium meum insolenter extollam, sed quod sudoris conscius ad lectionem eorum provocem nescientes.* Quae quidem postrema S. Doctoris verba opellis a me profectis vellem praemissa; ut constaret omnibus, si quicquam mihi fortasse excidit, ex quo de novitate mihi ipsi aliquando viderer placere, id profecto non quo studium meum insolenter extollerem dictum, sed ut sudoris conscius ad legendum provocarem, atque ea non sine observatione aliqua transilienda esse admonerem. Sed tum de his, tum de aliis eiusdem momenti discussionibus, quae in opusculis meis passim instituentur, quid tu vere sentias, quid illustres ceteri in percelebri Academia conlegae, cum Parisiis fuero, avide sciscitatum veniam, atque ut per vestram doctrinam proficiam, libentisissime exploratum. Vale.

In epistola tertia vicanorum Minnodunensium votum dedi non *Genevae*, sed Minnoduni servatum, hodie *Moudon*, haud recte in Theodosiana tabula Minodum. *Derci*, sive *Inderci* tempus in eo lapide ἐπιχώριον putavi plurium dierum solenne, vel statum aliquod anni tempus, cui a nativa regionis dialecto istuc nominis adhaeserit; neque enim a δέρκω repetendam opinor vocem, neque Dercem a Syriacis usque plagis huc arcessendam.

I

Prope Nemausum in colle Turris magnae.

SVLPICIVS COSMVS REST
LARIBVS AVG
SACRVM ET
NEMAVSO
VRNIAE
AVICANTO
T. CASSIVS T. L
FELICIO EXS
VOT

Pulcherrimam hanc epigraphen, quam ex maceria Seguierio meo indicante erui, atque in lucem protuli, liceat heic afferre. Quae de lapidibus Restitutis in Epistola quinta retuli, adire ne pigeat. Post Deum fontem, ad quem balnea fuere nuper detecta, Urnia Dea memoratur: urnisne, & urnariis praesidens? neque enim Uraniam, ut in Novo Thesauro, huc advocandam opinor. Anno MDCCXL cum ad aquam abundantius eliciendam, altius effoderetur terra, Nemausensium thermarum reliquiae adinventae sunt: statuarum, columnarum, nobiliumque marmorum fragmenta plurima, inscriptionum quoque. Nondum editas tantummodo exhibeo.

2

VICTORIAE
AVG
M. VALERIVS
SEVERVS PONTIF
EX STIPE
VELA ET ARAM
. . . .

3

Q. IVLIVS
BVCCA
NEMAVSO V. S

1

Splendidae, ac prolixae, cuius plures literae ſparſim interlucent, haec unice verba ſuperſunt.

RES PVBLICA NEM . . . .
IMPERATORIS . . . .

2

L . S A M M I O
L . F . V O L T
. . . .

3

M . C O M I N I O
. . . . V O L T
. . . . I A N O . E Q
. . . . O H A B E N T
. . . . M . C O L
. . . A C IIII V I R
P O N T I F
. . . . A R M
. . . . C O R P
. . . .

4

P O T I T A E
V E G E T A E
L I B

Graecarum quoque fragmenta quatuor reperta, in quorum uno Traiani, & Commodi nomen ſupereſt. In alio verba THNIEPANCYNOΔON de Athletis agi ſubindicant. Hoc quoque pſephiſmatis initium emerſit:

5

Ψ Η Φ Ι Σ
ΕΠΕΙΔΗCΑΜΜΙΟC . . .
ΓΕΓΟΝΟΤΩΝ . . . .

quo conſtat, Graecam linguam Nemauſenſibus familiarem fuiſſe.

Inter Nemauſenſes, quas Seguierius meus aliquando egregie colliget, atque illuſtrabit, ſubſequentem ab Epiſtola undecima cogor decerpere, ut rurſus teſtatum ſit, lapidem ita loqui.

6

D M
C . VIBI LICINIANI
V . ANN . XVI . M . VI
C . V I B I V S
AGATHOPVS ET
LICINIA NOMAS
FIL OPTIMO PIISSIM

ΑΝΘΕΑΠΟΛΛΑΓΕΝΟΙΤΟΝΕΟΔΜΗΤΩΕΠΙΤΥΜΒΩ
ΜΗΒΑΤΟCΑΥΧΜΗΡΗΜΗΚΑΚΟΝΑΙΓΙΠΥΡΟΝ
ΑΛΛΙΑΚΑΙCΑΜΨΟΥΧΑΚΑΙΥΔΑΤΙΝΗΝΑΡΚΙCCΟC
ΟΥΕΙΒΙΕΚΑΙΠΕΡΙCΟΥΠΑΝΤΑΓΕΝΟΙΤΟΡΟΔΑ

Ἄνθεα πολλὰ γένοιτο νεοδμήτῳ ἐπὶ τύμβῳ,
Μὴ βάτος αὐχμηρὴ μὴ κακὸν αἰγίπυρον,
Ἀλλ' ἴα, καὶ σάμψυχα, καὶ ὑδατίνη νάρκισσος,
Οὐείβιε, καὶ περὶ σοῦ πάντα γένοιτο ῥόδα·

Plurimus hunc tumulum flos induat, inque recentem
Non dumi horrentes, aegipyruſque mala,
Sed properent violaeque, & amaracus, & narciſſus,
Vibi, atque omnis humus te prope iam roſa ſit.

In latina verſione *rubi* pro *dumi* perperam legebatur. Legebatur etiam *Vibie*, quod quibuſdam non placuit: at videſis Gellium l. 14. c. 4. Duos Grammaticos acriter certantes audivit, *cum alter in caſu vocativo, vir egregi, dicendum contenderet, alter vir egregie*: bonis rationibus uterque cauſam propugnabat ſuam. Priſcianus lib. 7. *Haec tamen eadem etiam in e proferebant antiquiſſimi, o Virgilie, o Mercurie, dicentes:* archaiſmis vero cum poeta utitur, utitur iure ſuo. *Aulai in medio &c.* De aegipyri genere litem ne inſtituas: maſculino tribuas, feminino, aut neutrali, tueri te grammatice poteris. Volumen vidi *Voyage &c.* in quo novus hic tumulus in hominem *Neodmet* nominatum tranſit.

Epiſtolam, in qua de Narbonenſis primae milliariis columnis diſſerui, ſingulari benignitate exceperunt doctiores Galli. Cl. Aſtruc, qui de naturali eius regionis hiſtoria poſtmodum egit, lapides etiam id genus in argumentum ſuum advocavit, & deduxit, ſed non aeque fauſtis auſpiciis. Toties aberrat, quoties ab iis quae tradidi deviat. Cum columnas ipſas nequaquam viderit, cur oculis meis, itemque eruditi Seguierii, fidere noluerit, non intelligo, ſed Rulmani potius illaudatis ſchedis, & duorum Benedi-

κάτιαι ὀκτὼ χοῖνοι ἡμίχοινον, σκίρω δὲ ϗ ἀῤῥήκτω ϗ δρυμῶ πεντακάτιαι τετρώκοντα μία ἡμίχοινον· Κεφαλὰ πάσας ἐῤῥηγείας χίλιαι ἐνενήκοντα πέντε χοῖνοι· σκίρω δὲ, ϗ ἀῤῥήκτω, ϗ δρυμῶ διχίλιαι διακάτιαι εἴκατι πέντε. Τὰν δὲ νᾶσον τὰν ποτιγεγενημέναν ἐς τὰν ἄῤῥηκτον γᾶν συνεμετρήσαμες· ἀπὸ ταύτας τᾶς γᾶς ἀπολώλη ἐῤῥηγείας μὲν τριακάτιαι τρὶς χοῖνοι ἡμίχοινον, σκίρω δὲ ϗ ἀῤῥήκτω ϗ δρυμῶ τετρακόσιαι τριάκοντα πέντε χοῖνοι· Ἐμμὲν τᾷ πράτᾳ μερείᾳ τᾷ πὰρ τᾶ Ηρωιδεῖα ἐῤῥηγείας μὲν ἑβδεμήκοντα ἓξ χοῖνοι· σκίρω δὲ ϗ ἀῤῥήκτω ϗ δρυμῶ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χοῖνοι· ἐν δὲ τᾷ τετάρτᾳ τᾷ μερείᾳ πὰρ τᾶ φίντια ἐῤῥηγείας μὲν διακάτιαι εἴκατι ἑπτὰ χοῖνοι ἡμίχοινον, σκίρω δὲ ἀῤῥήκτω ϗ δρυμῶ διακάτιαι πεντήκοντα χοῖνοι· Κεφαλὰ πάσας γᾶς ἃς καταστώσαμες τῷ Διονύσῳ ἑπτακάτιαι τριάκοντα ὀκτὼ χοῖνοι· ταύταν τὰν γᾶν κατεστώσαμες . . . . τοῖς τὰν ἱαρὰν γᾶν . . . Καταβιω . . . .

DXLI ſemis. Summa totius terrae cultae ſchoeni MXCV. petroſae vero, & incultae, & ſilvoſae MMCCXXV. Inſulam prope effectam tamquam incultam terram emenſi ſumus. Ex hac terra perierunt cultae quidem ſchoeni CCCIII ſemis, petroſae vero, & incultae, & ſilvoſae ſchoeni CDXXXV: in prima autem parte iuxta Heroa cultae ſchoeni LXXVI. petroſae, & incultae, & ſilvoſae ſchoeni CLXXXV. In quarta portione iuxta Phintia cultae ſchoeni CCXXVII ſemis, petroſae, & incultae, & ſilvoſae ſchoeni CCL. Summa totius terrae, quam Baccho reſervavimus, ſchoeni DCCXXXVIII ſemis. Hanc terram reſervavimus . . . . ſacram terram . . . .

Aenea haec tabula, pedes alta duos & dimidium, unum ſemis lata, latine ab una parte loquens, ab alia graece, in Calabria paucis abhinc annis eruta, Romam miſſa fuit, ut emptorem inveniret. Invenit ſtatim nobilem, & eruditum Anglum Brianum Fairfax, qui antequam Romae quiſquam ad Graeca tranſcribenda idoneus laminam vidiſſet, Londinum pertulit. Ibi Cl. Maittairius pauca eiuſdem exemplaria emiſit. Qui has inſcriptiones Obſerv. Liter. tomo III inſeruit, poſt annos duos in Novum Theſaurum receptas, aes prototypum ſumma diligentia exſcripſit Literarum figuram heic adiicit, & Latinam verſionem, cum in Obſervationibus Italicam tantum protulerit. Aſpirationis notam animadverte, hoc eſt literam H dimidiatam: integram in hunc uſum adhibet Athenienſis tabula paulo ante exhibita.

Continetur heic relatio Heracleae Senatui exhibita a quinqueviris, ad agros Bacchi Templo adſignandos, metiendos, ac terminandos electis. *Finitorem mittant*, ait Cicero contra Rullum, *ratum ſit quod finitor renuntiaverit*. Illius Italiae partis Graece prolata monumenta nondum, opinor, videramus. Hocce quidem eas praeſefert vetuſtatis notas, ut Romanorum in ea regione dominio fortaſſe praeceſſiſſe non defuerint qui ſuſpicarentur. Tarentinos autem, & Lucanos Conſules domuere Papirius Curſor, & Carvilius Maximus. Anno V. C. CCCCLXXV, de Lucanis, Bruttiis, Tarentinis, Samnitibus triumphum egit Fabricius Luſcinus. Dialectus Dorica eſt, ſed interdum Aeolicae accedit. Initio τὼς ἱαρῶς Aeolice; ſed Doriſmus ubique praevalet, cum Heraclea Tarentinorum, Tarentini vero Lacedaemonum Colonia fuerint. Spartanam originem Ephori etiam nomen oſtendit a primo Magiſtratu geſtum. Verba quaedam heic ἐπιχώρια occurrunt. Επαμώχη a παμωχέω Dorice. Heſychius Παμμωχιῶν κεκτημένος. Compendia quoque numquam viſa. Ante finitorum nomina ΓΕ. ΠΕ. AI. KN. ME. illorumne indicare putabimus patrias? *Genuſium*, *Peteliam*, *Aeaeam*, *Metapontum*, aut *Medmum*, *Cnoſſum*; ſola haec poſtrema ab Heraclea valde recedit, & longius abit. At quid dicemus de verbis compendia ſubſequentibus? Τρίπους, Καρύκειον &c. num ita denominabantur eorum tribus, aut tribuum partes, Demis Atticis reſpondentes? vel viarum, aut vicorum ſunt nomina, quibus Heracleae ob incolatum adſcriberentur? ita quidem ſignari potuiſſet Romae, *Caput Africae*, *P. Valerius*. *Equus Aeneus*, *C. Marcius*.

Mirum videri poſſit, menſis nomen Macedonicum ab Heracleenſibus noſtris uſurpari, cum ab Aſianis tantùm, vel in Aſiam, aut in Orientem vergentibus uſurpatos fuiſſe, communis ſententia ſit. Aliud Macedonici menſis nomen e Ticinenſi marmore protuli, ubi Graecas ſiglas non quidem omnes, ſed quaſi in anteceſſum exhibui. Ea epigraphe inedita ibi dicitur, quia verba illa multo ante quam Novus Theſaurus prodiret, perſcripta fuerant.

Proximi Heracleae Sicilienſes, ut Heſychius docet, ſtipites appellabant ἀντόμους. Hinc ἀντόμοντον divinando reddidi vallum, hoc eſt fixorum ſtipitum ordinem: quae tamen interpretatio ex eo videtur probari, quod primum nominetur, & ſecundum. Siculius Flaccus: *in quibuſdam regionibus*

nibus palos pro terminis observant. Pandosia notum in eo tractu oppidum; sed heic rivum potius significari puto, qui pro limite haberetur. *Finales fossas* gromatici Scriptores memorant; & alicubi *rivus finem facit*. ΤΑ ΗΡΩΙΑ in Epictetae marmore vidimus: id nominis diminutive videtur in hoc afferri. *Fines sepulturarios* habemus in Auctoribus de Limitibus. Schoenum apud Heracleenses multo breviorem terrae mensuram videmus fuisse quam apud Persas fuerit: schoenorum summae recte procedunt, & cum numeris singulis conveniunt. Trigintapeda non triginta pedum spatium, ut decempeda decem pedum perticam apud Tullium, & Horatium, sed loci nomen heic designat. Ἐμμὲν Dorici pro εἶναι, sed heic stat loco ἐν μέν. Vidimus in huius voluminis pag. 18. ΕΜΜΕΛΔΙΝΑΙΣ loco ἐν Μελδίναις.

Siculam inscriptionem referunt Gruterus, & Gualtherius, in qua multae agrorum portiones suis pariter terminis, & limitibus circumscriptae, adsignantur, & in plures κλάρους dividuntur. *Sortes* Latini quoque disciplinae gromaticae praeceptores vocant. Hyginus: *sortes sic inscribere debebimus*. In ea inscriptione inter terminos, quibus portiones finiuntur, ΟΙΠΑΣΣΙΛΟΙ pali quoque notantur. Paulo post πόδοδον ΕΞΑΠΕΔΟΝ redditur *aversum planum*, cum *sex pedum* dici debuisset. Ibi Π interpretationem adhuc exspectat. Valet πόδας, quae sigla in edito libello non recensetur, sed addam illam cum aliis multis, ubi de Siglis ex professo, & fusius agere pergam. Gr. p. 210. Gu. p. 28.

IN ALTERA EIUSDEM TABULAE FACIE:

1 QVEM.[1] H. L. AD.COS. PROFITEREI. OPORTEBIT. SEI. IS. QVOM. EVM. PROFITEREI. OPORTEBIT. ROMAE. NON. ERIT. TVM. QVEI. EIVS
2 NECOTIA. CVRABIT. IS[2] EAFDEM. OMNIA. QVAE. EVM. QVOIVS. NECOTIA. CVRABIT. SEI. ROMAE. ESSET. H. L. PROFITEREI
3 OPORTEBIT. ITEM. ISDEMQVE. DIEBVS. AD. COS. PROFITEMINO
4 QVEM. H. L. AD. COS. PROFITEREI. OPORTEBIT. SEI. IS. PVP. SEIVE EA.[3] Vq. ERIT. TVM QVEI. EIVS.[4] PVP. Vq. VE. TVTOR. ERIT. ITEM. EADEM
5 QVE. OMNIA. IN. IISDEM. DIEBVS. AD. COS. PROFITEMINO. ITA. VTEI. EI. QVAE QVI BVSQVE. DIEBVS. EVM. EAMVE. SEI. PVP. Vq. VE. NON
6 EST. H. L. PROFITEREI. OPORTERET.
7 SEI. COS.[5] ATQVE. H. L. PROFESSIONES. FIEREI. OPORTEBIT. ROMAE. NON. ERIT. TVM. ISQVEM. PROFITEREI. OPORTEBIT. QVOD. EVM. PROFITEREI
8 OPORTEBIT. AD.[6] PR. VRB. AVT. SEI. IS. ROMAE NON. ERIT. AD. EVM. PR. QVEI. INTER. PEREGRINOS. IVS. DEICET. PROFITEMINO. ITA. VTEI
9 EVM. AD. COS. SEI. TVM. ROMAE. ESSET. H. L. PROFITEREI. OPORTERET
10 SEI. EX IIS.[7] COS. ET. PR. AD. QVOS. H. L. PROFESSIONES. FIEREI. OPORTIBIT. NEMO. EO RVM. ROMAE. ERIT. TVM. IS QVEM. PROFITEREI. OPORTEBIT
11 ET. QVOD. EVM. EVM. PROFITEREI. OPORTEBIT. AD.[8] TR. PL. PROFITEMINO. ITA. VT EI. EVM. AD. COS. PR. VRB. EVMQVE. QVEI. INTER. PEREGRI
12 NOS. IVS. DEICET. SEI. TVM. ROMAE. ESSET. H. L. PROFITEREI. OPORTERET
13 QVOD. QVEMOVEM. H. L. PROFITEREI. OPORTEBIT. IS. APVD. QVEM. EA. PROFESSIO. FIET.[9] EIVSQVE. PROFITEBITVR. NOMEN. ET. EA. QVAE. PRO
14 FESSVS. ERIT. ET. QVO. DIE. PROFESSVS. SIT. IN. TABVLAS. PVBLICAS. REFERVNDA. CVRATO. EADEMQVE. OMNIA. QVAE. VTEIQVE. INTABVLAS
15 RETTVLERIT. ITA. IN TABVLAM. IN. ALBVM. REFERVNDA. IDQVE. APVT.[10] EORVM. ET. QVOM. FRVMENTVM. POPVLO. DABITVR. IBEI. VBEI. FRVMEN
16 TVM. POPVLO. DABITVR. COTTIDIE. MAIOPEM. PARTEM. DIEI. PROPOSITVM. HA BETO. V.[11] D. P. R. L. P
17 QVEIQVOMQVE. FRVMENTVM. POPVLO. DABVNT. DAMDVMVE. CVRABIT.[12] NEIQVE. EORVM. QVORVM. NOMINA. H. L. AD. COS. PR. TR. PL. INTA

1 hac lege ad Consulem.
2 *leg.* eadem.
3 pupillus. pupilla.
4 pupilli, pupillaeve.
5 Si Consul, ad quem hac lege.
6 Praetorem Urbanum.
7 Consule, & Praetoribus.
8 Tribunum plebis.
9 *leg.* eius, qui.
10 *leg.* apud Forum.
11 unde, *vel* ut de plano recte legi possit.
12 *leg.* ne cui eorum.

18 BVLA. IN. ALBO. PROPOSITA. ERVNT. FRVMENTVM. DATO. NEVE. DARE. IVBETO. NEVE. SINITO. QVEI. ADVERSVS. EA. EORVM.[13] QVEI. FRVMENTVM

19 DEDERIT. IS.[14] IN. TR. M. I. HS.. POPVLO. DARE. DAMNAS. ESTO. EIVSQVE. PECVNIAE [15] QVEI. VOLET. PETITIO. ESTO

20 QVAE. VIAE. IN.[16] VRBEM. ROM. PROPIVSVE. V. R. P... VBEI. CONTINENTE. HABITABI TVR. SVNT. ERVNT. QVOIVS. ANTE. AEDIFICIVM. EARVM. QVAE

21 VIAE. ERVNT. IS. EAM. VIAM. ARBITRATV. EIVS.[17] AED. QVOI. EA. PARS. VRBIS. H. L. OB. VENERIT. TVEATVR. ISQVE. AED. CVRATO. VTI. QVORVM

22 ANTE. AEDIFICIVM. ERIT. QVAMQVE. VIAM. H. L. QVEMQVE. TVERI. OPORTEBIT [18] EI. OMNES. ARBITRATV. EIVS. TVEANTVR. NEVE. EO

23 LOCO. [19] AQ. CONSISTAT. QVOMINVS. COMMODE. POPVLVS. EA. VIA. VTATVR

24 [20] AED. CVR. AED. PL. QVEI. NVNC. SVNT.[21] QVEIQVOMQVE. POST. H. L. FACTEI. CREATEI. ERVNT. EVMVE.[22] MAG. INIERINT. IEI. IN DIEBVS. V. PROXVMEIS

25 QVIBVS. EO. MAG. DESIGNATEI. ERVNT. EVMVE. MAG. INIERINT. INTER. SE. PA RANTO. AVT. SORTIVNTO. QVA. IN PARTEI. VRBIS. QVISQVE

26 EORVM. VIAS. PVBLICAS. IN. VRBEM. ROMA. PROPIVSVE. V. R. P. M. REFICIVNDAS. STERNENDAS. CVRET. EIVSQVE. REI. PROCVRATIONEM

27 HABIAT. QVAE. PARS.[23] QVOIQVE. AED. ITA. H. L. OBVENERIT. EIVS. AED. INEIS. LO CEIS. QVAE. INEA. PARTEI. ERVNT. VIARVM. REFICIEN

28 DARVM. TVEMDARVM. PROCVRATIO. ESTO. VTEI. H. L. OPORTEbIT

29 QVAE. VIA M.[24] P I P. AEDEM. SACRAM.[25] IT. AEDIFICIVM. LOCVMVE. PVBLICVM. ET. INTER. AEDIFICIVM. PRIVATVM. IST. ERIT. EIVS

30 VIAE. PARTEM. DIMIDIAM. IS. AED. QVOI. EA. PARS. VRBIS. OB. VENERIT. INQVA. PARTE. EA. AEDIS. SACRA. ERIT. SEIVE. AEDIFICIVM

31 PVBLICVM. SEIVE. LOCVS. PVBLICVS. TVEMDAM. LOCATO

32 QVEMQVOMQVE. ANTE. SVVM. AEDIFICIVM. VIAM. PVBLICAM. H. L. TVERI. OPORTE BIT. QVEI. EORVM. EAM. VIAM. ARBITRATV. EIVS. AED.

33 QVOIVS. OPORTVERIT. NON. TVEBITVR. EAM. VIAM. AED. QVOIVS. ARBITRATV. EAM. TVEREI. OPORTVERIT. TVEMDAM. LOCATO.

34 ISQVE. AED. DIEBVS. NE MINVS. X. ANTEQVAM. LOCET. APVT. EORVM. ANTE. TRI BVNALE. SVOM. PROPOSITVM. HABETO. QVAM

35 VIAM. TVENDAM. ET. QVO DIE. LOCATVRVS. SIT. EI. QVORVM. ANTE. AEDIFICIVM. EA. VIA. SIT. EISQVE. QVORVM. ANTE. AEDIFICIVM.

36 EA. VIA. ERIT. PROCVRATORIBVSVE. EORVM. DOMVM. DENVNCIETVR. FACITO. SE. EAM. VIAM. LOCATVRVM. ET. QVO DIE. LOCATVRVS

37 SIT. EAMQVE. LOCATIONEM. PALAM. INFORO. PER. Q.[26] VRB EVMVE. QVEI. AERA RIO. [27] PRAERIT. FACITO. QVAMTA. PECVNIA. EAM

38 VIAM. LOCAVERIT. TAMTAE. PECVNIAE. EVM.[28] OSQVE. QVORVM. ANTE. AEDIFI CIVM. EA. VIA. ERIT. PROPORTIONI. QVAMTVM

39 QVOIVQVE. ANTE. AEDIFICIVM. VIAE. IN LONGITVDINE. ET. IN LATITVDINE. ERIT. Q. VRB. QVEIVE. AERARIO. PRAERII. IN TABVLA

40 PVBLICAS. PECVNIAE. FACTAE. REFERVNDVM. CVPATO. EI.[29] QVOII. EAM. VIAM. IVEMDAM. REDEMERIT. TAMTAE. PECVNIAE. EVM. EOS

41 VE. AD. TRIBVITO. SINE. D.[30] M. SEI. IS. QVEI. AD. TRIBVTVS. ERIT. EAM. PECVNIAM DIEBVS. XXX. PROXVMIIS. QVIBVS. IPSE. AVT. PRO

42 CVRATOR. EIVS. SCIET. ADTRIBVTIONEM. FACTAM. ESSE. EI. OVOI. AD. TRIBVTVS. ERIT. NON. SOLVERIT. NEQVE. SATIS. FECERIT. IS.

43 QVAMTAE. PECVNIAE. AD. TRIBVTVS. ERIT. TAMTAM. PECVNIAM. ET. EIVS. DIMI DIVM. II. QVOI. AD. TRIBVTVS. ERIT. DAPEDIBITO[31]

44 INQVE. EAM RIM. IS[32] QVO. QVOMQVE. DE. EA RE. ADITVM. ERIT. IVDICEM. IVDICI

13 *leg.* cui. *pro* alicui.
14 is intra mensem unum sestertium vigintiquinque millia. 15 *intellige* cui volet.
16 intra urbem Romam propiusque urbem passus mille, ubi continentur.
17 Aedilis. 18 *leg.* iei. ii omnes. 19 aliquid. 20 Aedilis curulis, Aedilis plebis.
21 quicumque post hanc legem *rogatam*.
22 Magistratum. 23 cuique Aedili.
24 mille passus inter. (P pro R) 25 *leg.* aut.
26 Quaestorem Urbanum.
27 praeerit. 28 eosque. 29 qui.
30 dolo malo. 31 dare debeto.
32 cuicumque.

VMVE.

VMVE. ITA. DAIO. VTEI. DE PECVNIA. CREDITA
45 IVDICIVM. DARI. OPOPTEBIT
46 QVAM. VIAM. H. L. TVEMDAM. LOCARI. OPORTEBIT. AED QVEM. EAM. VIAM. TV ENDAM. LOCARE. OPORTEBIT. IS. EAM. VIAM. PER
47 Q. VRB. QVEIVE. AERARIO. PRAERIT. TVEMDAM. LOCATO. VTEI. EAM. VIAM. AR BITRAIV. EIVS. QVEI. EAM. VIAM LOCANDAM
48 CVRAVERIT. TVEATVR. QVAMTAM. PECVNIAM. ITA. QVAEQVE. VIA. LOCATA. ERIT. T. [33] P. Q. VRB. QVEIVE. AERARIO. PRAERIT
49 REDEMPTOREI. QVOI. ELECE. LOCATIONIS. DARI OPORTEBIT. HEREDEIVE. EIVS. DAMDAM. AD. TRIBVENDAM. CVRATO
50 QVOMINVS. AED. ET. IIII. [34] VIR. VIEIS. IN. VRBEM. PVRGANDEIS. II. VIR. VIEIS. EXTRA. P ROPI VSVE. VRBEM. ROM. PASSVS.
51 PVRGANDEIS. QVEIQVOMQVE. ERVNT. VIAS. PVBLICAS. PVRGANDAS. CVRENT. E IVS. QVE. REI. POTESTATEM. HABEANT
52 ITA. VTEI. LEGIBVS. PL. [35] VE. SC. S. C. OPOPTET. OPORTEBIT. EVM. [36] H. L. N. R.
53 QVOIVS. ANTE. AEDIFICVM. SEMITA. INLOCO. ERIT. IS. EAM. SEMITAM. EO. AEDIFI CIO. PERPETVO. LAPIDIBVS. PERPETVEIS
54 INTEGREIS. CONTINENTEM. CONSTRATAM. RECTE. HABETO. ARBITRATV. EIVS. AED. QVOIVS. IN EA. PARTE. H. L. VIARVM
55 PROCVRATOR. ERIT.
56 QVAE. VIAE. [37] IN. V. R. SVNT. ERVNT. INTRA. EA LOCA. VBI. CONTINENTI. HABET ABETVR. NE QVIS. IN IEIS. VIEIS. POST. K. IANVAR.
57 PRIMAS. PLOSTRVM. [38] INTEP. DIV. POST. SOLEM. ORTVM. NEVE. ANTE. HORAM. X. DIEI. DVCITO. AGITO. NISI. QVOD. AEDIVM
58 SACRARVM. DEORVM. INMORTALIVM. CAVSSA. AEDIFICANDARVNT. OPERISVE PVBLICE. FACIVMDEI. CAVSA. ADVHEI. PoRTA
59 RI. OPORTEBIT. AVT. QVOD. EX. VRBE. EXVE. IEIS. LOCEIS. EARVM. RERVM. QVAE. PVBLICE. DEMOLIENDA. LOCA. ERVNT. PVBLI
60 CE. EX. PORTAREI. OPORTEBIT. ET. QVARVM. RERVM. CAVSSA. PLOSTRA. H. L. CER TEIS. HOMINIBVS. CERTEIS. DE. CAVSEIS. ACERE
61 DVCERE. LICEBIT
62 QVIBVS. DIEBVS. VIRGINES. VESTALES. REX. SACRORVM. FLAMINES. PLOSTREIS. IN VRBE. SACRORVM. PVBLICORVM. P. R. CAVSSA
63 VEHI. OPORTEBIT. QVAEQVE. PLOSTRA. TRIVMPHI. CAVSSA. QVO DIE. QVISQVE. TRIVMPHAVIT. DVCEI. OPORTEBIT. QVAEQVE.
64 PLOSTRA. LVDORVM. QVEI. ROMAE. AVT. VRBEI. ROMAE. PVBLICE. FEIENT. INVE; POMPAM. LVDEIS. CIRCIENSIBVS. DVCEI. AGEI. OPVS.
65 ERIT. QVOVE. MINVS. EARVM. RERVM. CAVSSA. EISQVE. DIEBVS. PLOSTRA. IN TERDIV. IN. VRBE. DVCANTVR. AGANTVR. E. H. L. N. R.
66 QVAE. PLOSTRA. NOCTV. IN. VRBEM. IN. DVCTA. ERVNT. QVOMINVS. EA. PLO STRA. INANIA. AVT. STERCORIS. EX. PORTANDEI. CAVSSA
67 POST. SOLEM. ORTVM. [39] H. X. DIEI. BVBVS. IVMENTEISVE. IVNCTA. IN. [40] V. R. ET. AB. V. R. P. PESSE. LICEAT. E. H. L. N. R. [41]
68 QVAE. LOCA. PVBLICA. PORTICVSVE. PVBLICAE. IN. V. R. P. VE. V. R. P. SVNT. ERVNT. QVORVM. LOCORVM. QVOIVSQVE. PORTICVS
69 AEDILIVM. [42] FORVMVE. MAG. QVEI. VIEIS. LOCEISQVE. PVBLICE. IS. [43] V. R. P. VE. V. R. P. P. PVRGANDEIS. FRAERVNT. LECIbUS.
70 PROCVRATIO. EST. ERIT. NEIQVIS. IN. IEIS. LOCEIS. INVE. IEIS. PORTICIBVS. QVID. IN. AEDIFICATVM. INMOLITOMVE. HABETO
71 NEVE. EA. LOCA. [44] PORTICVMVE QVAM. POSSIDETO. NEVE. EORVM. QVOD. SAEP TVM. CLAVSVMVE. HABETO. QVOMINVS. EIS

33 Tribunus plebis Quaeſtor.
34 quattuorviris intra.
35 plebiſve ſcitis, Senatus conſultis.
36 hac lege nihil rogatur.
37 intra urbem Romam.
38 interdiu. 39 hora decima;
40 intra urbem Romam, & ab urbe Roma paſſus D.
41 eius hac lege nihil rogatur.
42 eorumque Magiſtratum.
43 publicis urbis Romae, propiuſve.
44 quam, *hoc eſt* aliquam: quod, *hoc eſt* aliquod.

72 LOCEIS. PORTICIBVSQVE. POPVLVS. VTATVR. PATEANTVE.NISI. QVIBVS. VTEIQVE. [45] LEG. PL. VE. SC. S. VE. C. CONCESSVM. PERMISSVMVE . ES

73 QVIBVS. LOCEIS. EX. LEGE. LOCATIONIS. QVAM .CENSOR. ALIVSVE. QVIS. MAG. PVBLI CEIS. VECTIGALIBVS. VLTROVE. TRIBVTEIS

74 FRVENDEIS. TVENDISVE. DIXET. DIXERIT.EIS . QVEI . EA . FRVENDA . TVENDAVE . CONDVTA. HABEBVNT. VT. VTEI. FRVEI. LICEAT

75 VT. VTEI. EA. AB.EIS. CVSTODIANTVR. CAVTVM. EST. EI. . . . . TIS . LOCEIS. VTAN TVR . . . . .

76 . . . . .T. NIS. IEIS . . . . .

45 legibus plebiſve ſcitis Senatuſve conſultis.

NIhil attinet literarum figuram pingere ; cum nihil peculiare habeant. Neque eleganter, neque affabre ſculptae ſunt, ut in laminis ſaepe deprehenditur. I pro E, & pro T, P pro R, O pro Q. non una vice. Quoſdam in verbis etiam errores ſuſpicor. Edidi monumentum hoc minuſcula ſcriptura in Obſ. Lit. Tom. III. & Italicam verſionem, atque compendiorum explicationem addidi, cum nonnulla occurrant alibi nequaquam viſa: item de inſolitae interdum ſcriptionis ſignificatione, itemque de erroribus admonui. Totum in paragraphos quodammodo diviſi, quos deinde Novus Theſaurus retinuit; ſed monueram, non verſuum longitudinem ea diviſione deſignaſſe me, ſed quamdam periodorum diſtinctionem. Iam vero ut in aere habetur, heic profero iiſdemque ubique punctis ſervatis.

Nova profecto nota eſt, qua verſu quarto *pupilla* indigitatur, ſed inſolita eſt pariter, quam pro ea dictione adducit Valerius Probus. AQ. & IR. alibi videre non memini, ad ſignificandum *aliquid*, & *inter*. G in laminis literae C ſpeciem interdum habet: hinc in legibus vulgatis *fruces* loco *fruges*, & conſimilia. Ad verſum 19. IS. IN. TR. M. I. HS... *dare damnas eſto*. Interpretatus ſum, *is intra menſem unum ſeſtertium vigintiquinque millia*. *Sic* in Mamiliae legis fragmentis *Si quis* &c. HS XXV. (ut legi debet) *dare damnas eſto.* Vide Agrarios Goeſii pag. 340. qui tamen millenariam lineolam notis numeralibus adimit, & paulo ante *qui volet* ſcribit, pro *cui volet*: in noſtro aere ſcriptum eſt *quei volet*. Ego vero numerales, inſuetaſque notas, quas cum aes ante oculos haberem, ita ſignificare intellexi, repraeſentare heic nequeo, quia apographum tunc elaboratum amiſi.

Legem in hac tabula ſuperſtitem habemus Reipublicae tempore rogatam. Quo anno nemo dixerit, cum nomen in ea reperiatur nullum: ſeculum ab V. C. ſeptimum orthographiae ratio, & formulae videntur denotare. Inter vetuſta cimelia nihil Romanis legibus praeclarius, nihil utilius emerſit umquam. Sexti ſeculi Senatuſconſultum de Bacchanalibus *in tabulam ahenam*, ut in ipſo legitur, inciſum, in Caeſarea Bibliotheca Vindobonae contemplatus ſum. In Muſeo Farneſiano, ad Regalem Neapolitanam aulam tranſlato, decem perennant eiuſmodi ahenae laminae longe auro pretioſiores. Leguntur apud Gruterum, qui a Sigonio, & ab Urſino accepit, quamquam alii quandoque laudentur: leguntur autem pag. 363. 364. 400. 401. 500. 506. 508. Item p. 628. ubi lex omnino extra locum, quapropter in Gruterianis non haberi, incaute aliquando dixi. P. 562. aes *III Idus* habet, non *in Idus*. P. 503. Senatuſconſultum Graece eſt, quod Latine dedit Sigonius, ſed ab ipſo *converſum*, *atque ſuppletum*, tabula enim, quae Latinum ſervabat, *pene tota interciderat*, ut Briſſonius teſtatur. (de iu. prov. l. 1. c. 1. — de Form. l. 2.)

Laminam autem noſtram non ſine errore inciſam ſuſpicor. Nam principio ſuo, atque ut ita dicam conſueto exordio, lex prorſus caret: deinde non lex una, ſed duarum omnino diverſarum partes heic videntur afferri. Plures quidem in diverſa capita diviſae fuerunt, ut Voconia, Cincia, Iulia, Papia, aliae; quin *legis unum & centeſimum caput* lectum fuiſſe, ſcribit ad Ciceronem Caelius (l. 8. Ep. 8.): ſed connexione quadam intercedente, & quorum materia non ita diſparata eſſet. At heic a profeſſione ad Magiſtratus facienda, & a frumento plebi diſtributo repente latores legis ad vias tuendas proſiliunt, & ad decernendum de iis reficiendis, purgandis, locandis, nullo inter tam diverſa intermedio verbo, aut coniunctionis ſigno.

Animadverte quaeſo phraſim illam, *tantae pecuniae eum*, *eoſque adtribuito*: non *tribuere alicui pecuniam*, ſed *aliquem pecuniae* dicit. Exinde, *ſi is qui adtributus erit*. Loquutionem eamdem in Farneſiana conſpiceremus Gr. 508. v. 12. ubi *tributus factus*, niſi quod ſequebatur deſideraretur. Hinc obſcurum Livii locum reſpice, *terni in millia aeris attribuerentur* (lib. 39.). Verſu 56. *Poſt Kalendas Ianuarias primas*. In Farneſiana Grut. pag. 628. ANTE K. DECEMBRES PRIMAS. In Genuenſi Gr. 204. v. 36. K IANVARIS SECVNDIS. Docet Ulpianus l. 41. D. *de verb. oblig.* idem fuiſſe *primis*, ac *proximis*: quapropter *ſecundae* ad ſubſequentis anni Ianuarium amandabant, tertiae ad tertii. Verſu 70. *ne quis in iis locis, inque iis porticibus quid inaedificatum, inmolitumve habeto*. Diſcimus ſolennibus verbis T. Livium uſum eſſe, cum ſcripſit, *quae in loca publica inaedificata, inmolitave privati habebant*. (lib. 39.)

In

IN ampliſſimo Oxonienſi Muſeo inſcriptiones aliquas vidi publici iuris nequaquam factas, vel quia exeſae magnopere ſunt, & detritae, vel quia nondum ad Muſeum acceſſerant, cum anno MCCLXXVI ea vulgarunt marmora viri eximii, docteque illuſtrarunt. Longiorem unam & acephalam ut exſcriberem, oculos ſummopere fatigavi. At qua prolixorum admodum verſuum plus quam dimidium, qua ſyllabae & dictiones multae evanuere prorſus. Omiſſis itaque ambiguis ac nihil dicentibus, quae interrupte verba integra expiſcatus ſum, profero. Agebatur heic de ſacro & publico aedificio. Operum Praefecti ſtipulantur; redemptores obnoxios ſtatuunt uſque dum opificia probata ſint. Mulcta imponitur ſacris miniſtris & curatoribus ni praebeant, quae debebant. Illa videntur interlucere verba, quae in alia Oxonienſi habentur ἀτέλεια ἔσω ἢ εἰσαγόμενοι, ἢ ἐξαγόμενοι· De p. 118. his in Templo ſedentibus, & in Prytaneo cognoſcere incumbebat. Venerandi Apollinis memoratur Templum; vel quod de ipſo aedificando ageretur; vel quod in illo lapidea haec tabula reponi debuerit; ut εἰς τὸ ἱερὸν inferri de Mu- vid. p. XII. ſei Veronenſis monumento conſimili iniunctum fuit. Sponſorum, Teſtium, Scribae Sacerdotibus, & Aedilibus inſervientis, Quaeſtoris Urbis nomina epigraphen claudunt.

1

. . . . εἰ δὲ μὴ . . . .
ἐπιϛάται τῶν ἔργων ἢ αὐτοὺς ἐΓγυητὰς ᾧ ἂν τρόπῳ . . . . ἐπιϛάταις τῶν ἔργων μὴ δοκῇ αὐτοῖς ποιεῖν κατὰ . . . τέλωνος . . τοῖς αὐτοῦ τέλεσιν ἕως ἂν δοκιμα . . . ἀργύειον ει . . . . . ισωσαν δὲ τὰ ἔργα ϗ διὰ . . . ἀνήλωται· ἐπειδὰν δὲ κατα . . . ευρειαν ἀπολουμένον . . . . . . οισουσιν ϗ ἀνυποδίκοις· ἐπειδὰν δὲ . . . τοῦ δαπανήματος παντὸς τὸ ἐπιδέκατον τοῦ λοιποῦ ἀργυείου ἀποδόντων . . . ἥμισυ· ἐπειδὰν δὲ τὸ τείτον μέρος ᾖ τῶν ἔργων . . . ἐπειδὰν συντελεσθῇ τὸ ἔργον, ἅπαντα δοκιμασθῇ . . . ἀποδόντων τῶν ἔργων η . ἐὰν δὲ μὴ διδῶσιν οἱ ἱεροποιοὶ ϗ ἐπιμεληταὶ . . . . ὀφειλόντων οἱ ἱεροποιοὶ ϗ οἱ ἐπιϛάται τῶν ἔργων . . τὴν ἴσιν επι . . . . . ἐργάταις ϗ σκέυεσι . ϗ ὃς δ' ἀν . . . . τειακονθημεραις . . . τὰ ἑαυτῶν πάντα ἐπὶ τῇ αὐτῇ ἀτελείᾳ . ἐπειδὰν δὲ συντελεσων . . . . . ἀποφαινέσθωσαν . . . . . δοκιμας δέκα ἡμέραις . . ϗ τὸ ἐπιδέκατον ἀποδότωσαν . . . . ἕκαϛον τῶν ἔργων . . . τὴν ἐργασίαν . . . . ἐν τῷ ἱερῷ καθίσαντες ὅτι δ' αν οὗτοι διακείνωσι . . . . χαλκων . . . . της ἐν τῷ πρυτανείῳ . . . . σεπτοῦ Απόλλωνος . . . ἐγΓυοι Ανδροξένης Δημόνου Νίκων . . μάρτυρες . . . . Ημιθάλης Αειϛοδίκου, Ολυμπιόδωρος Ελικάνδρου, Ιεροκλῆς . . . Θεόγνωτος Πατροκλέους . . . . Ευφιλήτου, Επαρχίδης Απημάντου, Αντίγονος Τιμοκράτους, Ηρακλείδης . . . Ξενομήδης Αράτου γραμματεὺς Ἱεροποιῶν ϗ Αγορανόμων, Θεόγνωτος Πατροκλέους ταμίας τῆς πόλεως, Ταξιμένης . . . Θεμιδος . . . Διοδότου ἰδιωτον Ξενοκλῆς Τληπολέμου, Δίαιτος Απολλοδώρου, Αειϛίδης Αειϛέου . . . Δημήτειος Αντιπάτρου, Ανδροκράτης Δεινοκράτους, Αειϛόθεος Τιμοθάλους, Αριϛόπαππος . . . . . Απολλόδωρος Πιϛοξένου.

2

Binas nominum columnas alia petra continet ſatis prolixas: inter ea Μάρκος, Μήλιος, Ιανουάριος, Βένιϛος, Σοφίϛικος, Κίτος, Σωσίριος, Θάλαμος, Δίσκος, Ἥδιϛος, Επιτυνχάνων.

3

ΦΙΛΟΔΗΜΟΣΣΟΦΡΟΝΥΣΚΟΥ

ΚΟΛΛΕΙΔΗΣ

Ne reputes, Atticum populum heic videre, qui Sigonii, Meurſii, Sponii, Corſinii quoque qui ceteris praeſtat, diligentiam effugerit; ſed apud ipſos χολλίδης ſcribi ſolet. In litera priore forſan oculos meos obſcurum marmor decepit.

4

ΙΟΥΛ . ΠΟΝ
ΤΑΡΧΗΣ ΤΕΙ
ΜΟΘΕΟΥ Υ
ΙΟΣ ΠΟΝΤΙ
ΚΟΣ ΣΕΒΑ
ΣΤΟΠΟΛΕΙ
ΤΗΣ

5

TI CLAVDIO DRVS . . .
CAESARI AVG GERM
PONT MAX TRIB POT
VIIII IMP XVI COS IIII
P.P CENSORI
VIC . . . . . .

I

Nel Museo di Mylord Oxford a Vimple.

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣΚΑΙΗΣΥΝΟΔΟΣΤΩΝ ΤΗΣΘΕΟΥΜΥΣΤΩΝΕΤΕΙΜΗΣΑΝ
ΚΛΑΥΔΙΑΣΑΝΤΩΝΙΑΣΣΑΒΕΙΝΑΝΠΡΟΚΛΙΑΝΗΝΚΑΙΙΟΥΛΙΑΝΗΝΑΔΕΛΦΑΣ
ΤΑΣΘΕΟΛΟΓΟΥΣΠΑΝΤΑΤΑΠΕΡΙΤΗΝΕΥΣΕΒΙΑΝ ΤΗΣ
ΘΕΟΥΚΑΙ ΤΗΝ ΤΩΝΜΥΣΤΩΝ ΕΟΡΤΗΝΕΚΤΕΝΩΣ ΠΑΡΑΣΧΟΥΣΑΣ
ΣΤΗΣΑΝΤΟΣΤΑΣ ΤΕΙΜΑΣ ΚΛ.ΑΝΤΩΝΙΟΥΛΑΜΟΥΤΟΥΠΑΤΡΟΣΑΥΤΩΝ
ΕΠΙΤΑΜΙΩΝ ΤΙ. ΚΛ ΖΗΝΩΝΟΣ ΚΑΙ Μ. ΒΑΙΒΙΟΥ. ΘΕΟΔΩΡΟΥ

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος καὶ ἡ σύνοδος τῶν τῆς Θεοῦ μυστῶν ἐτείμησαν
Κλαυδίας Ἀντωνίας Σαβεῖναν Προκλιανὴν καὶ Ἰουλιανὴν ἀδελφὰς
Τὰς Θεολόγους πάντα τὰ περὶ τὴν εὐσεβίαν τῆς
Θεοῦ καὶ τὴν τῶν μυστῶν ἑορτὴν ἐκτενῶς παρασχούσας:
Στήσαντος τὰς τειμὰς Κλ. Ἀντωνίου Λάμου τοῦ πατρὸς αὐτῶν
Ἐπὶ ταμιῶν Τι. Κλ. Ζήνωνος καὶ Μ. Βαιβίου Θεοδώρου

Senatus, & populus, & coetus sacrorum Deae cultorum honorarunt Claudias Antonias, Sabinam Proclianam, & Iulianam sorores Theologissas, quae omnia ad Deae cultum, & ad Sacerdotum celebritatem liberaliter exhibuerunt. Honores statuente Claudio Antonio Lamo earum patre, sub Quaestoribus Ti. Claudio Zenone, & M. Baebio Theodoro.

Ingens marmorea tabula coronide ornata, intra quam primus insculptus est inscriptionis versus. *Theologi* nomen, & munus in quibusdam Graecie Civitatibus monumenta, & Scriptores ostendunt. Cum sacris praeconibus sociat Lucianus in Pseudomantide: ὑπὸ Κήρυκι, καὶ Θεολόγου· cum hymnos canentibus Oxoniensis inscriptio pag. 95. Θεολόγους Ὑμνῳδούς· cum Praeturae dignitate nummi Pergamenorum apud Vaillantium. Mulieres autem ἱερεῖαι quidem, ἀρχιερεῖαι, στεφανηφόροι non infrequenter occurrunt, at Theologas nemo umquam viderat. In re nova novum verbum latine vertens adhibui. *Theologum* reperi Museum Oxoniense perlustrans in praeclara inscriptione, quam Sponius eo verbo decur-
Voi. t. 3. pag. 196. tatam dedit, sic enim se habent quinque versus priores in lapide:

ΟΙΕΦΗΒΕΥΣΑΝΤΕΣΕΝΤΩΙΕΠΙ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΑ....
ΑΡΧΟΝΤΟΣΕΝΙΑΥΓΩΙΠΑΙ
ΔΟΤΡΙΒΟΥΝΤΩΝΘΕΑΓΕΝ....
ΘΕΟΛΟΓΟΥ...ΙΡΗΝΑΙΟΥ &c.

Proxima huic est, quam idem Sponius verbis
Voi. t. 3. pag 155. ΔΙΟΔΟΤΟΥ, & ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΟΝΤΟΣ in versu quarto mutilavit. Non desiderantur quidem huiusmodi lapsus apud Sponium: nihilominus aegre fero, cum tam asperis obiurgatio-
V.Pal. Gr. p. 147. nibus a Fabretto praesertim, & a P. Montfauconio impetitum video hominem de re lapidaria Graeca summopere benemeritum.

2

ΝΕΙΚΟΜΗΔΗΣ
ΝΕΙΚΟΜΗΔΟΥ...
ΤΑΜΙΕΥΣΑΣ
ΑΝΕΘΗΚΕΝΕΚΤΩΝ
ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥΣΤΟ
ΩΝΤΑΤΡΙΑΘΩΡΑΚΙ
ΑΣΥΝΤΟΙΣΒΑΘΡΟΙΣΕΞ
ΚΑΙΠΡΟΣΤΩΚΥΑΘΩ
ΑΛΛΑΒΑΘΡΑ ΕΠΤΑ

Νεικομήδης Νεικομήδου ταμιεύσας ἀνέθηκεν ἐκ τῶν Ἀπολλοδώρου στοῶν τὰ τρία θωράκια σὺν τοῖς βάθροις ἕξ, καὶ πρὸς τῷ κυάθῳ ἄλλα βάθρα ἑπτά

Nicomedes Nicomedis quaesturam gerens dicavit in Apollodori porticibus tres hos thoraces cum subselliis sex, & iuxta Cyathum alia subsellia septem.

Βάθρα δύο cum thuribulo obtulit Eutyches quoque apud Fabrettum pag. 746. *Cyathus* quid fortasse marmoreum erat, erectum in ornatum loci. Vel Cyathi pueri erat icon ab Hercule occisi, in cuius facti memoriam Phliasii simulacra statuerant *Cyathi poculum Herculi porrigentis*: κύλικα ὀρέγοντα Ἡρακλεῖ τὸν Κύαθον· Pausanias in Corinthiacis.

... ΤΡΑ-

In eodem loco omnes .

1

. . . . . ΤΡΑΙΑΝΟΥ
ΥΔΑΤΟΣΑΠΟΚΑ
ΤΑΣΤΑΘΕΝΤΟΣ
ΥΠΟ ΒΑΙΒΙΟΥ
ΤΟΥΛΛΟΥ
ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ

2

ΟΔΗΜΟΣ
ΛΛΟΔΙΚΗΝ ΑΡΤΕΜΩ
ΝΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΔΕ
ΓΥΝΑΙΚΑ

3

Ο ΔΗΜΟΣ
ΝΑΝΝΙΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ
ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ ΔΕ ΓΥΝΑΙΚΑ

4

СЕΚΟΥΝΔΑ
ΠΑΠΙΟΥΖΩ
САΦΡΟΝΟΥСА
ΤΟΜΝΗΜΕΙΟΝ
ΚΑΤΕСΚΕΥΑ
СΕΝΕΑΥΤΗΚΑΙ
ΤΟΙС ΤΕΚΝΟΙС

5

ΕΣΠΕΡΟΣΕΣΠΕΡΟΥ
ΟΚΑΛΟΥΜΕΝΟΣ ΕΠΕΡΑ
ΣΤΟΣΖΩΝΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕ
ΤΟΜΝΗΜΕΙΟΝΣΥΝΤΗΕΠΙ
ΚΕΙΜΕΝΗΣΟΡΩΕΑΥΤΩΚΑΙ
ΖΩΣΙΜΩΤΩΚΑΤΟΙΧΟΜΕΝΩ
ΚΑΙΤΥΡΑΝΝΙΩ ΤΗΑΔΕΛΦΗ
ΚΑΙ ΤΟΙΣΙΔΙΟΙΣ

6

ΤΕΛΕΣΦΟΡΟΣΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΔΟΥΛΟΣΙΟΥΛΙΑΝΟΣ ΕΑΥΤΩ
ΖΩΝΚΑΙΚΛ ΟΛΥΜΠΙΑΔΙΚΑΙΟΥ
ΑΛΕΡΙΟΙΣΦΛΑΟΥΙΑΝΩΚΑΙΣΕ
ΚΟΥΝΔΩΤΟΙΣ ΤΕΚΝΟΙΣΑΥΤΗΣ
ΖΩΣΙΚΑΙΑΛΒΑΝΙΑΒΙΚΤΩΡΕΙΝΗ
Θ.ΚΑΙΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΙΣΚΑΙΔΟΥ
ΛΟΙΣ ΤΟΙΣΠΡΟΣΗΚΟΥΣΙΝΑΥΤΩ
ΠΑΣΙ ΤΟΜΝΗΜΕΙΟΝ ΚΑΘΩΣΙΩ
ΣΕΕΠΙ ΤΩΥΠΟΜΗΔΕΝΟΣΠΩΠΟ
ΤΕΕΞΑΛΛΟΤΡΙΩΘΗΝΑΙΤΑΥΤΗΣ
ΤΗΣΕΠΙΓΡΑΦΗΣΤΟΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝ
ΕΙΣΤΑΑΡΧΕΙΑΤΑΕΝΣΜΥΡΝΗΑ
ΠΕΤΕΘΗ

7

. . . .
. . . . ΜΟΣΘΕΝΙΔΙ . . . ΑΝΟΥ . . . .
ΡΟΥΚΑΙΤΟΙΣΤΕΚΝΟΙΣΑΙΣΧΙΝΗΚΑΙΑΠΦΙΩΚΑ
ΙΤΟΙΣΕΚΓΟΝΟΙΣΜΗΔΕΝΟΣΕΤΕΡΟΥΕΧΟΝΤΟΣ
ΕΞΟΥΣΙΑΝΕΙΣΑΥΤΟΜΗΤΕΑΠΑΛΛΟΤΡΙΩΣΑΙΤΟ
ΜΝΗΜΕΙΟΝΜΗΤΕΚΗΔΕΥΣΑΙΤΙΝΑΕΙΣΑΥΤΟΤΩ
ΝΜΗΠΡΟΣΕΚΟΝΤΩΝΕΑΝΔΕΤΙΣΑΠΑΛΛΟΤΡΙΩΣΗ
ΑΥΤΟΗΥΠΕΝΑΝΤΙΟΝΤΙΠΟΙΗΣΗΤΩΝΠΡΟΓΕΓΡΑΜΜΕΝ
ΩΝΥΠΟΔΙΚΟΣΕΣΤΩΕΙΣΤΟΝΤΟΥΚΥΡΙΟΥΦΙΣΚΟΝΔΕΝΑΡΙΟΙΣΧΕΙ
ΛΙΟΙΣΠΕΝΤΑΚΟΣΙΟΙΣΤΟΥΤΟΥΤΟΥΤΙΤΛΟΥΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝ
ΑΠΕΤΕΘΗΕΙΣΤΟΑΡΧΕΙΟΝ

Ibi-

Ibidem.

1

ΠΟΠΕΤΡΩΝΙΟΣΣΕ
ΚΟΥΝΔΟΣ ΤΟΜΝΗΜΕΙ
ΟΝΕΑΥΤΩΚΑΙΓΥΝΑΙΚΙ
ΚΑΙΤΕΚΝΟΙΣ ΠΟΠΕΤΡΩ
ΝΙΟΣΑΧΑΙΚΟΣΤΕΙΜΗ
ΘΕΙΣΨΗΦΙΣΜΑΣΙΝΚΑΙ
ΣΤΕΦΑΝΩΘΕΙΣΧΡΥΣΕ
ΩΣΤΕΦΑΝΩΥΠΟΓΕΡΟΥ
ΣΙΑΣ ΝΕΩΝΜΙΜΝΕΡΜΕΙΟΥ
ΠΑΙΔΕΥΤΩΝ ΣΥΝΟΔΟΥ
ΑΧΑΙΚΕ ΧΑΙΡΕ

2

Tres arculae marmoreae ornatissimae.

3

D M
C.IVLIO.NATALI
C.IVLIVS.NATALIS
PATRI.OPTIMO.ET
LETORIA.CHARIS
CONIVGI.FECETVNT

4

P.VIBIVS
PP.L
DAPHNVS

5

DIIS MANIB
RVSTIAE.C.F
PRISCILLAE
VIX.ANN.XXX

Plures alias ex hoc Museo afferre possem, sed spurias omisi, quarum aliquot ex Kempiana praesertim collectione accesserant.

6

Londini in Museo celeberrimi Dom. Hans Sloane.

GALLIA.ME.GENVIT.NOMEN.MIHI.DIVITIS.VNDAE
CONCHA.DEDIT.FORMAE.NOMINIS.APTVS.HONOS
DOCTA.PER.INCERTAS.AVDAX.DISCVRRERE.SILVAS
COLLIBVS.HIRSVTAS.ATQVE.AGITARE.FERAS
NON.GRAVIBVS.VINCLIS.VMQVAM.CONSVETA.TENERI
VERBERA.NEC.NIVEO.CORPORE.SAEVA.PATI
MOLLI.NAMQVE.SINV.DOMINI.DOMINAEQVE.IACEBAM
ET.NORAM.IN.STRATO.LASSA.CVBARE.TORO
ET.PLVS.QVAM.LICVIT.MVTO.CANIS.ORE.LOQVEBAR
NVLLI.LATRATVS.PERTIMVERE.MEOS
SED.IAM.FATA.SVBII.PARTV.IACTATA.SINISTRO
QVAM.NVNC.SVB.PARVO.MARMORE.TERRA.TEGET

Dis

Ibidem.

1

DIS MANIBVS
VLPIAE PAEZVSAE
FECIT
M.VLPIVS AVG LIB RVFIO
sic LIBERT CONIVGI CASTISSIMA
BENE MERENTI V.A.XXV.M.V
D.IIII. HIC SITA EST. LON.P.VIII.LAT.IIII

2

SALLVSTIA Q.L. IMPERATA OPSTETRIX
Q.SALLVSTIVS Q.L.ARTIMIDORVS
P

3

D M S
SALVTARI.V. A.XIII.M.VIII
T.FLAVIVS FORTVNATVS
VERNAE SVO FECIT ET
VICTORINAE MATRI EIVS
V.A.XXXXI

4

D M
P.AELIVS AVG.LIB
TELESPHOR.SILENTIA
RIVS FECIT SIBI ET AELIAE
FORTVNATAE.LIB.KARISSI
MAE.ET P. AELIO.TELESPHORO
FIL.ET NAEVIAE.TYCHE.CON
IVGI.SANCTISSIMAE.ET NAEVIO
TELESPHORO.FIL.ET NAEVIO
SVCCESSO.FILIASTRO.ET P.AELIO
FELICI ET LIB.LIB.POSTERQ.EOR

5

In Museo celeberrimi Dom. Richardi Mead.

P SERVILIO
MARTIALI
POSVIT FORTVNATVS
PATRONO SVO B M

6

D.M.VALERIAE
SYMPHERVSAE
C.GORGONIVS
LVPVS
CONIVGI
OPTIMAE
B.M.FEC

Urnae ornatissimae.

7

In Museo Dom. Halifax.

IMP.CAES....
L.AVRE.....
VERO.A.....
DIVI ANTONI.....
DIVI HADRIAN.....
PRONEPOTI.....
NERVAE ABN.....
TRIB POTEST.CO..
NEGOTIAN.....
VASCVLAR.....

8

In villa Southampton.

DIIS.MA
MYSTIL.VOLVSI
SATVRNINI.SER
VOLVSIA.IRENE ET
DORIO FILIO
VIXIT.AN.XV.M.VI
PERMISV Q.N

9

In oppido Lanchester.

NVM.AVG.ET
GEN.COH.II
VARDVLORVM
C.R.EQ.M.SVB.AN
TISTIO.ADVEN
TO.LEG.AVG.PR.PR
.......TIANVS.TRIB
....

CL. Alexander Gordonius, cui me debitorem profiteor, quod opellam meam de Amphitheatro Anglice versam ediderit, Angliae Itinerarium Septentrionale materna lingua elucubravit, Romanis titulis antea non agnitis refertum, atque illustratum. Ex iis quae consequuntur selegi.

1

DIS DEABVSQ
P. POSTVMIVS
ACILIANVS
PRAEF
COH. Ī. DELM

2

I. O. M
COH. Ī. HIS
CVI. PRAE
M. MAENI
VS. AGRIP
TRIBV
POS

3

I. O. M
C. CABAL
PRISCVS
TRIBVNVS

4

PRO. SA . . . . .
ANTONINI AVG. PII
PAVLVS. P. F. PALATINA
POSTVMIVS ACILIANVS
PRAEF. COH. Ī. DELMATAR

5

I. O. M
COH. IIII
GALLORVM
C. P. VOLCA . .
VS. HOSPES
PRAEF. EQ

6

IOVI AVG
M. CENSORIVS
M. FIL. VOLTINIA
CORNELIANVS 7 LEG
. X FRETENSIS PRAE
FECTVS COH Ī
HISP EX PROVINCIA
NARBONE DOMO
NEMA. V. SOL. L. M

7

HERCVLI
COH. Ī. TVNGROR
MIL
CVI. PRAEEST. P. AE
MODESTVS. PRAEF

8

DEO. SANCT. M
ARTI. VENVSTIN
VS. LVPVS. V. S. L. M

9

. . . . SOLI
INVICTO
SEX. SEVE
RVS. SA
LVATOR
. . . L M

10

DEO
MARTI. QVIN
FLORIVS. MA
TERNVS. PRAEF
COH. I. TVNG
V. S. L. M

11

IMP. C. AELIO
HADRIANO. ANTO
NINO. AVG. P. P
VEX. LEG. VI. VIG
PF. OPVS. VALLI
PP ⊗⊗⊗⊗ CXLI

12

IMP. CAES. TITO. AELIO
HADRIANO. ANTONINO
AVG. PIO. P. P. LEG. II. AVG
PER. M. P. IIIDCLXVI

13

IMP. C
T. AE. HADRIA
NO. ANTONINO. AVG. PIO. P. P
VEX
LEG XX
VVFE
P. IIII. CDXI

14

IMP. ANTON
AVG. PIO
P P
LEG
II
AVG
F. P. IIICCLXXI

15

. . . .
AVG. PRO. SALVTE. IMP
CAESARIS. T. AELI. HADR
ANTONINI. AVG. PII. P. P
ET. LEG. II. AVG
M. LIBVRNIVS. FRON
TO. 7. LEG. EIVSDEM
V. S. L. M

Diis

1

D I I S . M A N I B V S
A M M O N I V S . D A
M I O N I S . 7 . C O H
I . H I S P A N O R V M
S T I P E N D I O R V M
X X V I I . H E R E D E S
F . C

2

. . . .
E T . N V M I N I B V S . A V G
C O H . T V N G R O
C V I . P R A E E S T . Q . I V L I V S
. . . .

Brevium titulorum e Romanis columbariis eductorum magnam congeriem Londinum adtulit propola quidam. Percurri singulos apud Dom. Io: Bonium, atque hos selegi.

3

D M
C V R I T I A E
S E C V N D A E
T I . C L A V D I V S
G O R G I A S C O
N I V G I . B . M . P O S V I T

4

S T A C T E A C V T I
M A T E R . V . A . X X X

5

D I S M A N
L C O R N E L I O F E L I C I
I V L I A . T Y C H E . F E C I T
C O N I V G I . B . M . P E R M I S S
L . V E N V L E I A C V T I

6

M . A B E N N A . M . F
E V P H E M V S V I X I T
A N N I S I I I I

7

M . A E M I L I V S
S P . F . C O L

8

C A C V R I A
C E R I A L I S
V I X I T A N N X V I

9

D M
D . A E L I V S
P A R T H E N O P E V S
A G I L I . S V O B . M
F E C I T

10

T V R R I A L L
A M M I A P I A
H I C S I T A E S T

11

D M
QVINTE. LIBERT.Q.V.A. XXII
GARELLANA LENTINA
PATRONA BENE MERENT
FECIT

12

EGNATIA C . F. MAXIMA
Q . TEMPSONIVS Q . F. VOT

13

M . TITI . M . L . PHILEROTIS
FLAVIAI . L . L . AVGENI

14

L . A E L I V S
Q V A R T I O
V . A . X V
A E L I A . I V C V N D A

15

D O M I T I A . P R O P O S I S
V I X . A N . X V I I I

16

D M
C . A P P V L E I O . M E T R O
B I O . V I X I T
A N N . X V I I I . M . I I
A P P V L E I A . H E L I C O
N I S . F I L I O . K A R I S S . F

17

D I S M A N I B V S
C . I V L . H E R M A S L V C A N O
E P I O V I X . A N N . X I I X
EX PERMISSV L . SAETVRNI TATES

 D . M . S

1

D M S
MEMORIAE
FIRMIANI.F
T.FLABIVS.TER
MINALIS.AMATOR

2

C.TRAVS.PVDENS
ET ASIATICVS.ET
CAESIA.VENERIA.COIVN
ET.TRAVSIA.FORTVNATA.F
PROTECTVM.ANTE.OLLARIA
SVA.IMPENSA.DIS.MANIbVS.FECER

3

C.APPIENVS.Ↄ.L
LYSIMACHVS

4

A.SEXTIVS.Ↄ.L
SELEVCVS
ET.SELEVCIS.F

5

P.STENIVS	PLOSVRNIA
RVFVS	T.L.SALVILLA

6

D . M
C.POPILIVS.FILV
MENVS.COMPA
RABIT.SIB.ET
AVRELIAE
ALEXANDRIAE
CVM.SVIS

7

D . M
FIRMVS.V
ANNIS
XLI.D.VI
AGATHEMER
AMIC.B.M.F

8

TITIENIAE.P.L.PI...
P.TITIENVS.Ↄ.L.HY...
FECIT.ET.SIB...

9

L.AVLIENVS PRIMVS
AVLIENA VENERIA
LIBERTA EIVS

10

SEPTIMIVS	C IVLIO
TI IVLIO	ROMVLO
AGATOPODI	FRATRI
PATRI ET	

11

Μ.ΑΛΕΞΑΝΔΡΩ
ΒΙΩCΑΝΤΙΕΤΗ Μ̄
Μ Ᾱ ΗΜ Γ̄ Ψ Ζ̄ ΚΑ
ΗΛΙΟΝΗ ΒΙΩCΑCΗ
ΕΤΗ ΛΕ̄ Μ Ᾱ ΗΜ Γ̄
ΚΑΤΕCΚΕΥΑCΑΝ
ΤΟΜΝΗΜΑΜΝΕΙ
ΑCΧΑΡΙΝΤΑΤΕ
ΚΝΑΑΥΤΩΝΕΚ
ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ

12

ΚΥΡΙΑΚΟC ΧΡΕΙC
ΤΟΥΔΟΥΛΟC
ΑΓΝΟΝΠΑΙΔΙ
ΟΝΕΝΘΑΔΕΚΕΙΤΕ
ΜΝΗCΚΟΜΕΝΟΙΓΟΝΕΙCΔΙΟΝΥ
CΙΟCΚΑΙΖΩCΙΜΗΤΕΚΝΩΝΓΛΥ
ΚΥΤΑΤΩΝ ΕΠΟΙΗCΑΜΕΝ

Dunelmi in Britannia.

13

L E G
XX.V.V
FEC

In corona quernea, quam duae Victoriae tenent.

In

In villa domini Papenbroek V. Cl. ab Amſteledamo leucis duabus, LX circiter Latinae, & Graecae inſcriptiones ſpectantur. Ex iis ineditas alias plures afferre poſſem, ſed recentiori ſcalpro effictas veterator aliquis lucro inhians illuc non paucas tranſmiſit, & anaglypha quoque ementita.

I

. . . .	COS AQVARVM ET M . . . .
. . . RIO CVRATORI VIAE	ELECTO AD IVDICAND SACR . . .
. . . ET ALIMENTORVM	RECTORI ITALIAE REG TR
. . REI.PVBLICAE AECLANENSIVM	CVRATORI COLONIAR SPL . . .
. . OCRICVLANORVM	LVGDVNENSIVM CAM . . . . .
. . PROVINCIAE ASIAE	CALENOR XII VIR ROM . . . .
. . . ARIO.Q.K.FLAMINI	. . . .

2

DEAE
NEHALENI
AE.T.FLAVIVS
FORTVNA
LIS

3

DEAE
NEHALENIAE
AMMACIVS
HVCLIO.V.S.L.M

4

D M
CLAVDIAE
SVCCESSAE
VIX.ANN.XXXVI
MENS.V.DIEB.XV
TI.CLAVDIVS.BLASTVS
LIB.SVAE ET CONIVGI B.M

5

DIS MANIBVS
LAVRO
P.CAVCILI CELERIS
VERN.VIX.ANN.XIII.M.III
CAVCILIA COMPSE MATER
FILIO DVLCISSIMO

6

D M
CL.CASTA
CONIVGI SVO CAR
FEC.VIXIT.ANNOS
XXXIII.MENS.II

7

D M
D.HATERIVS FAMVLVS
FECIT SIBI ET
POLLENTIAE PRIMIGENIAE
CONIVGI SVAE

8

DIS M
C.LORANI.GLYGO
NIS.LORANIA
STACTE.FILIO.PIISSIM

9

D M S
TI.CLAVDIO.PAPAE
FECIT
CLAVDIA.CYPARE
CONIVGI SVO B M

1

DIS MAN
L.IVLIO VOGVSIO
NATIONE FRIS
FECIT NAEVIA FORTVNATA
CONIVGI INCOMPARABILI
CVM.QVO.VIX.AN.XIX

2

D M
CN.POL
LI SABINIA
NI.Q.VIX.AN
XXIIII.DIES
XXIIII.POL
LIA.FORTV
NATA.MI
SERA.MA
TER FECIT

3

DIIS MANIBVS
Q.FLORIO TERENTIN.QVINTIO
BAEBIA THAIS CONIVGI
SVO CARISSIMO BENEMERENTI
ET PIISSIMO DE SVO FECIT

4

D M
C.SERVENI
VS.ARTEMID
ORVS.VALERI
AE.PHILIPPI
NAE.CONIVGI.BE
NEMERENTI.FECIT
CVM QVA.VIX
ANIS.VI

5

D . M
SVRIAE.MYRTIDI
P.LABERIVS
ABASCANTVS
CONIVGI.B.M.P
ET.SIBI.ET SVIS
POSTERISQ.EORVM
LONG.P.X.LAT.P.III

6

. . . .
TIBVTINAE FILIAE DVLCI
SSIME POSVIT OBIIT IDIBVS
☧ IVN.VIX.AN.XXI.M.II.D.V.☧

Extra urbem Ultraiectum prope Maillebaan in domo rustica.

7

MINGONIVS M.F
MARCELLVS.T.F.I
SIBI.ET.AGISIACAE
ET.LVCILIAE.VXSO

Supra, & infra haec lectu difficilia verba viri, & mulieris repetitae protomae.

Magontiaci in propugnaculo S. Iosephi.

8

ADBOGIVS COI
NAGI F.NA.PETR
VCORIVS.EQ.AL
...SONIS AN
XXIIX.STI.X
HIC SITVS EST
EX TESTAMEN
TO.LIBERTVS
FECIT

Ibidem.

9

L ANTEST
IVS C F VET
PLAC MIL
LEG XVI AN
XXVI STI II
H S E T ANTE
STIVS FRATE
POSVIT

Ibi-

Ibidem.

1

SEX . NAEVIVS
SEX . F . TROM
AQVIS . MILES
LEG . XIIII . GEMI
NAE ANN . XXXV
STIPNDIA XI
H S E
sic T . LICINIVS . IXS
TESTAMENTI FO
RMVLA POSIT

In propugnaculo S. Francisci.

2

...... AVOR VETERANVS L . XX .....
DVPLARIVS QVI VINXIT AN.LXVII CIVES T..
CONIVX EIIVS ET POTENTINVS VICTOR
OPTIO. L.G.XXII. PR.P.F. FAVORIVS VALENTINVS ET MA
TER EORVM EREDES F . C

Ibidem.

3

CVSESSVG
ENI . F . REGVS . EX
CHO . RAET . ET VIN
ANNOR XL STIP
XX . H . S . E

In alio propugnaculo.

4

M . BRAETIVS
M . F . STEL . TAVR
MIL . LEG . XIII
GEM . AN . XXXV
STIP . XIII . H . S . E
EX TESTAM

Ibidem.

5

SECVNDVS
METILIVS . M
F . STL . TAV . MIL
LEG . XIV . GEM
ANNO . XXX
STIP . VII . H . S . E
AMICI . POS

In moenibus.

6

LEG . I . AD
> . D . IVNI . VE
RECVNDI

7

LEG . I . ADIVTR
> . DOMITI
PRISCI

In fossa propugnaculi S. Albani.

8

....
.... LEG . XIII . GEM
... II . PRIM . P . F
... R . STIP . XLV
... AN . LXX

Ibidem.

9

....
.... NGVL . MISS ....
.. MISSIONE SEVERI VRSVS
SERVANDVS FABRICIVS FILI
... HEREDES PATRI PIENTISSIMO

Ibidem.

10

... TRISTE SEPVL ...
... IQVE DOLENDA ...
... MISERE DAPES ...
... SEPVLCRO ...
....

In propugnaculo.

11

C . VIBIVS
C . F
VOLTI . LVCO
ANO . XXVI
H . S . E
FRATRES
POS......

12

SIBBAEVS . ERON
IS . F . TVBICEN . EX
COHORTE . I
ITVRAEORVM
MILES . ANN . XXV
STIPENDIORVM
VIII . H . S . E

Hanc non ut alias e lapide exscripsi, sed ex optimis schedis hausi in urbe Moguntina.

Ce-

Celeiae.

1

ENNIAE . M . F
VERAE
DECRET . DECVRION
PVBLICE . OB
SINGVLAREM EIVS
PVDICITIAM
MASCVLINIVS
. . . . . VPVS
. . . .

2

. . . .
. . MILIA . . . .
. . RVM EX HISPAN. . .
. . TINGITAN TRIB . . .
. . GALLORVM . . .
. . PVBLIC . . .

3

. . . .
MISSORVM MO . . .
LEG . XXX V V . PR . . .
TRIBVN
. . . .

In hoc oppido ſtatuae coloſſeae caput, & pes ſuperſunt naturali magnitudine triplicata.

Labaci.

4

HERCVLI . AVG . SACR
L . CLODIVS . C . F . VEL
ALPINVS
C . CLODIVS . L . F . CLA
CLEMENS
D . D

5

IMP . CAES . C . AVR . VAL
DIOCLETIANO
P . F . INV . AVG . ET
IMP . CAES . M . AVR . VAL
MAXIMIANO . P . F . IN
AVG . ET FL . VAL
CONSTANTI......
GAL . VAL . MAXIMIA
N . . NOBILIS . CAES
V

6

L . CANTIVS . L . F
VEL
PROCVLVS
V . F . SIBI . ET
L . CANTIO L . L
PROBATO PATR
CANTIAE L . L
CIRRATAE MATR

7

D M S
CATTIVS
SECVNDVS . V . F
SIBI ET COIIVGI
SVAE FILIO
AVITO ⊖ . AN . XV
AVITA SVCESSI ⊖
AN . XX . AVITVS . . .
AICONI ⊖ . AN . LXXXV
ET OSTILA TERTIOLI . F
⊖ . AN . XV

8

Q . CLATIVS TAR
QVINIENSIS VET
LEG . XV . H . S . E
T . CALVENTIVS
T . F . VET . LEG . VII
ET OCLATIA . L . L
EXPECTATA . DE
SVO POSVERVNT

9

SEVERINVS
VALENTIS . F . VIVS
ET PARENTIBVS
VALENTI . ET . QVARTAE

10

HAVE HAVE
NATESIA
ET VALE
AETERNOM
TI . G . CONS
P . C

Vol

1

VOLTARONTI
VRBANI.F.VIVA
FECIT.SIBI.ETRVS
TICO SECCONIS
COIVGI.SVO ⊖
AN.LXXXX.ET
MAXVMA ⊖.AN
XXV

2

OPPALO
FIRMI.F.⊖
AN.L.ET.COPRE
CAE.BVIONIS
F.VIVA.....
ET FL.SECVNDVS
⊖.AN.V.ET SEVERA
ANTONI.FI.⊖.AN...

3

SECCON.NAM
MONIS.AN.L.⊖
ET RECE.TERTI.F
⊖.AN.XL.ET RVSTI
CO SECCONIS.F
⊖.ANN.XX.ET MANVNTI
AVIE AN.C.QVIN
TVS ET ENIGNVS.V...

4

..AENINNAEV...
TRECIS F
...VLIO SENNI...
VXORI SVA....
SIBI.V.F
VOLTARONTI V...TRE
CIS.SORORIS...
ET SIBI.V.F

5

D M
AVR.AV
TI.⊖.AN
LXX

In Tirolensi provincia ad Arcem Maretses.

6

TI.CLAVDIVS CAESAR
AVGVSTVS GERM
PONT.MAX.TRIB.POTEST
COS.DESIG.IIII.IMP.XI.PP
..AM CLAVDIAM AVGVSTAM
QVAM DRVSVS CAESAR PRIVS
....PATEFACTIS ITER EX...
.....FLVMINE.....

In Amrathi Castro.

7

IMP
CAESARI.L.SEPT.SEVERO
PIO.PERTINACI.AVG
ARABICO.ADIABE.PARTH
ICO.MAXIMO.PONTIF....
MAXIMO.TRIB.POT...
IIII.IMP....COS...
PROCOS.ET IMP.CAES
MARCO AVREL.ANTO
NINO AVG.TRIB.POT
AB AVG.MILL.P
CXV

Prope montem Brenner ad telonium Lueg.

8

IMP.CAES.......
....
MINO PIO FELICI
INVICTO AVG.P.M
TRIB.POTEST.COS
PP.ET C.IVL.VERO
.......NOBI
LISSIMO CAES
AB AVG.M.P.CXXX

Secundo ab Agunto lapide columna.

1

IMP
CAES
MAR
ANTONIVS
GORDIAN
VS
XXX

Tertio a Bausano lapide Aenipontum versus.

2

IMP . CAES
M . AVR . . . . VAL
MAXENTIO
P . F . INVICTO
. . . AVG . . . . .

In Amrathi Castro.

3

. . . .
. . . IVLIANO
FELICI.AVG
PONTIFICI.MAX
. . . IMP . . . .
CONSVLI. IIII
PATRI.PATRIAE
BONO REIPVBLIC . N
..AVG.M.P.XXX

In Arce Schvvanburg.

4

T . F . I
M . BETVTIVS
M . LIB
FIRMINVS
VI . VIR . AVG

In Oppido Sterling.

5

V . F
POSTHVMIA
VICTORINA
TI.CLAVDIO.RAE
TICIANO.GENE
RO . PIISSIMO

In Arce Knillemberg.

6

IN H . D . D . SANC . DIANAE
ARAM CVM SIGNO AETETVS
AVGG.NN.LIB.PP.STAT.M...IENS
XXXX.GALL.DEDIC.ID.AVG
PRAESENTE I . COS

7



Vnio Augusti Libertus & Aelia Secundina Puero dulcissimo fecerunt.

QUadragesimam Tacitus, Svetonius, Galbae nummi memorant. Quintilianus *praeter instrumenta itineris res omnes Quadragesimam publicano debuisse*, tradit. *Quadragesimae portorium* appellat Symmachus. At de Quadragesima Galliarum nulla apud quemquam, quod quidem meminerim, mentio est. Quod auctores silent, loquuntur marmora; praemissa haec duo praecipue, quae stationes quoque portorium id exigentium designant. Primum ex his nuper edidit eruditus, & optimis studiis impense deditus Antonius Roschmann, Caesareus Aeniponti Bibliothecarius, in Vita S. Valentini Germanice conscripta. Quadragesima Galliis, ut coniicio, antea quam exteris provinciis imposita, *Quadragesimae Galliarum* nomen in aliis etiam quibusdam retinuit: hinc eius stationem unam in Rhaetia fuisse, inscriptio docere videtur in Rhaetia reperta. M ... IENS fortasse Theodosianae tabulae Matreienses denotat: vel denotat eiusdem

eiusdem Magienses, qui Rheni accolae ad Galliam Helveticam iam pertinebant. Magia quidem a loco reperti marmoris valde distabat, sed quid obstat, quo minus illi stationi qui Praepositus esset, vel aliquando fuisset, in Rhaetiam venerit, ibique decesserit? Placidi *ex Statione* Misc.p. *Quadragesimae Galliarum* funereum cippum vidit 217. Sponius Romae. *Quadragesimam Galliarum* memorat etiam Kempiana inscriptio, quamvis in 893.8. Novo Thesauro *Galatiae* explicetur. At de Rhaetica nostra non deerunt qui suspicentur, ob insuetam omnino formulam I. COS. neque enim Consulatui primo numerus apponebatur: sed versus quattuor solidi extra omnem aleam sunt, & puriorem redolent antiquitatem. Quinto scabrities lapidis forsitan obfuit, alterumque I occulit, ita ut legi debeat *Praesente II*, ut in Sponiana p. 352. Praesentem autem nostrum illum esse opinor, de quo Lampridius in Commodo, *Praesente iterum Consule*: nam utrobique nominatur sine collega, cuius memoria iniquissime damnata fuerat: vide Casaubonum ad Hist. Aug. Optimum ergo monumentum protulit illustris Veldidena illustrata Roschmannius, qui etiam praecedentes Rhaeticas nondum vulgatas misit humanissime. De egregia inscriptione altera recenter eruta, & a Cl. Io. Hagenbuchio vulgata, nihil attinet dicere, quoniam illam uberius, & fusius explanavit idem, & exornavit. Compendia optime interpretatus est, *Praepositus Stationis Turicensis Quadragesimae Galliarum*. In nominibus *Turicum*, & *Tigurum* eadem transpositio, ac literarum permutatio obvenit, quam Ist Ver. l. 5. obvenisse aliquando animadverti in *Caralis* & *Cagliari*, *Ilerda* & *Lerida*, *Voberna* & *Bovarna*, *Vardagum* & *Gavardum*.

ANno MDCCXXVI, eximii Auctoris P. Francisci Ximenez ex Ordine Redemptionis captivorum nomine, oblatus mihi fuit libellus Hispanice eiusdem manu non multo ante conscriptus, in quo erudite exarata descriptio habetur antiquitatum Romanarum, quae in Tunetano regno, temporis, & barbarorum iniuriis superatis, adhuc supersunt. Inscriptiones praecipue, inter quas magni pretii, ut mox videbis, plurimae, ex ipsis marmoribus diligenter transcriptae, in eo recensentur, ineditae tunc omnes, & numquam agnitae. Post annos decem Oxonium cum me contulissem, Thomam Shavium, doctum, atque humanissimum virum, qui diutius in Africa commoratus erat, conveni. Ad peregrinationem suam Anglice expositam in publicum bonum vulgandam, is tunc admovebat manum titulo *Travels* &c. Inscriptiones cum percurrerem, plures inveni in Hispanico etiam libello relatas, & cum omnino concordare observarem, certissimam veritatis notam deprehendisse, gavisus sum. Caeterum mira est, ex P. Ximenez praesertim testimonio, Templorum, Arcuum, Theatrorum in eo tractu copia. Plura quidem ex his aedificiis non ita diruta, ut magnificentiae, & artis etiamnum documenta non praebeant. Mirum praesertim est, Amphitheatrum ibi subsistere Romano neutiquam minus; nam fornicibus seu portis LXXX constat, cum Romanum quoque nequaquam plures habuerit quam LXXX. Veronense, quod post Romanum quaecumque alia excessisse credebatur, LXX habuit, Nemausense LX. Puteus in areae medio est, ut in Veronensi.

Loci plures in libello nominantur, quos tenebant *los Moros Andaluces* ab Hispania anno MDCX expulsi. Titulos aliquot vidit, quos exscribere non licuit, vel quia nimis alte siti, vel quia iacentibus, & inversis columnis obtecti, vel quia positi, quo Christianis ingredi non permittitur. Graecas conspexit unam & alteram, Punicas etiam aliquas. Punicam prolixam teneo e Ms libello a Thoma *d'Arcos* lucubrato arreptam, sed literarum formis quis fidere velit? Singulare est, in pluribus ex iis, quos heic exero, lapidibus figuras quasdam, maxime ad latera, conspici; puta nucis pineae, cornus, rosae, & consimilium, quas *blasones* auctor noster vocat. Fragmenta plurima omisi.

Epigraphen praemitto aliunde advectam, quam eruditus Pater Petrus a Mantua e S. Francisci Reformatis, qui in Aegypto diutius vixit, (nunc vero e Macao dulcissimas ad me literas mittit) obtulit. Nigro, & maximo marmori credita est, prope oppidum Manfelouth, a Cairo leucis LXX in meridiem, muro infixa Ecclesiae vetustissimae S. Victoris Aegyptiaci, quam hodie Copti tenent.

IOVI HERCVLI VICTORIAE
IMPERATOR. CAESAR. CAIVS. AVRELIVS. VALERIVS. DIOCLETIANVS. PIVS
FELIX. INVIC. AVG. PONT. MAX. GERM. MAX. TRIB. POT. V. COS. III. PROCOS. ET
IMPERATOR. CAESAR. MARCVS. AVRELIVS. VALERIVS. MAXIMINVS. PIVS
FELIX. INVIC. AVG. PONT. MAX. GERM. MAX. TRIB. POT. III. COS. II. PP. PROCOS
INVICTISSIMI. PRINCIPES. NN. TOTIVS. ORBIS. RESTITVTORES
CASTRA. COHORTIS. I. AVG. PRAET. LVSITANORVM
PROVIDENTIA. SVAE. MAIESTATIS. EXTRVCTA. DEDICAVERVNT

In oppido Taberfoc initio Numidiae.

1

NEPTVNO AVG . SACR

PRO SALVTE IMP. CAES

L.S.H.T.I.M.I.S

In Textor.

2

SATVRNO AVG
SAC
M.AFRINIVS.FE
LIX.SAC
V . S . L . A

In Solnian.

3

SAT . AVG
SAC
M . IANONIVS
FELIX
PET . SACER
V . S . L . A

In loco Mornaca *agri Tunetani.*

4

SATVRNO AVG . SACRVM . L.CAESONIVS. VIC
TOR.EPISTILIVM . S. P. EXORNAVIT. IDEMQVE
DEDICAVIT ET CVM SACERDOTIBVS IN SVMPTVM
. . . .

In oppido Zaguan *a Tuneto leucis VIII.*

5

AGENTI
APOLLINI AVG.SACR
D.FVNDANIVS... PRIMIANVS. FVNDANI . FELICIS
AEDILICI. FIL . FVNDANI PRIMI . . . NEPOS
AEDILIS OB HONOREM AEDILITATIS QVEM ORDO
SVVS SVFFRAGIO DECREVIT HANC STATVAM IMITA
TVS PATRIS EXEMPLVM HS VIII MILLIBVS N SVA LI
BERALITATE NVMERATA PRIVS A SE REIPVBLICAE
SVMMA HONORARIAM POSVIT EANDEMQVE DEDICA
VIT ET OB DEDICATIONEM SIMVL CVM MANNIO MEMI
ANO COLLEGA SVO LVDOS SCENICOS ET GYMNASI
VM POPVLO EPVLAS DECVRIONIBVS DEDIT

De praemisso inscriptioni nomine vide Fabrettum pag. 100.

In loco Belli *dicto.*

6

DIANAE.AVG.SACR
PRO SALVTE IMPERATORVM CAES . AVG . M . AVRELI
ANTONINI PII... AVRELI VERI ROGATVS THERMVS
SVO ET LIBERORVM SVORVM NOMINE PP
. . . FECIT ET DEDICAVIT DECRETO. . . .

Ibidem

Ibidem.

1

VICTORIAE
A V G
C. VALERIVS
FELIX
EX VOTO
D D

A Turuz leucis VIII.

2

VICTORIAE
ARMENIACAE.PAR
THICAE.MEDICAE
AVGVSTORVM
SACRVM
CIVITAS.SIAGI
TANA.DD.PP

In oppido Quif.

3

HERCVLI SACRVM
M.TITACIVS PROCVLVS PROCV.
RATOR AVGVSTI SVA
PECVNIA FECIT

4

In Templi fronte.

. . . .
AVRELIVS RESTITVTVS ƎC . . . IVLIVS TERTIVS ƎCCCC
ET CALCIS AERE . . . P. XX. AVRELIVS SEVERIANVS Ǝ CCCC ET
SPATIVM . . . ARELIVS QVINTIANVS ƎCCCC. LVSIVS SATVR
NINVS ƎCCCC. NVMISIVS FELIX . . . . . .
CALPVRNIVS Ǝ CC. CORNELIVS GRATIANVS . . . MARTIVS VENVSTVS ƎCC
VAL. FELIX VET . . . AVRELIVS EROTIANVS ƎCC . . . . . .

Quid ad Templi aedificationem quisque contulisset, perscriptum erat. Signaculum illud monetam quamdam Africanam indicabat.

In loco agri Tunetani Meserga *dicto.*

5

. . . .
PII IMP. V. COS. PP
PROCOS MVNICIPI
VM GIVF DEVOTVM
NVMINI MAIESTATI
QVE EIVS DD. PP

Thuggae.

6

IMP. CAES. DIVI
NERVAE NEPOTI
TRAIANI DACICI
PARTHICI FIL
TRAIANO HADRIANO AVG
PONT. MAX. TRIBVN
POTEST. COS. II. PP
CIVITAS THVGGA D.D. P.P

In loco Hydrah. *In arcu.*

7

IMP. CAES. L. SEPTIMIO. SEVERO. PERTINACI AVG
P. M. TRIB. POT. III. IMP. V. COS. II. PP. PARTHICO ARABIC
ET PARTHICO ADIABENICO DD. PP

In loco Tagouzainah *dicto. In Arcu.*

1

IMP . CAES. SEVERO PIO FELICI AVG . PONT . MAX . TRI . POT . PRO
VIDENTISSIMO ET SANCTISSIMO PRINCIPI ET ANTONINO NOBILISSI
MO CAESARI PRINCIPI IVVENTVTIS DIANENS . . . EX DECRETO
D D . P P

In loco Seluquia *dicto.*

2

IMP . CAES . DIVI M . . .
ANTONINI PII . . .
NEP . DIVI HADRIANI
PRONEP . DIVI
TRAIANI PART . AB
NEP . DIVI NERVAE . . .
SEPTIMIO SEVERO
PERTINACI AVG . ARAB . . .
P.P.PONT.MAX.TRIB
POTEST.IMP.VII.COS.II
HIDIBELENSES

In loco quem Musti *vocant. In Arcu eximio.*

3

INVICTISSIMO FELICISSIMOQVE IMPERATORI
AVGVSTO CAESARI ORBIS PACATORI
. . . . MVSTICENSIVM DD

Thiburficumburi.

4

VRBI ROMAE AETERNAE AVG
RESP . MVNICIPI SEVERIANI ANTO
NINIANI LIBERI THIBVRSICENSIVM
. . . .

5

In urbe Sour..

IVLIAE
AVGVS
TAE MATRI
CAESA
RIS ET
CASTRO
RVM

In loco Tezzonte *dicto.*

6

IMP . CAESARI
M . AVRELIO ANTONINO
ARMENIACO
PARTHICO
TRIB. POTEST . . . PONT. MAX
LAMBASENTIVM
D D . P P

In oppido Agbiensi.

7

PRO SALVTE IMP. M. ANTONINI AVG. PII
LIBERORVMQVE EIVS
CINTIVS C. F. R . . . VICTOR AD TVENDAM
REMPVBLICAM CONSENSV DECVRIO
NVM OMNIVM IAM PRIDEM PATRONVS
FACTVS ET TVTOR CVM . . . . RERVM VETVS
TATE CONSVM . . . . . . A SOLO
. . . .
MVNICIPI CIVILIS AGBIENSIVM ET
VNIVERSIS CVRIIS D . D . P P

In loco Hamamet.

8

IMP .CAES. DIVI SEPTIMI SEVERI
PARTHI . ARABICI ADIABENICI
MAX . BRIT . MAX . FIL . DIVI
M . ANTONINI PII GERMANICI
SARMAT . NEPOT . DIVI ANTONINI
PRONEPOTI DIVI AELI HADRIANI
ABNEPOTI DIVI TRAIANI PART . ET
DIVI NERVAE ADNEPOTI
M . AVRELIO ANTONINO PIO FEL
PART . MAX . BRIT . MAX . GERM
MAX . IMP . III . COS . IIII . PP . . . .
. . . CIVITAS SIAGITANORVM D D . P P

In loco Bubiosa *dicto.*

9

IMP . CAES
M . AVREL IVS
ANTONINVS
AVG . PAR . MAX
TRIBVNITIA POTEST
XIIII . COS . IIII . PP
RESTITVIT

LVIII

Thug-

Thuggae in Epistylio Porticus.

1

IMP . CAES . DIVI ANTONINI . . .
M. AVRELIO SEVERO ALEXANDRO....
PONTIFICI MAX . TRIBVNITIA POT
. . . .
ET CASTRORVM ET SENATVS ET P....
. . . VM LIBERVM THVGGA . . .
. . . .

Primo a Bazilbab *lapide. In Arcu.*

3

FORTISSIMO
IMP . ET
PACATORI
ORBIS M . CLA
VDIO TACITO
PIO FEL
AVG

In loco quem Mauri Seluquia *vocant.*

4

IMP . CAESAR
MARCO AVRELIO
PROBO
PIO
FELICI
AVG

In Urbe Tunetana.

2

IMP . CAES . C . VIBIVS TREBONIANVS GALLVS
PIVS FELIX AVG . PONT . MAX . TRIB . POTEST
COS . II . DESIG . PP . ET . IMP . CAES . C . AFINIVS
. . . . VEL . . VMIA . . . VOLVSIANVS
PIVS FELIX . AVG . PONT . MAX . TRIB . POTEST
II . COS . II . DESIG . PP . PROCONS . RESTITVERVNT
X X

In Bazilbab.

5

IMP . CAES . C
VALERIVS
DIOCLETIANVS
PIVS FELIX
AVG

In oppido Agbiensium Baysan. *In pariete Castri.*

6

MAGNIS ET INVICTISSIMIS . DDDD . NNNN . DIOCLETIANO
ET MAXIMIANO . PERPETVIS . AVGG . ET
CONSTANTIO . ET MAXIMIANO . NOBB . CAESARIBVS
RESPVBLICA MVNICIPII AGBIENSIVM DEDICAVIT
M . IVLIO PROCOS . MAIESTATIQVE EORVM DIC . . . .

In loco Seluquia *dicto.*

7

. . . .
ET . FL . VA . . . . .
CONSTAN . . . . .
NOBILIS . . . . . .
CAESARIB . NVMI
NI . EORVM
DICATISSIMI
SVA PECVNIA . . .
MVNICIP . CHIDIBB

8

D . N . AVR . . . .
CONSTANTINO NOB
LISSIMO CAESARI
MVNIC . AVREL . . . .
DEVOTI . . .
. . I . MAEISTA
. . . . . . VE EIVS
D . D . P

In

Primo a Tuneto lapide.

1

D D . N N . I M P
CONSTANTINO MAXIMO FELICI PIO AVG
B O N O . R P . N A T O . . . . .
. . . .

In oppido Taberſoc, *in Arcu.*

2

INVICTISSIMO IMP. CONSTANTIO AVG
ET DD . NN . CAESARIBVS . . . .
. . . .

In ſummitate montis Fernam.

3

D . N
IMP . CAES
DOMITIO
AVRELIO.LICINI
ANO.INVIC
PIO.FEL . AVG
VIIII

Primo lapide a loco Bazilbab.

4

D . N . IMP . VALERIO LICINIA
NO LICINIO AVG . MAX
SARMATICO MAX . GERMA
NICO MAX . TRIBVNITIA POTES
TATE . X .CONS.V.IMP. ... PATRI PATRIAE PRO
CONS . COL . BISICA LVCANA DEVOTA
NVMINIBVS MAIESTATIQVE EIVS

Ibidem.

5

D D . N N . FLAVIO
VALENTINIANO ET
VALENTI AVGG
MVNI . MIZADO
TEREN . . . . .

Ibidem.

6

SALVIS. ET.PROPITIIS.DDD . NNN.GRATIA
NO.VALENTINIANO.THEODOSIO.INVICTISSIMIS.PRINCI
PIBVS DE PA... EX MORE CONDIT DECRET . . . . .
. . . .

Thiburſicumburi in porta Caſtri.

7

SALVIS DOMINIS NOSTRIS CHRISTIANISSIMIS
ET INVICTISSIMIS IMPERATORIBVS IVSTINO ET
SOFIA AVGVSTIS HANC MVNICIONEM THOMAS
EXCELLENTISSIMVS PRAEFECTVS FELICITER AEDIFICAVIT
SEXTO C . . . CETO ANICIO FAVSTO PAVLINO
PROC . PROVINCIAE . . . . . RESPVBLICA . . . . .
LICINIAE . . . . . AVGVSTAE

Ibidem

Ibidem.

1

Q · ACILIO C . F . PAPIR . . . .
TVSCO V . E . PROC . . . .
ANNONAE AVGG . . . .
SICENSIVM PROC . . . .
RES THEATRI PO . . . .
ADVOCATO CODIC . . . .
MINISTRATIONIS HEREDI . .
. . . . . . ENTIVM CV . . . .
LAVRENTIVM VICO AVGVSTINORVM
SACERDOTI . LAVRENTIVM . . .
. . . . RESP
MVNICIPI SEVERIANI ANTONI
NIANI LIB . THIB . BVRE . . .
PATRONO

In loco Cazarin *dicto.*

2

. . . .
MILITAVIT ANNIS IV . IN LEG. II . . .
. . . . TESSER . OPTIO . SIGNIFER . . .
FACTVS EX SVFFRAGIO LEG . E . . . .
> . LEG . I . M . > . LEG . X . GEM . . .
> . LEG . III . AVG . > . LEG . GALL . > . LEG . XXXVI . P . . .
> . LEG . VI . VIC . > . LEG . III . CYR . > . LEG . XV . APOL
> . LEG . II . PAR . > . LEG . I . ADIVTRICIS
CONSECVTVS OB VIRTVTEM IN EXPEDITIONEM
PARTHICAM CORONAM MVRALEM VALLAREM
TORQVES ET PHALERAS EGIT IN
DIEM OPERIS PERFECTI ANNOS LXXX
SIBI ET
CLAVDIAE MARCIAE CAPITOLIAE
CONIVGI KARISSIMAE QVAE EGIT
IN DIEM OPERIS PERFECTI
ANNOS LXV ET
M . PETRONIO FORTVNATO FILIO . . .
MILITAVIT ANNIS VI . > . LEG . XVIII . PRIMIC . . .
LEG . II . AVG . VIXIT ANN . XXXV . . .
CVI FORTVNATVS ET MARCIA PARENTES
CARISSIMO MEMORIAM FECERVNT

Ibidem in Turre.

3

M . FLAVIVS SE
CVNDVS FILIVS
FECIT
T . FLAVIO SECVN
DO PATRI PIO
MILITAVIT A . XXXII
VIXIT AN . . . H . S . E

FL . SECVNDAE SO
RORI . V . AN . XII . H . S . E

TI . MARCELLO FRA
TRI . P . V . AN . XX . H . S . E

TI . MARTIALI FRATRI
MIL . A . XII . V . A . XXXV . H . S . E

FL . SPERATAE . SORORI
P . V . A . XXXVI . H . S . E

AEMILIAE . SEX . FIL
PACATAE . VXORI . PIAE
FLAMINICAE . PERP
V . A . LVIII . H . S . E

FLAVIVS T . FILIVS
PAP . SECVNDVS . . . .
FLAMEN . PERP . VIXIT
AN . LX . H . S . E

FL . PACATAE . FLA
MINICAE . PERP . COL . THE
LEPT . FIL . PIAE . FL . LIBERALIS
TER . STATVAM . POSVIT
V . A . XVI . M . X . H . S . E

FLAVIA . DISERA . FL . SECVNDI . VXOR
PIA . V . AN . XXXVIII . H . S . E

Sub his epitaphiis plurima ſunt carmina inſculpta, & in quattuor columnas diſpertita. Illa exſcribere eruditus Hiſpanus deficiente die non eſt aggreſſus. Shavius priora quattuor in ſchedas retulit.

SINT LICET EXIGVAE FVGIENTIA TEMPORA VITAE
PARVAQVE RAPTORVM CITO TRANSEAT HORA DIERVM
MERGAT ET ELISIS MORTALIA CORPORA TERRIS
ASSIDVE RAPTO LACHESIS MALE CONSCIA PENSO

In

In loco Nepasava *dicto.*

I

D . M . S
BAENASA
TVFALINA
EXEMPLVM
SANCTIMO
NIA . . . OMNIVM
GAL . . . RELI
GIOSE PIE
CASTEQVE
VIX . AN . XX
M . X . D . XVII
H . S . E

In oppido Turuza.

2

CATIO ALCIMO FELICIANO PV . . . . . .
VICEPRAEF . PRAET . PRAEF . ANNO
NAE VICEPRAEF . VIGILVM MAG . . .
SVMMAE PRIVATAE MAGIS . . .
VM RATIONVM CVRATORI OPER . . .
TRI . PROC . HEREDITATIVM . . .
SACRAE MONETAE PER . . . . .
PROV . NARBONENS . PROC . PRIV . PER SALARIAM . . .
TIBVRTINAM VALERIAM TVSCIAM PROC . PER . . .
FLAMINIAM . VMBRIAM . PICENVM . ITEM VICE . . .
PROC. QVADRAG. GALLIARVM. PROC. ALIMENT PER
TRANS . PADVM . HISTRIAM . LIBVRNIAM . . . .
FISCI . PROVINCIAR . XI . OB . EXIMIVM . AMOREM . IN
PATRIAM SPENDIDISSIMVS ORDO TVRZET PATRONO
DEDICAVIT

In loco Spaitla *dicto agri* Cazarini. *Arcus, in cuius fronte.*

3

COLONIAE CILITANAE
Q . MANLIVS FELIX . . . C . FILIVS PAPIRIA RECEP
TVS POST ALIA ARCVM QVOQVE CVM INSIGNIBVS
COLONIAE . . . .
SOLITA IN PATRIAM LIBERALITATE
EREXIT OB CVIVS DEDICATIONEM
DECVRIONIBVS SPORTVLAS CVRIS EPVLAS . . . .

Et inferius minoribus literis.

INSIGNIA CVRANTE M . CAELIO AN . CV

In oppido Taborba.

4

SEX. CAECILIO . Q. F . QV . . . CRESCEN . . . :
VOLVSIANO PRAF . . . FAB . SACERD . CV
RION.SACRIS.FACIEND.ADVOCATO.FISCI
ROMAE . PROC . XX . HER . AB EPIST . VIC
ANTONINI AB EPIST.VIC. AVGVSTORVM
PATRONO MVNICIPI . D D . P P

In oppido Turuza.

5

Q. CONSIDIO NAMPIAMOVIS FILIO . . .
AEDILICIO II VIRALI OB EXIMIAM
ADMINISTRATIONEM ET SINGVLAREM ERGA CI
VES AMOREM VNIVERSAE CVRIAE

In latere.

DEDICATA II IDVS AP . . . .
AGRICOLA ET CLEMENTIANO COSS

In

In Urbe Sour.

1

Q . GARGILIO Q . F .....
PRAEF . COH .... BRITAN
TRIB . COH . MAVR . CAE ..
PRAEF . COH . SING . ET VEX
EQQ . MAVROR . IN TERRITORIO
AVZIENSI PRETENDENTIVM [1]
DEC . DVARVM COLL . AVZIEN
SIS ET RVSCVNIENSIS ET PAT
PROV . OB INSIGNEM IN CI
VES AMOREM ET SINGVLA
REM ERGA PATRIAM ADFEC
TIONEM ET QVOD EIVS VIR
TVTE AC VIGILANTIA FA
RAXEN REBELLIS CVM SA
TELLITIBVS SVIS FVERIT
CAPTVS ET INTERFECTVS
ORDO COL . AVZIENSIS
INSIDIIS BAVARVM DE [2]
CEPTO ....

1 Gr. 1096. 6. *Praeposito Numerorum tendentium in Ponto*. 457. 6. *Exercitus in ea tendentis*. 407. 1. *Praeposito vexillationibus Perinthi pergentibus*.

2 Ptolemaeus habet *Vabar* oppidum in Mauretania Caesarienſi.

In loco Nepaſava *agri Tunetani*.

2

D . M . S
Q . IVLIVS LV
CANVS MEDI
CONIS. FILIVS
VT.HANC . IN.PATRIAM
PLENVS.LAETITIA
PERVENIREM.AN
NOS.LXXX.CERTAN
DO.VICI.IAM.QVIETVS
ERO.HIC.MEDICO
SEMPER

In loco Gurba *dicto*.

3

PONTI
C . HELVIO C. F . ARN . HONORA
TO . AEDIL . II . VIR . II . VIR . Q Q....
... CVRAT . ALIMENT . DISTRIB
OB INSIGNES LIBERALITA
TES IN REMPVB . ET CIV
AMOREM VIRO BONO
COL. FVL. CVRVBIS. D D . P P

In loco Inſimiſurga *agri Tunetani*.

4

LICINIAE SATVR
NINAE AVRELI
DIONYSI PATRO
NI CONIVGI
MVNICIPES
MVNICIPI AVRE
LI ALEXANDRIA
NI AVG
..... GIVFITANI

Thuggae in Numidia.

5

L.MARCIVS.SIMPLEX.ET L.MAR
CELLVS.SIMPLEX . REGILLIANVS S.P.F

In oppido Taborba.

6

D . M . S
MEMORIAE SANCTISSI
MAE FEMINAE
DONATAE QVAE
VIXIT ANN . XLVI
MENSIBVS VIII

 In

In loco Seluquia.

1

D . M . S
MEMMIVS
IANVARIVS
PIVS VIXIT
ANNIS XXXVI
H . S . E

2

LVRIA C . F
POSILLA
VICTORIS PIA
VIX . AN. XX. H. S. E

3

D . M . S
SATVRNINVS . FILIVS
Q. SISENNAE FIL . PIVS
VIXIT . ANNIS. LXXIII

In oppido Taberfoc.

5

AEDEM . NOVAM . L . PALACIVS . HONORATV . . . ET BO
NITATAE VXORIS SVAE SS . XX N . EX . . .
MVLTIPLICATA PECVNIA EXCOLVIT ET OMNI RE
PERFECIT

Thignicae vulgo Tunga.

4

C . MEMMIO FELICI
FLAMINI AVG . PERP
VTRIVSQVE PARTIS
CIVITATIS THIGNICEN
SIS . C . MEMMIVS
FORTVNATVS FLAM
AVG . PERP . VTRIVS
QVE PARTIS CIVI
TATIS THIGNICENSIS
PROPTER EXIMIAM
PIETATEM ET AFFECTIO
NEM FRATERNAM QVAM
. . . . EXHIBET
POSVIT

In loco Meserga *agri Tunetani*.

6

PESCENNIA QVODVVLTDEVS
H. M. F. BONIS NATALIBVS
NATA MATRONALITER
NVPER VXOR CASTA
MATER PIA GENVIT FILIOS
III . ET FILIAS II . VIXIT
ANNIS XXX . VICTORINA
VIXIT ANNIS VII
SVNNIVS VIXIT ANNIS
III MARCVS VIXIT
ANNIS II . MARCEL
LVS VIXIT ANNO I
FORTVNATA VIXIT ANNIS
XIII M . VIII . MARCELLVS
PROCOS CIV
SED . ET FILIIS ET
FILIABVS NOSTRIS ME VI
VO MEMORIAM FECI
OMNIBVS ESSE PEREMNEM

In monte Telel.

7

D . M . S
PETRONIA
DONATA PIA
VIXIT ANNIS
LXXXV . M . I
PRO MERITIS
EIVS MEMORIAE
OPPIA CELSINA
FILIA FECIT

In monte Beruic.

9

D . M . S
Q . TVRANIO
NATALI CEN
SORINO EQ . R
IVNIA . PASSE
RINA . MATER
FECIT

In monte Beruic.

8

D . M . S
Q . POMPONIVS
ROGATVS
FRVGALISSIMVS
VIXIT ANNIS LXXV
CERFICIA SIGESS . . .
MARITO
DVLCISSIMO S . P . F

Almenae *in acroteriis monumenti amplissimi*.

10

Q . CLAV . . .	L . AEMILIO	C . SVELIO	L . SVELIO
CA	AFRICANO	PONTIANO	QVARTO
. . . . ,	AVVNCVLO	PATRVELI	PATRI

In

In oppido Quif.

1

VICTORI
CENTVRIONI
LEGIONARIO
EX EQVITE
ROMANO
OB.MVNIFI
CENTIAM.ORDO
SICCENSIVM
. . . .
CIVI
ET CONDECVRIONI
D D . P P

Primo lapide ab Urbe Sour.

2

MANIBVS HOC SACRVM CERTA PI
ETATE RESOLVO HOC NOVELLVS EGO
MATRI FILIOQVE SEPVLTIS VALENTINA TIBI
DIGNO DVLCISSIMA MATER NOMEN
VIGET ECCE TVVM IN TITVLO CLARVM
DONVM NATVRAE MERITIS DE CARMINE
SIGNO FELIX ECCE SOLVM . . . . HAEC DVO
NOMINA CARA EXTRICATE FILI AD
PLANCTVS AVIAE DOLENTI
AELIA VALENTINA VIXIT ANNIS LV
IVLIVS EXTRICATVS VIXIT XII

Prope sinum Soliman.

3

. . . A V G . S A C
. . . IVLIVS . V . C . TEMPLVM . . . .
. . . DVOBVS . A FVNDAMENT . VOTO RES . . .
. . . SVB CVRA ALCIBIADIS ACTO . . . .

In Regione Musti.

4

INVICTISSIMO FELICISSIMOQVE IMPE
RATORI . . . . AVGVSTO CAESARI ORBIS
PACATORI MVSTICENSIVM D . D

Ibidem.

5

I M P . C A E S . A V G . . . .
. . . .
SVFFETVLANORVM . . .
. . . . AEDIFICAVERVNT
. . . .

A Turuz *leucis IX.*

6

CVR . REIPVBLICAE . SPLENDI
DISSIMAE . COTVZAE . SACRAE
VALERIVS . IANVARIVS . . .

In oppido Zaguan.

7

FELICI . HVIVS . VRBIS . RESTAVRATORI
COM . BONIFACIO . V . C . P . . . .

Leucis II. a Zaguan.

8

. . . .
D I A E L I B E R . . . .
P . T I T I V S . C E L S I T . . . .
ET Q . S E V E R I V S . . . .
VERVS AEDIL . . . .
L V D O S S C A E N I C O S . . . .
D E D E R V N T . G . . . .
E P V L V M D E C V R I O . . . .
. . . .

In oppido Susa.

9

D . M . S
C.HERCVLEIVS
IANVARIVS
P . VIXIT
AN . LXV
H . S . E

Ibidem.

10

D . M . S
MARCVS HER
CVLEIVS IANVA
RIVS
P . V . A . LV
H . S . E

Ibi-

Ibidem.

1

D . M . S
C . HERCVLEIVS
ABILIANVS
P . V . A . XII
H . S . E

Ibidem.

2

C . HERCVLE
IVS VICTOR
PIVS V . A . XIII

Ibidem.

3

HERCVLEIA
MARCIANA
PIA
V . A . XII
H . S . E

Ibidem.

4

FABIVS.FAVS
TVS . PIVS
VIXIT.ANNIS
LXXVI
H . S . E

Ibidem.

5

ABIDIVS
FAVSTVS
LVCILIANVS
PIVS VIXIT
ANNIS XX
H . S . E

In loco Textor.

6

D . M . S
C . MEMMIVS
FELIX VIXIT
ANNIS
LXXXII MENSIBVS
QVINQVE DIEBVS SEPTEM
H . S . E

In castro Leuca I a Tucca.

7

D . M . S
Q . SENTIVS
MARTIANVS
PIVS VIXIT ANNIS
XLVIIII.MEN.IIII
DIEBVS XIIII
H . S . E . O . T . B . Q

8

. . . .
ET TOTIVS DIVINAE DOMVS EIVS
CIVITAS ZVCHARA . . . .
FECIT ET DEDICAVIT

In magni Templi muro monti imposito: vocant adhuc *Zuchara*. Habetur Zugar apud Ptolemaeum. Aqua defluit nitida, quae olim per aquaeductum Carthaginem deducebatur.

In eadem regione.

9

TIRINVS FORTV
NATVS VIR ARMIS
INGENIO ET ANIMO
MAXIMO QVI CVM
. . . . . NIS ET GRAECIS
. . . .

In eadem.

10

D . M . S
C. MATTIVS
PVLLAIENVS
BELLIVS.P
V . A . LV
H . S . E

In eadem.

11

MAODIVS
VENIATERIA
NI FILIVS
P.V.M.XX
H. S. E.

In eadem.

12

D . M . S
MAGNIA
NVS IVLIVS
P.V.A.XII
H . S . E

In eadem.

13

Q. MORANINA
FELICIA . P
V . A . XXX

In eadem.

14

. . . . AVG . SACRVM . . . . .
. . . SIS TEMPLVM CVM . . . .
. . . SVA PECVNIA . . . .
. . . . . DEDICAVIT . . . .

15

L . AELIVS. M . F. M. NEP . QVIR
RECTVS DOMO ROMA
QVI ET CARTHAGINENSIS
ET SICELITANVS ET ASSOTAN
ET LACEDEMON ET ARGIVVS
ET BATESTANVS . . . .
QVAESTORIVS SCRIBA AEDI
LICIVS CIVIS ADLECTVS
OB HONOREM AEDILITATIS
HOC OPVS TESTAMENTO SVO
FIERI IVSSIT

Non

Non longe a Zugar *in arcae marmoreae latere.*

I

DETRAHE SERTA COMIS ET AMORVM OBLITA TVORVM
TRISTIS INOPS PVLLA VESTE THALIA VENI
NON MANVS IDALIA LASCIVIAT IMPROBA VIRGA
NEC FLVAT ANTE TVOS LVCIDA PALLA PEDES
IVLIVS HAEC FECI MELLITVS QVI VOCOR OLIM
CVPITO PATRI MATRI ET IVSTA MEAE
DEPOSVI CONIVGEMQVE MEAM MIHI IVNCTA' ROGATAM
VT SIT IN AETERNVM CONDITA FAMA LOCI

In alio latere.

VIXIMVS AD RATVM PIETATEM IMPLEVIMVS AMBO
PRAESTITIMVS SOBOLEM FEMINEAM DVPLICEM
VOS QVOQVE QVI LEGITIS VERSVS ET FACTA PROBATIS
DISCITE SIC VESTROS MERITO SANCIRE PARENTES
HOS VT EGO PIVS EXCOLEREM TITVLOSQVE RELINQVAM
VIVOS VT HOC FACEREM FATA DEDERE MIHI
IVLIVS HOC PETO NVNC A TE DOMINATOR AVERNI
CVM MORIAR IACEANT OSSA QVIETA MIHI.

2

Iu Arcu Tripolitano.

IMP.CAES. M.AVRELIO.ANTONINO.AVG.PP. ET.IMP.CAES.L.AVRELIO.VERO. ARMENIACO.AVG
SER.CO.....S ORFITVS.PROCOS.CVM.VTTEDIO.MARCELLO.LEG.SVO. DEDICAVIT
C.CALPVRNIVS. CELSVS. CVRATOR. MVNERIS. PVB.......S. II. VIR. QQ. FLAMEN. PERPETVVS
ARCVM.PECVNIA.SV..........EX.MARMORE.SOLIDO.FECIT

v.Gall. Ant.p. 170. 454. 6 615. 3. Rursus exhibeo, ut rursus de legitima lectione constet. Sponius *Scipio*, & *Construend.* & *Aerar.* perperam addiderat, quae Novus Thesaurus retinuit, & *Sex* pro *Ser*, *Vittedio* pro *Uttedio*, *Et* pro *Ex*, insuper peccat; quamvis a me acceptam multo puriorem iam dedisset. Quid de somniato *Munerario* dicam, post *Curatorem Muneris*? Mihi epigraphen ipse Cl. Condaminius obtulit, qui diligentissime exscripserat, & nihil ulterius in Arcu haberi testatus est. Haec etiam docuit. Aedificium est ex albicanti marmore quadratum, obrutum tamen magna ex parte, ac terra opertum. Quadrivio inserviit, cum in unoquoque latere ingens fuerit porta fornicata. Inscriptio inter coronidem, & fornicem occupat zophorum, & epistylium. Quadruplicatum fuisse ex eo discere est, quod etiamnum in duabus ex faciebus eadem appareat, quae non oppositae sunt, sed contiguae. Ab omni item parte Arcus opere anaglypho conspicuus erat, sed nunc vestigia tantummodo supersunt. Barbari capita detruncarunt, muros superstruxerunt, tres obduxere ex portis, domumque cum veteri constructione coniunxere, ut ad vulgares usus opus omne converterent. In Epistolis *Epigraphicis* crimini mihi datur, quod Sponium antea non viderim; at cum eam additionem amicis gratificans typographo raptim dedi, libri non erant ad manus: magno item crimini, quod T pro F cusum sit, & quod S verbo sequenti nimis proximet. Mihi aliquanto magis videtur referre, si post literam S gentilitii finalem *Scipio* intrudimus, ubi spatium est nullum; & si *Calpurnius* iubeamus legere ubi CO nitide conspicitur. pag.40. & 62.

Milliarium lapidem in Epistola septima proferens in vinario receptaculo, dimidia a Tuneto leuca, sub doliis iacere monui: inque eo literae L inferiorem tractum valde produci, & deprimi, eodem prorsus modo ac in Africanis illis inscriptionibus, quae Musei Florentini vestibulum decorant. Ubi olim steterit, nescimus, nam *ab Carthagine XV millia ferme passuum* Tunetum abfuisse docet Livius, in columna vero numerus subnotatur maior. Non defuere, qui Consulatum IIII tamquam M. Aurelio non competentem arguerent: hinc, opinor, factum est, ut in editione secunda COS III scriberetur: at patet omnino, non de Marco sed de Caracalla heic agi. Gall. Ant.p. 52. lib. 30

In-

INscriptiones, & monumenta adiicimus, quae ad Museum Veronense his ipsis diebus accesserunt, vel quorum exempla aliunde nuper sunt missa.

Tabellae Iliadem continentis fragmentum primum.

ΔΙΟΜΗΔΗΣ ΑΧΙΛΛΕΥΣ... ΚΡΥΣΗΣ ΑΠΟΙΝΑ ΑΡ...

ΝΕΣΤΩΡ ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ . . . Α ΙΛΙΑΣ

. . . ΙΣ

ΠΡΙΑΜΟΣ ΑΦΡΟΔΙ... ΠΑ... Β

: : :

Γ

Iliadis libri : : :

recensebantur. Δ

: : :

ΥΣ

ΙΣ

Ε

ΔΙΟ

: : :

ΑΡΙ

. ΣΤΗ

Fragmentum secundum.

ΠΕΝ	ΕΝΤΑ
ΘΕΣΙ	ΙΣΣΚ
ΛΗΑ	ΑΙΑΙΣ
ΑΜΑΖ	ΠΥΛΑ
ΩΝΠ	ΙΣΑΧΙ
ΑΡΑΓΙ	ΛΛΕΥ
ΝΕΤΑΙ	Σ..ΥΠΟ
— ——	. . . . . .
	——
ΑΧΙΛ	Π . . .
ΛΕΥΣ	ΙΘΗ
ΠΕΝΘ	ΙΠΡΙ
ΕΣΙΛΗ	ΑΜΟΝ
ΑΝΑΠ	ΚΑΙ
ΟΚΤΕΙ	ΑΓΗΝ
ΝΕΙ	ΟΡΑ
— ——	— ——
ΜΕΜΝ	ΠΟΛΥ
ΩΝΑΝ	ΠΟΙΤΗ
ΤΙΛΟΧ	Σ ΕΧ
ΟΝΑΠ	ΕΙΟΝ
ΟΚΤΕ	— ——
ΙΝΕΙ	ΘΡΑΣΙ
— ——	ΜΕΔ
	ΗΣ . .
ΑΧΙΛ	. . ΡΑΙΝ
ΛΕΥΣ	ΕΤΟΝ
ΜΕΜ	— ——
ΝΟΝΑ	ΦΙΛΟΚ
ΑΠΟΚ	ΤΗΤΗΣ
ΤΕΙΝ	ΔΙΟΠ
ΕΙ	ΙΘΗΝ

Praeclarissimam anaglypham tabellam Homeri Iliadem, atque *Ilii excidium ex Stesichoro*, *Arctino*, *& Lesche continentem*, a Fabretto in Syntagmate de Columna Traiana vulgatam procul dubio nosti erudite Lector. Consimilis, non eiusdem tamen, tabellae, & ex eadem mistura constantis, duo nunc possidemus nec tam exigua fragmina, nominibus pariter sub figuris positis, & historia paucis verbis in duas columnas discretis adumbrata. Reliquias hasce exhiberem libentissime, quamvis male habitas & excesas, sed aes in quo incisae iam erant, misere periit, nec alteri incidendo tempus suppetit. In prima zona, seu linea plaustrum visitur birotum, quo Chryses attulerat ἀπερίσι' ἄποινα, ut Homerus dicit, subter siquidem habetur, ΚΡΥΣΗΣ. ΑΠΟΙΝΑ. Plaustrum eadem prorsus structura fabrefactum est, qua Romae carra construuntur ab uno tantum equo traducta, maiorique pondere onusta, quam in Longobardia quattuor aut sex bovibus committatur. Michaelis Angeli carrum vocant, quod ab eo inventum credatur. Parisiis adoptatum vidi, & frequenter adhibitum, cum in regionibus nostris adhuc ignoretur. Rei cardo in eo vertitur, ut pondus omne innitatur axi, atque hinc & inde aequilibrium servet: tum rotae praealtae sint, ita ut longurii earum centro respondeant.

In secundo.

Penthesilea Amazon advenit. Achilles Penthesileam interimit. Memnon interimit Antilochum. Achilles interimit Memnonem. In portis Scaeis Achilles . . . .

. . . . Priamum, & Agenorem. Polypites, Echion. Thrasimedes . . . . Philoctetes Diopithum.

Elucet, non Homeri Poema tantummodo repraesentatum in hoc anaglypto fuisse, sed usque ad Troiae excidium integrum bellum: Homerus enim, ut Servius ait, *omnia tacuit, quae facta sunt post Hectoris mortem.* ad Aen. l. 4. Penthesileae Amazonis adventum, fortia facta, & interitum Quintus Calaber seu Smyrnaeus dicendus, libro primo fuse persequutus est. Antilochum a Memnone occisum, & Memnonem ab Achille, idem in secundo narrat; & Philoctetis historiam praecipue in IX. Agenorem Homerus memorat in O, & Echium a Polite interfectum, sed Εχίον δὲ Πολίτης apud ipsum legimus, in hac vero tabula Πολυποίτης Ἐχείον· Non idem est apud Quintum lib. XI. κρατερός Πολίτης· Polygnoti picturas Pausanias describit l. 10. Delphis ab ipso visas, eversionem Ilii pariter continentes. In illis quoque subscripta erant hominibus nomina, unde discimus, quam ab antiquo is mos invaluerit. Plura in illis quoque repraesentabantur, Καθὰ δὴ καὶ Λεσχέως ἐν Ἰλίου Περσίδι ἐποίησε, *sicuti & Lescheus in Ilii Depopulatione* tradiderat. De Agenore, & de Philoctete Lescheus quoque verba fecerat. Picturam aliam in Messeniorum urbe Pausanias vidit; in qua Nestor, eiusque filii Thrasimedes, & Antilochus, qui bello Troiano interfuerant, conspiciebantur.

ON

I

. . . .
. . . . Ο Ν . . .
. . . ΩΣΚΑΙΑΦΡΟΔΙΤ . . . . .
. . . ΝΑΚΟΡΑΣ ΔΙΝΩΑΓΑΥ
ΗΝΑΥΤΟΝΟΗΝ ΣΕΜΕΛΗΝ
ΥΙΟΝΔΕ ΠΟΛΥΔΩΡΟΝ
ΑΡΙΣΤΑΙΟΥΚΑΙΑΥΤΟΝΟΗΣΑΚΤΑΙΩΝ
ΑΘΑΜΑΝΤΟΣΔΕΚΑΙΙΝΟΥΣΛΕ
ΑΡΧΟΣ ΚΑΙ ΜΕΛΙΚΕΡΤΗΣ
ΥΙΟΣΔΕΣΠΑΡΤΟΥ ΚΑΙ ΑΓΑΥ
ΗΣ ΓΕΝΝΑΤΑΙ ΠΕΝΘΕΥΣ
ΞΕΥΣ ΣΕΜΕΛΗΠΛΗΣΙΑΣΑΣΚΑΙΚΕΡ
ΑΥΝΩΣΑΣΑΥΤΗΝ ΑΝΕΛΟΜΕ
ΝΟΣ ΤΟΝΔΙΟΝΥΣΟΝΚΑΙΕΝΡΑΨ
ΑΣΕΙΣΤΟΝΜΗΡΟΝΥΣΤΕΡΟΝ
ΔΙΔΩΣΙΝΙΝΩΤΡΕΦΕΙΝ
ΗΡΑΣΑΡΓΕΙΑΣ ΙΕΡΕΙΑΕΥΡΥ . . . .
. . . .

Ἄρεως καὶ Ἀφροδίτης
γεννᾷ κόρας δ', Ἰνὼ, Ἀγαύ-
ην, Αὐτονόην, Σεμέλην,
υἱὸν δὲ Πολύδωρον·
Ἀρισταίου δὲ καὶ Αὐτονόης Ἀκταίων·
Ἀθάμαντος δὲ καὶ Ἰνοῦς Λέ-
αρχος καὶ Μελικέρτης
υἱός δὲ Σπάρτου καὶ Ἀγαύ-
ης γεννᾶται Πενθεύς.
Ζεὺς Σεμέλῃ πλησιάσας καὶ κερ-
αυνώσας αὐτὴν, ἀνελόμε-
νος τὸν Διόνυσον, καὶ ενραψ-
ας εἰς τὸν μηρὸν, ὕστερον
δίδωσιν Ἰνῷ τρεφεῖν.
Ἥρας Ἀργείας ἱέρεια Ευρυ
. . . .

Martis & Veneris filia, genuit filias quattuor, Inonem, Agaven, Autonoen, Semelen, & filium Polydorum. Aristaei, & Autonoes Actaeon. Athamantis, & Inonis Learchus, & Melicertes. Filius Sparti, & Agaves gignitur Pentheus. Iuppiter ad Semelen accedens, cum ipſam fulmine afflaſſet, Bacchum capiens, & in femore inſuens, deinceps Inoni nutriendum tradidit. Iunonis Argivae Flaminica Eury . . . .

Praeclarum fabularis hiſtoriae fruſtum in aversa nuper relati fragmenti parte interlucet. Initium Hygini Fabulae 179 hinc videri poſſit deſumptum. *Cadmus ex Harmonia Martis, & Veneris filia procreavit filias quattuor, Semelem, Inonem, Agavem, Autonoem, & Polydorum filium.* In eiuſdem Fabula 180. *Actaeon Ariſtaei, & Autonoes filius*. In prima vero: *Athamas habuit ex Inone Cadmi filia filios duos Learchum, & Melicertem*. Σπαρτοὶ, hoc eſt *ſati*, dicti ſunt homines ex dentibus interfecti a Cadmo draconis nati. Eapropter Lycophron: σπαρτὸς λεὼς, *ſeminatus populus*; ubi Tzetzes: εἰσὶν οἱ Θηβαῖοι. Tamquam viri nomen, ut in lapide noſtro habetur, Σπάρτοι videre non memini. Pentheus *Echionis*, & *Agaves filius* ab Hygino dicitur. Echion ex Fab.80. quinque illis unus fuit, qui e Satorum pugna reliqui fuere. Iuppiter Bacchum puerum ἐκ τοῦ πυρὸς ἁρπάσας, ἐνέρραψε τῷ μηρῷ· Apollodorus, & Euſtathius. Inoni nutriendum tradidiſſe, lapis noſter docet.

Aenea tabella item in Muſeo Veronenſi.

2

. . T E R E N T I O . L . F
A . R V F E N I O . C . F
L . T V R P I L I O . C . F
M . A L B A N I . L . F
T . M V N A T I O . T . F
Q V A I S T O R E S
A I R E . M O L T A T I C O D
D E D E R O N T

Inter antiquiſſimas Latinas computes velim. Ad angulos tria viſuntur adhuc clavorum capita, quibus olim fuit infixa. Literae L, & P. eadem forma, qua in Senatus Conſulto de Bacchanalibus. AI pariter pro AE, O pro V, & D in dictionis fine ut in illo. Quintilianus: *La-* L.1.c.7. *tinis veteribus D plurimis in verbis ultimam adiectam*. Tabella ſub donario ſtetit e pecunia multaticia oblato. Quaeſtores fecerunt, quod apud T. Livium pluries Aediles Curules faciunt. Epigraphen Fabrettus ex ſchedis Barberinis hauſit, ſed perperam MOLTAT. CON. quod Novus Theſaurus iterat, ubi in archetypo MOLTATICOD. Latinae ſincerae hac vetuſtate perrarae ſunt. Antiquior tamen quae conſequitur, anno MDCCXLII inter Peruſiam, & Aſſiſium eruta, ſtatimque a V. Cl. Hyacintho Vinciolio miſſa.

I

A G E R . E M P S . E T
T E R M N A S . O H T
C . V . V I S T I N I E . N E R . B A B R
M A R O N M E I
V O I S . N E R . P R O P A R T K
T . V . V O I S I N E R
S A C R E S T A H V

2103.4. Retulit hanc Novus Thesaurus quoque, sed multifariam peccat. Dialectus eadem prorsus est ac in Eugubinis laminis: adi ergo, precor, amice Lector, Obs. tomum VI, ubi de iis prolixe disserui. Eodem modo & sequens loquitur: *Lerpirior Santirpior Duir For Foufer Dertier Dierir Votir Farer Vef Naratu Poni Sirtir*. Edidit Ubaldinus in Vita Coloccii; deinde Sponius, qui & ipse Romae vidit in aenea tabula: ego post illos in Historia Diplomatum p. 257. At cum omnes in Italia, & extra, Etruscam putassent, inexplicabilemque dixissent, Pelasgam esse ostendi, hoc est Latine loqui, sed vetustissima, & primaeva lingua. Inscriptionem itaque interpretatus sum. Subsequente anno Cl. Bourguetius eamdem aggressus est. Pelasgicae, quod illi iniunxeram, nomen recepit, & haec ibidem ad me praemisit: *l'inscription passeroit sans doute encor pour indechifrable, si vous n'aviez fait voir qu'elle est en Latin, & si vous n'en aviez expliquè les trois premiers mots*. At non tria verba tantummodo, sed inscriptionem omnem dilucide ibi explanaveram, & exposueram, quamvis *quinque* tantum prioribus verbis singulatim conversis. Bourguetius autem verbis subsequentibus tam mirificam, & insulsam, liceat dicere, significationem arbitrario applicuit, ut cordatioribus suspicio oborta sit, festive, & per iocum loquutum esse. Nihilominus in libris pluribus, & in Novo etiam Thesauro 25. 1. nulla mei mentione facta sic habetur. *Doctissimus Lud. Bourguet interpretatione suscepta tum huius lapidis tum tabularum Eugubinarum, in eam opinionem descendit, inscriptionem hanc Pelasgo sermone fuisse conscriptam, & quidem ante Romulum, aut ipsius Romuli aetate*. Postrema haec verba a me certe non hausit, vir singulari quidem ingenio, & honestissimis moribus, sed qui cum sero admodum ad varia studia se converterit, Latinam linguam (anno saltem aetatis suae trigesimo quinto) nequaquam calluit, quod Veronae, ubi pluries, & diutius fuit, amici eius noverunt omnes. Satis
Bibl. superque sit, censuisse illum firmiter, inscri-
Ital. t. 3. p. 187 ptiones quas habemus Pelasgicas, hoc est anti-
t. 14. p. quiores Latinas, itemque Etruscas, ante Troia-
17. t. 18. p. 48. num bellum *certainement* insculptas fuisse.

Ubi de Latinis vetustissimis sermo est, non praetermittendae quidem, quas e Museo Collegii Romani dedimus, & declaravimus in Obs. Lit. tomo VI. p. 96. In eodem p. 83. antiqua cantionis verba a Catone allata nullo negotio explicui.

In ahenea patera.

2

POLOCES
LOSNA
AMUCES

In aheneo vase.

3

NOVIOS PLAVTIOS MED ROMAI FECID
DINDIA MACOLNIA FILEA DEDIT

In hac etiam classe censendae sunt prope Pisaurum erutae, quas ingenio, doctrina, & natalibus aeque nobilis Annibal Oliverius servat. Votiva signa, capita, membra, petrae praesertim quadratarum pyramidum forma, variorum Deorum nominibus inspersae faciunt, ut lucum sacrum ibi fuisse, praestantissimus possessor iudicet. Haec separatim:

4

FIDE · SALVTE · IVNONII
MAT · MATVT · APOLENE

In aliis.

5

CISVLA ATILIA DON DIANII
NOMELIA DEDE
IVNO LOVCINA

6

IVNONE REG
MATRONA
PISAVRESE
DONO DEDRON

7

MATRE
MATVTA
DONO DIIDRO
MATRONA
MVCVRIA
POLA LIVIA
DEDA

FE-

1

FERONIA
STATETIO
DEDE

Poſtremas duas in Obſ. Lit. tomo V. cum edidiſſem, Cl. Novi Theſauri collector aevi in-
1978.9. clinati monumenta putat, indicantia *prorſus La-*
1984 4. *tinae linguae corruptionem*, miraturque bis me *ad remotiorem antiquitatem ſpectare*, *oſtendendum ſumſiſſe:* quod quidem ſumere nequaquam memini, nam ut Cl. Oliverius ait, qui hoc ſtatim non perſpicit, aegre umquam intelliget. Vidit aliquas ita exaratas Octavius Falconerius, quas ad calcem egregii Tractatus de Athleticis poſuit, earumque inſignem vetuſtatem, propter *obſoletam literarum formam*, & quia *priſci aevi ruſticitatem praeſeferunt*, optime agnovit. Non priſca, & caſca ſolummodo aetate, ſed optima, & non in Umbria tantùm, ſed Romae, *tota ſaepe Theatra*, *& omnem Circi turbam exclamaſſe barbare*, Quintilianus docet.

Aheneam in Nov. Theſ. 22. 8. e Verona acceptam non affero, quia ſpuria eſt, & inter congenitas in Muſeo dedicavi, etiamſi paginam huius voluminis 177. neſcio qua ratione evaſerit. Verum inter valde vetuſtas illae quoque cum Etruſcae, tum Latinae computandae, quas Volateris exſcripſi,

Q. AVLINNA . SEX . F . SAB

L . CAECINA . L . F . TLABONI . VIX . AN . XXX

& alias plures. Vide Obſ. tom. VI.

Tabella aenea in Muſeo Veronenſi.

2

GN FLACCVS Q FVL F DE
CVMAM PARTEM HERCV
LI ET PRO REDITV FELI
CISSIMO EX AFRICA VI
BI FRATRIS ET PRO SAL
PETINAE MATRIS SIGNA
AVREA FORTVNAE PRAEN
ET FERONIAE SANCTIS
SIMAE DD T VINIO COS

Egregia quamvis exigua tabella in Latio reperta, & a Vignolio vulgata. Perperam in Novo Theſauro 359. 2. D. OTVINIO. COS. ſed probe exhibita iam erat 307. 5. De Feronia Servius ad Aen. l. 7. *Apud Circeos, & Rutulos Iuno virgo colebatur, quae Feronia dicta eſt.*

Aenea ibidem.

3

P R O S A L V T E
I M P C A E S A E R I S
M A V R E L I S E V E
R I A L E X S A N D R I
P I I F E L I C I S A V G
IOVI OPTIMO MAXIMO DOLICENO

Lapidea in Muſeo Veronenſi.

4

SVRI LEPIDAE M SILANI
LOCVM ET OLLAS DVAS ACCEP
AB SELEVCO LEPIDAE M SILANI

In eodem.

5

D M
ATINIVS HELPIDIVS
ATINIO PRIMO
ET IVLIAE EVHEME
RIAE PERMISSV
CANNEIAE RESTI
TVTAE AMICAE
PIISSIMAE

Vitri ſubviridis fragmenta teneo, in quibus antiquae inſcriptionis fruſta, & elegantis etiam operis anaglyptici conſpiciuntur.

Pag. CLXXXIX. de aheneis in Muſeo Moſcardiorum Comitum tabulis ſermonem habui. Nunc vero ipſas ut exhibeam, enixe rogor, fidelius enim repraeſentari profecto nequirent, cum praelo æra ipſa vetuſta fuerint ſuppoſita.

M·CRASSO FRVGI·L·CALPVRNIO PISONE COS

III NON FEBR

CIVITAS·THEMETRA·EX·AFRICA·HOSPITIVM
FECIT·CVM·C·SILIO·C·F·FAB·AVIOLA· M
LIBEROS·POSTEROSQVE·EIVS·SIBI·LIBERIS
POSTERISQVE SVIS·PATRONVM·COOPTAVE
RVNT

C·SILIVS·C·F·FAB·AVIOLA·CIVITATEM·THEME
TRENSEM·LIBEROS·POSTEROSQVE·EORVM
SIBI·LIBERIS·POSTERISQVE·SVIS·IN FIDEM
CLIENTELAMQVE·SVAM·RECEPIT

EGERVNT

BANNO·HIMILIS·F SVFES
AZDRVBAL·BAISILLECIS·F LEG
IDDIBAL·BOSIHARIS F

M· CRASSO · FRVGI·
L· PISONE· COS·
SENATVS·POPVLVSQVE·THIMILI
GENSIS· HOSPITIVM·FECERVNT·CVM
C·SILIO·C·F·FAB· AVIOLA· PRAEF·FABR
EVMQVE·LIBEROS· POSTEROSQVE
EORVM· SIBI·LIBERIS·POSTERISQVE
SVIS· PATRONVM ·COOPTAVERVNT·
C· SILIVS·AVIOLA· PRAEF·FABR·THIMILI
LIGENS·VNIVERSOS· SIBI LIBERIS·POST
TERISQVE·SVIS·SVORVMQVE· INFIDEM
CLIENTELAMQVE·SVAM· SVORVMQVE
RECEPIT EGERVNT· LEGATI
AZRVBAL·SVFES ·ANNOBALIS·F·AGDIBII
BONCARTH·IDDIBALIS· F· RISVIL
NNO· AZRVBALIS· FAVCFIARZO
I· AMMICARIS·F· AGDIBIL
L·BALITHONIS·F·SIRNI·

E Neapolitana Metropoli has omnes nunc mittit vir undequaque clariſſimus P. Annibal Marcheſius Oratorii Presb. ab eruditiſſimo viro Franciſco Pratillio Canonico in hunc finem acceptas.

Calatiae.

1

Q. POPILLIO . Q. L
MACRO
HERB. ALTIL. ET LIGNOR
NEGOTIATOR
MAEVIA . MACRINA
FRATRI . B. M

Ibidem.

2

CLODI. FAVSTI
MAG. OLLARI
O . H . S . S

Ibidem.

3

C. FILLI. PRISCI
MARIA. MATER
MISERRIMA
FEC

Ibidem.

4

CAESELLIO . RVFO . ET
. . . MVNNIAE . Q . F . . . .
N . L . MARIO . BASS . . . .
VALERIA . P . L . DOAT . . . .
F . S . ET . S

In vico S. Priſci agri Capuani.

5

EQVITIAE.MEGISTE.PATR
EQVITIAE. DAPHNIDI. LIB
EQVITIAE. AVCTAE. FILIAE
M. EQVITIO. ANTEROTI. FRAT
M. EQVITIVS AVCTVS
SIBI ET SVIS
H. M . S. S . E. N . N. S

Ibidem.

6

L. PERGENNI
RVFIONIS
SECVNDIO
L. DE. SVO

Ibidem.

7

PAMPIO . P . L . LVCRIO
ANNOR . XXII
PACCIA . C . L . LAVDICA
DE . SVO

Ibidem.

8

PACCIVS. TRE
BACIVS
H. S. EST
A . V

In vico Caſapulle.

9

M. POMPONIO
Ɔ L . SALVIO
O . H . S . S

In vico delle Curti.

10

D . M.
TETTI . ALEXANDR
DECVRIONI, CAPVA
TETTIO. EVTHYCHETI
TETTIAE. ASPASIAE
TETTIA. REPENTINA
PARENTIBVS

In vico S. Andreae.

11

P. AELIVS. EVOPVS
AELIAE. TOSINI
VXORI
DVLCISSIMAE
FECIT

In vico S. Petri.

12

L . AELIVS . MAXIMVS
VIVVS. SIBI. ET. MEMORIAE
AELIAE . CHRYSOPOLIS
VXORIS SVAE
BENE . DE . SE . MERITAE
FE CIT

Ibi-

Ibidem.

1

TVDICIAE . M . L . CROTINI
C . SACRATORIVS . CINNA
VXORI . ET SVIS POST

In oppido S. Agathae.

2

SAC
D . M
Q . PVBLICIVS
PRISCINVS . A
MERIAE . IANVA
RIAE . CON . KARISS
BENEMER . SIBIQ
VE . VIVOS . FECIT

Ibidem.

3

D . M . SAC
Q . PVBLICIO
Q . F . IANVAR
FILIO . KARISS
Q . VIX . ANNIS
XXVIII . MENS . V
DIEBVS . XVIII
Q . PVBLICIVS
PRISCINVS . PA
TER . INF . FECIT

In Airolae Castro.

4

. . . .
QVOD AB AGRO IN MVRVM
ET A MVRO IN RIVVM
. . . . DECVRRAT
SEN . CONS . REIP . CAVDI
NOR . ABSQ . NOVI . FE
DER . SPONSION . . . . . .
. . . .

5

DIS MANIBVS
AGILLIAE . SEVERAE
VISIT . ANNIS . XXX sic
M . I . DIEBVS . XXV
BENEMERENTI

6

D . M . S
OFILLIAE
C . FIL . PIAE
FELICVLAE
L . TETTIVS
SECVNDINVS
CONIVGI
B . M . F

Ibidem.

8

. . . .
OLLAS CXL . . . .
AEREAM ET . . . .
LACRVM N . . . .
MINIS AVG . . . . .
EX DEC . D . . . . .
PON . CENS . . . . .

Inter rudera oppidi Calvi.

7

IVNONI
FAVSTINAE
AVG
SAC

Ibidem.

9

O. L. ASIRI H. S. ET
FILI ASIRIONI

Ibidem.

10

. . AQVILIO
COS
. . . TRON . COL
D . D

Consequentes omnes apud Dom. Andream Fraiam, prope Puteolos repertae.

11

D . M
TI . CLAVDIVS
CELER . SCRIBA III
CERERE . STIP . XXIII
VIXIT ANNIS
XXIII . CIVES
PVTIOLANVS
MATIIR sic
PIENTISSIMA

D . M

1

D . M
SESTILIAE IVS
TAE IVLIVS SIL
VANVS CONIVGI
BENEMEREN
TI FECIT

2

. . ESSIVS . VENE . . . . .
. . VENETVS. VETE . . . . .
NVS.EX.CLASSE.SI . . . .
. . FIRMIO.PROTO.ET . . . .
. . AE.MOSCHIDI.ET.LI . . . .
. . BERTAB. SVIS.POSTER . . . .
. . . . MNIBVS.FEC

3

D . M . .
Q. VAL . ALEX . VETE
VERN . OSTE . MIL
ANN . XXVI . VIXIT
ANN . XLVII . Q . VAL
AQVILIVS . FIL
B . M . F

4

D . M
FVFICIAE . FELICISSIMAE
VIX . A . XXI . M . X . D . XXI
PLAVTIA . OENONE . FILIAE
PIENTISSIMAE . B . M
FECIT

5

IVLIAE . ANTIOCHI
DI . FILIAE . DVLCIS
SIMAE . VIX . ANN . III
MEN . VIII . DIEB . XVIII
C . IVLIVS . ALCIDES . FILIE
DVLCISSIME . B . M . FEC

6

D . M
EX . III . CERER . M . IVL
VALENS . VIX . ANN . XXIII
MILITAVIT . ANNIS . III
M . ANTONIVS . VALENS
FILIO . B . M . F

7

D . M
GRATA . STANIANA
FILIAE . DVLCISSIME
QVE . VIXIT . ANN
VII . MENS . IIII . DIEB
IIII . STANINVS . GRA
TVS . PATER . ET MAT
ER . TALIA . GRATA
M

8

D . M . S
A . FIRMIO . VENVLO
QVI . VIXIT . ANN . LXXXII
MERENTI . PATRI . SVO
F . FECER

9

DIS . MAN
C . SVLPICIO . TERI
V . A . XVII . M . XI
D . XX . H . VII
C . SVLPICIVS
SATVRNINVS . PATER
FILIO . PIISSIMO

10

L . MEMMIVS
GRAPTVS . SIBI . ET
IVLIE . FELICVLE
COIVGI . CARISSIME
ET . LIBERTIS . ET LIBERTAB
POSTERISQ . EORVM

D . M

1

D . M . S
C . ARRI . A
PONIANI
TRIERARCHI
CLASS . PRAET
MISENENS

2

. . . .
AVGVSTALIVM . CORP . . .
QVAE . EIS . L . LAECANIVS . . .
PRIMITIVOS . CVRATOR . IPSOR . .
PERPETVVS . EDIT . ITAVT . EX . RED . .
EOR . QVODANIS . DIE . NATALIS . SVIS
. . . I . AN . DIVISIO . FIAT . ET EPVL

3

T . AVFID . ALEXANDER
VIX . ANNIS . LXXXV
AVFIDIA . T . F . PROCVLA
VIX . ANNIS . XXVI
AVFID . CORNELIANVS
ET LVCIA . AVFIDIANA
FECER

4

D . M
LAECANIAE . ONESI
C . LAECANIVS . ZETHVS
CONLIBERTAE . B . M

5

DIS . MANIBVS
L . LVTATIVS . RVFVS
L . LVTATIO . CELERI
FIL . SVO . FECIT . ET VA
LERIAE . SIMIO . CON
IVGI . B . M

6

APOLLINI . SACRVM
Q . TREBELLIVS . RESTITVTVS
FECIT

7

D . MAN . S
TESNEVS . SERAPIAS
NAT . AEGYPT
VIX . ANNIS . XXXII
CONIVXS . ANNIVS sic
BASSVS . III . IOVE
ET SERAPION . FILIVS
EIVS . B . M . F

8

D . M
M . ANTONIVS . LON
GVS EX CLASSE
PRAET . MISEN . ORD
. . . .
MILIT . ANN . XXII . VIX
ANN . LVIII . MEN . IX
PATRONO BENEMER
ENTI FECIT

9

D . M
L . VIRRIDIO CELERI
QVI ET TEMANS . . . . .
. . . . . FILIO DELMAT
VIX . ANN . XXXXIX
MILIT . ANN . XXIII
T . COSCONIVS FIRMVS
III . SOLIS HERES BE
NEMERENTI FECIT

10

CONLEG . DENDROPHOR . ET
CLASSIAR . MISENATIVM
AVRELIO CANVSIO Q . FIL
PRAENESTINO
PATRONO OPTIMO
AE . C . FIERI CENS

11

M . VALERIO MARCIN . . .
III . VENER . SYR . MIL . .
VIT ANN . XVI . VIX . .
ANN . XXXVII . HERES IVL
HERMOGENES IN . . .

In oppido Ducenta.

1

... ALIARIO . IVN . FIL
INCOMPARABILI
QVI . VIXIT . ANNIS
XII . MENSI
BVS . X . DIEBVS
VIII . PAT . FEC

Casertae super montem.

2

✠ HIC REQVIESCIT IN SOMNO PACIS IOANNES
CLARISSIMVS ADVLTVS QVI VIX . AN . PL M
XCII . DEP . SVB DIE ID . MARTIARVM
☧ ... ANNO PC BASILI. V. C. IND. QVINTA. ☧

Ad veterem Capuam.

3

F . LEONTIVS
INNOCENS QVI
VIXIT ANNOS
XXIII . ET MENSIS
V . QVI DEFVN
CTVS EST
KAL SEPTEM
BRIBVS
A ☧ Ω

Subsequentes octo a Cl. Scipione Christophori.

Beneventi apud quemdam artificem.

4

M . ALBIO . M . F . STEL . LEG
XXX . SIGNIFERO
ALBIAE . M . L . HILARAE
CVRTIAE . P . L . CHILAE
EPAPHRODITVS . ET . CELER
LIBERTI . F . C

Puteolis.

5

L . CALPVRNIO L . F . C. CALPVRNIO L. F.
CAPITOLINO
MERCATORES QVI ALEXANDR . ASIAI
SYRIAI . NEGOTIANT

Calatiae extra portam Episcopatus.

6

DRVSO. TI . CAESARIS . AVGVSTI
F . DIVI . AVGVSTI . N . DIVI
IVLII . PRON . CAESARI . COS
PONTIFICI

Ibidem.

7

GERMANICO. TI. CAESARIS. AVG. F
DIVI . AVG . NEP . DIVI . IVLI
PRON . CAESARI . COS . II . AVGVST
D D

Allifis in platea.

8

. . . .
. . SERVILIAE . VIXIT . AN . . . .
. . AEDIVS . SERVILIA . FL . . . .
. . APHRA . AVG . ALLIFIS . O . . . .
. . AC . SACR . IVNONIS . . . SIBI
. . . IAE . MEGISTE . CONIVGI . . . .
. . . MARTIALI . ET . ANTERO . . .
FRATRIBVS . EIVS

Alvignani in Aprutio.

9

M . AGRIPPAE . PATRONO
EX . D . D

Ibidem: accurate, & exacte transcripta.

10

HIC . REQVIESCIT . IN . PACE . MAXI
MINA . IN . L . . . QVE . VIXIT . ANNVS
XXVIII . M . IIII . DIES . XII . DEPOSITA . DIE
IX . TA . EIRIA . G . III . KAL . NOBR . ANN
. . II P . C . BASILI . V . C . INDICTIONE . VIII

Pausilipi apud Dominos Mazzas.

11

D . M
TI . CLAVD . ZENO
NAT . AEG . MIL . CL . PRAET . MIS
EX . IIII . VESTA . VIX . ANNIS
XXXII . MILITAVIT . ANNIS . XII
NERONIVS . FEROX . IIII . FOR
B . M . F

Nea-

Neapoli apud Patres Cruciferos.

I

Τ ΦΛΑΒΙΩΙ ΤΥΙΩΙ
ΕΥΑΝΘΗΙ ΝΙΚΗΣΑΝΤΙ
ΙΤΑΛΙΚΑ ΡΩΜΑΙΑ ΣΕΒΑΣΤΑ
ΙΣΟΛΥΜΠΙΑ ΤΗΣ ΜΓ
ΙΤΑΛΙΔΟΣ ΠΑΙΔΩΝ
ΠΟΛΙΤΙΚΩΝ ΔΙΑΥΛΟΝ
ΑΝΑΘΕΝΤΙ ΕΝ ΤΗΙ ΦΡΗΤΡΙΑΙ
ΑΝΔΡΙΑΝΤΑΣ ΔΙΟΣΚΟΥΡΩΝ
ΣΥΝ Τ ΦΛΑΒΙΩΙ ΖΟΣΙΜΩΙ
ΑΔΕΛΦΩΙ ΤΩΙ ΑΥΤΩΙ ΑΓΩΝΙ
ΤΑΓΜΑ ΝΙΚΗΣΑΝΤΙ ΚΑΙ
ΒΡΑΒΙΟΝ ΛΑΒΟΝΤΙ
ΕΥΜΗΛΕΙΔΑΙ ΦΡΗΤΟΡΕΣ
ΑΜΟΙΒΗΣ ΕΝΕΚΕΝ

In altera basis facie.

ΣΕΟΥΗΡΩΙ ΚΑΙ ΕΡΕΝΝΙΑΝ.ΥΠΑΤ
ΠΡ Ε ΕΙΔΩΝ ΜΑΡΤΙΩΝ
Τ.ΦΛΑΒΙΟΣ ΖΟΣΙΜΟΣ ΚΑΙ
ΦΛΑΒΙΑ ΦΟΡΤΟΥΝΑΤΑ ΓΟΝΕΙΣ
ΧΑΡΙΣΑΜΕΝΟΙ ΛΥΧΝΙΑΣ ΜΕΤΑ
ΛΥΧΝΩΝ ΚΑΙ ΒΩΜΟΥΣ ΔΙΟΣΚΟΥΡ
ΑΥΘΙΣ ΚΑΘΙΕΡΩΣΑΝ

Ad latus.

ΣΕΒΑΣΤΑ in corona.

Super hac praeclara inſcriptione multa commentari poterit, qui eam illuſtrandi animo in manus ſumet. Quid verſus quartus ſibi velit, in promptu non eſt definire. Num inter certamina Ἰσολύμπια quoque Neapoli numerabantur? hoc eſt Olympicis aequalia, nomine ad illorum conformationem compoſito, ἰσόδρομος, ἰσόθεος, ἰσοδύναμος· quod ſi novum videtur, nonne etiam nove dicitur heic Ἰταλίδος? Hanc explicationem ſi admittimus, ſubſequentia ſigla intelligi poſſent τῆς Μάχης *certamine tertio Italico*, vel τῆς Μέρεος *partis tertiae*, vel τῆς Μόρας *tribus tertiae Italicae*. Fortaſſe etiam ΙΣ ἰσελάστικα ſignificat, quamvis numquam viſum ſit id compendium, & quamvis ΕΙΣ incipi deberet, & quamvis honores Iſelaſtici Athletis tantum concederentur, quorum heic non habetur mentio. Plinius Traiano: *Athletae Domine, ea, quae pro iſelaſticis certaminibus conſtituiſti &c.* deinde: *quando ſint in patriam invecti, ſed quando certamine vicerint, ex quo invehi poſſint.* Hoc modo ſi intelligimus, non ΟΛΥΜΠΙΑ ΤΗΣ ΜΓ, ſed legendum erit ΟΛΥΜΠΙΑΔΙ ΣΜΓ *Olympiade ducenteſima quadrageſima tertia*, ut in Gruteriana conſimilis argumenti, & temporis, Aſclepiades *Olympia* vicerat ΣΜ ΟΛΥΜΠΙΑΔΙ *Olympiade ducenteſima quadrageſima*. Verumtamen ſi literas ΙΣ explicamus Ἰσελάστικα, non ΤΗΣ ΜΓ legere debebimus, ſed ΤΗΣ ΛΓ, nam in ſecunda inſcriptionis parte parentes poſt annos aliquot oblationem iteraſſe, adſcripti Conſules docent. Scabra, & exeſa marmora ſaepe oculos fallunt.

lib. 10. ep. 119. · Grut. 314. 1.

2

Γ ΚΑΛΠΟΥΡΝΙΟΣ
ΦΗΛΙΞ
ΤΑΧΡΕΙΣΜΑΤΑ ΚΑΙ ΤΗΝ ΟΡΟ
ΦΗΝ ΚΑΙ ΤΑ ΕΞΩ ΤΟΥ ΑΓΟΡΕΥΤΗΡΙΟΥ
ΤΗΙΔΙΑ ΔΑΠΑΝΗ ΦΡΗΤΟΡΣΙ ΠΑΝΚΛΕΙΔΩΝ

Caius Calpurnius Felix fulcimenta, & tectum, & quae extra Forum ſunt, impenſa propria Tribulibus Panclidarum *dicat*. Patet, legendum eſſe ΕΡΕΙΣΜΑΤΑ.

3

Μ ΚΟΚΚΕΙΟΣ....
ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΣ ΚΑΙ....
ΣΥΝ ΤΟΙΣ ΙΔΙΟΙΣ ΤΕΚ....
ΤΙΤΙΩ ΑΚΙΛΕΙΝΩ
ΚΑΙ ΦΛΑΥΙΩ ΚΡΗΣΚΗΝΤΙ
ΤΟΝ ΣΚΥΦΟΝ ΕΚΔ..
....
ΘΕΟΙΣ ΦΡΗΤΟΡΣΙ ΚΥΝΑΙΩΝ

Scyphus Diis Tribulibus Cynaeorum a Cocceio, & ab eius natis Titio Aquilino, & Flavio Creſcente oblatus quo pondere, & cuius pretii fuerit, obſcurae, & detritae lapidis notae nos ſcire vetant.

4

ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΑΙ
ΧΑΡΙΤΩ ΣΑ ΖΗ
ΣΑΣΑ ΕΤΗ ΙΔ ΗΜ. ΛΓ
ΑΝΕΠΑΥΣΑΤΟ
ΠΡ.Ι ΚΑΛ ΜΑΙ

Ante primam Kalendarum, hoc eſt pridie Kalendas.

Augustae Taurinorum.

1

IMPERATOR CAESAR
CLAVDIVS IVLIANVS
PONTIFEX MAXIMVS
SEMPER AVGVSTVS

Columna in ipsa Urbe nuper eruta, & ab erudito Regalis Academiae a Secretis Dom. Filipponio perhumaniter missa.

Vicetiae.

2

M. ABONIVS. ACANTHVS. IIIIII VIR. AVG
AD. CENSVS. COS. IN. MEMORIAM
. . . .

Subsequentes duas exscripsit in Graecia Cl. P. Petrus Martyr Calomatius.

In Antigonensium colle ad Ecclesiae ianuam.

3

C. PINNIVS C. F
FAL AGRIPPA
VIXIT ANNIS
XXII

Inter Athenarum rudera.

4

ΙΟΥΛΙΑΝ ΘΕΑΝ ΣΕΒΑΣΤΗΝ ΠΡΟΝΟΙΑΝ
Η ΒΟΥΛΗ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΠΑΓΟΥ ΚΑΙ Η ΒΟΥ
ΛΗ ΤΩΝ ΕΞΑΚΟΣΙΩΝ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ
ΑΝΑΘΕΝΤΟΣ ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΤΟΥ ΑΥΛΟΥ ΜΑΡΑ
ΘΩΝΙΟΥ ΑΓΟΡΑΝΟΜΟΥΝΤΩΝ
ΑΥΤΟΥ ΤΕ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΜΑΡΑ
ΘΩΝΙΟΥ ΚΑΙ ΚΟΙΝΤΟΥ ΝΑΙΒΙΟΥ
ΡΟΥΦΟΥ ΜΕΛΙΤΕΩΣ

DUm haec imprimuntur, & fatigant praelum, accidit Musis faventibus, ut P. Eduardi Corsinii, Schol. Piar. Reg. Cl. & in Pisana Academia Professoris, de Fastis Atticis tomi duo, & Dissertationes Agonisticae in manus deveniant meas. Explicare vix potis sum, quanta perfusus sim voluptate, nostri temporis Scriptorem nactus, illustribus anteactae aetatis viris merito accensendum. Quaecumque a me alicubi tradita admisit ipse, & probavit, in tuto posita censeo: quae vero nequaquam recepit, immo data opera, honestissime tamen, oppugnavit, vel propugnare conatus sum pag. 400, & 401, vel modo quae afferri ad tuitionem possint, cursim innuere pergo.

Epictetam meam Lacedaemonem nequaquam fuisse contendit; quapropter mensium nomina ibi memorata non Laconibus, sed potius Aeginetis tribuit. Cur id marmor Laconibus tribuerim, expono. In perillustri domo, in qua Venetiis a ducentis fermc annis cimelium custodiebatur, nomen quo indicari solebat, per veterem traditionem transmissum, erat *la Piera de Mistrà*; quoniam, dicebant, *Misitrae* repertum fuit: ita Spartam appellant recentes Graeci. Hoc nomine acceptam incipere inscriptionem vidi, Ἐπὶ Ἐφόρων τῶν σιὼ Φοιβοτέλει, secundam vero eius partem, Ἐπὶ Ἐφόρων τῶν σιὼ Ιμέρτῳ. Testamentum Dorica dialecto perscriptum est, qua Lacedaemones usos norunt omnes. His indiciis permotus Epictetae Lacedemoniam civitatem non abstuli. Scaliger in Indice Gruteriano Cretensem maluit; eapropter tria illa mensium nomina Cretensibus dedit. Alia impulsus ratione non potest credi, nisi quia Laconum coloniae in Cretam aliquando migrarint. Oxoniensium marmorum illustrator *Laconum Decretum* inscriptionem appellavit. Cl. Chishull in *Antiquitatibus Asiaticis* ignotae urbis esse ait, *sed Laconicae certe originis*. Cl. Corsinius Spartae abiudicat, quoniam eius urbis peculiares formulae, & voces, ac vocum inflexiones heic non adhibeantur. De solennibus quidem formulis nihil constat; voces vero vetustissimas, plebeiasque vocum inflexiones cur in nobili hoc instrumento quaerimus, quod neque primaevae illius aetatis est, nec plebeia locutione conscriptum, sed ea, qua legales homines in actis solennibus utebantur. In Longobardiae pariter Civitatibus sicuti populus loquitur, nequaquam scribimus. Cretensia, Sicula, Corcyraea monumenta si inspicimus, peculiaris earum Insularum dialecti vestigia quaedam deprehendimus quidem, sed nec tam crebra, nec a communi Dorismo tam remota, ut sensus apprime non percipiantur: minime autem perciperetur quod Laconismis a Meursio collectis exaratum fuisset. Singularis Laconicae linguae proprietas fuit, in publicis etiam actis adhibita, canina litera dictiones claudere: Τιμόθεορ ὁ Μιλήσιορ

tom. 2. p. 458.

pag. 14.

pag. 27.

p. 125.

σιορ παραγινόμενορ in Laconum pſephiſmate a Boethio allato. Pſephiſma illud quattuor ferme ante Chriſtum natum ſecula rogatum fuiſſe, colligi poteſt e Diodoro. Tam veteris attamen Laconiſmi egregium ſervat inſcriptio noſtra veſtigium in voce Αʹρτυτὴρ, in libro nullo, & in nullo alio monumento viſa. Αρτύνοι Senatores ſelecti apud Epidaurios ex Plutarcho: Αρτύναι Magiſtratus primores Argis ex Thucydide. Canina litera addita Laconum dialectum perſpicue patefacit.

Animadvertit praeterea Cl. Auctor noſter, plurima in Epictetae marmore occurrere, *quae a ſeverioribus Laconum inſtitutis perſpicue abhorrent:* quod forſan valide opponi arbitrarer, ubi Lycurgi aevo, vel proximis Lycurgo ſeculis teſtamentum hocce inciſum fuiſſe, quiſquam iactaret. At Lycurgus ante Olympiadem primam floruiſſe reputabatur; Lacones autem Perſis in Graeciam irrumpentibus adeo iam ab Lycurgi inſtitutis, Polybio teſte, defecerant, ut urbes l 6. p. 492. aliquas ipſis tradiderint, χάριν τῶ χρημάτων εὐπορῆσαι, *ut redundarent pecuniis.* Eo denique devenerunt, Plutarcho tradente, ut *prorſus poſthabitis Lycurgi legibus, nihil amplius priſcorum* Lac. Inſt. *inſtitutorum ſervarent :* μηδὲν ἔτι σώζοντες τῆς πατρίου ἀγωγῆς· Addi poſſet, ab ipſius Lycurgi placitis teſtamentariam inſtitutionem hanc aut nihil fortaſſe deflectere, aut parum. Luctum undenis diebus is circumſcripſerat: ac de luctu inſcriptio noſtra nequaquam agit, nec mentionem facit. Agit de apotheoſi, ut ita dicam, nobilium quorumdam inter Heroas relatorum, & de anniverſariis ſacris in eorum, & in Muſarum honorem a cognatione tota peragendis, Muſarum, atque Heroum ſacerdotio Andragorae in hunc finem delato. Verbum eſt unum, quod ego quoque in opella *Traduttori Italiani* triginta ab hinc annis emiſſa ad lamentationem retuleram, σωυαχθήσϋντι· ſed *ad condolendum* pecuniae non requiruntur, requirebantur autem ad congregandos, ut ſacrificium ſolenne fieret, affines omnes. Omnino ergo patet σωυαχθήσϋντι non a verbo σωυάχθομαι, *condoleſco*, ſed a σωυάγομαι *congregor* Dorice deductum eſſe. Εκεῖ σωυαχθήσονται οἱ ἀετοί· *illic aquilae congregabuntur* Matt. XXIV. 28. Inſcriptio ipſa paulo ante: σωυαγαγὲν (Dorice pro σωυαγαγεῖν) Κοινὸν, *congregare Commune*.

Praeceperat Lycurgus, iis ſolum monumenta erigerentur, qui pro patria occubuerant. At idne ſervari poterat, poſtquam Graecia omnis in Romanorum poteſtatem devenerat? eam profecto temporis periodum inſcriptio noſtra credibile non eſt antecedat. Statuit Epicteta, ut virorum mulierumque coetus quotannis cogatur, & convivium celebrent. At convivium religioſum erat, & ſacrificio annexum; mulieres vero arcto ſanguinis, aut cognationis vinculo coniunctae. Idne im- Plut. p. 47. probaſſet Lycurgus, qui puellas nudas certis ſolemnibus ſaltare, & canere inſtituit, τῶν νέων παρόντων ἢ θεωμένων; Convivia vero admiſit, & praecipue commendavit, ſed ſobria, & parca. Iſti- p. 46. & 55. uſmodi autem Epicteta conſtituit, nam expenſam limitat, & ciborum qualitatem, ac menſuram. Αʹλφίτων μέδιμνον, πυροῦ πέντε μνᾶς, Lycurgus praeſcripſerat: ἑλλύτας ἐκ πυρῶν χοινίκων πέντε, ἢ τυροῦ ςατῆρος Epicteta. Vide quae in adnotationibus libello *Traduttori* adiectis olim diximus. Parce profecto res gerebatur, ubi trium dierum ſacrificia, & tot convivarum coenas ducentis ac decem drachmis expedire oportebat: ſex obolos efficiebat drachma.

Ephororum Magiſtratus etiam in quibuſdam aliis oppidis viguit, ſed in illis unum fuiſſe Eponymum, ut de Spartanis ſcimus, & in noſtro lapide Phoeboteles prius, exinde Himertus declarantur, non conſtat. Heracleae in magna Graecia ex inſcriptione, quam edidi, unus tantum videtur eo nomine ſine collegis praeſediſſe. Meſſeniorum Ephorum Scironem memorat Po- lib. 4. lybius, qui Ephoros reliquos probitate antecellebat non gradu. At cur quaeſo qui lapidem noſtrum Spartae eripere contendunt, Aeginae largiri volunt? Gudius in iterata Gruteri editione praemittit: *ex Aegina allatum colligo e nominibus menſium*; cum unum ſolummodo ex tribus ab Aeginetis uſurpatum fuiſſe, Pindari Scholiaſtes tradat. Sic Hecatombaeonis nomen Laconicis, & Atticis fuit commune. Ephoros Aeginetis tribui poſſe, *quod Lacedaemonum colonia* p. 393. *forent*, ne dicamus, nam optime Corſinius *Pau-* p. 456. *ſania teſte Argivorum colonia fuerunt*. Caeterum diligentius, atque aptius caeteris omnibus multiplices & varias apud Graecos menſium denominationes ipſum congeſſiſſe, quis neget?

Locus alter eſt, de quo eximius hic auctor me coarguit, quod Aegyptios anni ſui formam deſerere numquam imperatos fuiſſe, dixerim. Volumini non exiguo argumentum hocce ſuppeditare materiam poſſet, tot ſunt quae perquirere oporteret, tot creantur ambages a veterum auctoritatibus, quae confligere videntur inter ſe, totieſque haec pertractantes ſummi, praeſtantiſſimique viri decepti ſunt. Heroibus Scaligero, Petavio, Dodvello, Noriſio non niſi invitus, & magnos honores praefatus contradixi. Nec tamen neminem omnino a mea cauſa ſtare, conceſſerim. Perdoctum Nicolaum Averanium, cuius opuſculum de Menſibus (quod mihi praeſto non eſt) impenſe Corſinius laudat, e duobus, quos ipſe citat, locis, meae prorſus ſententiae faviſſe video. In Gallia eodem pene tempore, vel paulo poſt quam Epiſtolae prodierint meae, percelebris etiam Bouhierii libellus prodiit, *Explication de quelques marbres*. In eo de inſcriptione eadem cum ageret; opinionem eamdem proponit, nec ea quidem moderatione qua uſus ego fueram, qui communem ſententiam *in dubium non una de cauſa revocare dixeram*, ſed Aegyptios annum Iulianum

num minime acceptaſſe ſtatuit, *quoique la pluſ-*
pag.41. *part de Chronologiſtes ſuppoſent le contraire : il faut eſperer qu'ils ouvriront enfin les yeux ſur cet article.* Si vir doctiſſimus meam epiſtolam viderat, aut ſententiam noverat, ab illo comprobatam fuiſſe ſuperbio; ſi non viderat, in eamdem illum per ſe deveniſſe, aeque mihi gratulor. Quid quod Cl. Corſinius ipſe, poſtquam pro recepta hactenus ſententia certavit, illam demum magna
p.399. ex parte deſerit, & *Alexandrinos ſaltem novam Romanamque civilis anni formam uſurpaſſe*, cen-
l.51.p. ſet: quamvis Dio in ipſa ferme periodo, ubi id
457. imperatum volunt, τῶν Αἰγυπτίων ἐπινίκια nominet, non Alexandrinorum.

Ut quae ſcripſi tuear, quaedam obiter attingam. Nemo, opinor, inficias ierit, me hac ratione non oſtendiſſe, qui potuerint, imo qui debuerint Hebraeorum ſcenopegia in Phaophi diem xxv eo anno incidere, quod eveniſſe inſcriptio docet, & quod, ſi poſt Alexandriam captam Aegyptii Iuliana methodo utebantur, evenire nullo modo poterat. Huius nodi ſolutio aſſerti veritatem comprobat. Qui reiicere, atque adverſari vellet, quo alio cogitato inſigne monumentum intelligi, atque explicari poſſit, afferre tenebatur.

Percurrat oro, qui iſtiuſmodi deliciis capitur, huius voluminis paginas 342. 343. Plinium attuli ſic loquentem: *Mechiris Aegyptii intra diem ſextum, quod fit intra Idus Ianuarias noſtras.* Veſpaſiani ergo aetate cum Romani diem numerarent XIII. Aegyptii numerabant VI. Cenſorinum attuli, qui anno Chriſti CCXXXVIII tradidit, diem primam Aegyptii menſis Thot fuiſſe ante diem VII Kal. Iul. cum *abhinc annos C* ante diem XII Kal. Aug. fuiſſet. Paucis extricat ſe ſe ab his & ſimilibus locis eruditus adverſarius,
p. 397. aſſerens Auctores illos *non de civilibus*, *ſed de arcanis ſolum*, *& Aſtronomicis annis* loqui. Quid anni arcani ſint, mihi arcanum eſt: ſed quoad Aſtronomicos, animadverti velim, nihil prorſus ad Aſtronomiam pertinens ibi referri, ſed popularem dierum numerationem Auctores illos memorare. Quin mirum mihi ſemper viſum eſt, Aſtronomis mobilem, & retrogradum annum ab eximiis Scriptoribus tribui: nihil enim minus Aſtronomicum videtur mihi, quam ſex horis neglectis, Solarique curſu diminuto, annum mancum, incompletumque conſtituere. Idem
pag.28. Cenſorinus: *Aegyptiorum annus Civilis ſolus habet dies CCCLXV ſine ullo interkalari.* Intercalabant ergo, hoc eſt reſiduas horas utique interponebant, ut ad eos pertinebat, Aſtronomi, & Civilis annus *ſolus* neque horas neque diem ſuperaddebat. Annum mobilem *vagum* non appellavi, quoniam huc illuc nequaquam oberrabat, ſed conſtanti regula, ſemperque unifor-
Cenſ. ibid. mi recedebat: *eoque fit, ut anno MCDLXI ad idem revolvatur principium.* Mirum itidem videtur mihi, inſignes viros tunc annum Romanum, qui kalendis Ianuariis inchoabat, Aegyptios amplexos eſſe, aſſerere, cum a die XXIX Auguſti annum inchoare, ut ipſi putant, iuſſi ſunt.

Gruterianum elogium, in quo pridie nonas 314.2.
Martias menſis Pachon undecima dicitur, nihil evincit: neque enim eas dies perpetuo congruiſſe, eaſdemque fuiſſe declarat, ſed docet illo anno ſic accidiſſe. Dies, qua Serapidis cultores Emben honorarunt, ſexta Martii Romanis erat, Alexandrinis Pachon undecima. Conſideratio haec obiectationes conſimiles diluit omnes. Quae ex Anthologiae libro primo laudantur, auctoritates non reperio. Verum ad huiuſce negotii cardinem, etiamnum ni fallor intactum, accedamus demum. Non poſt Actiacam victoriam ſolum, ſed & ante illam, & ab iis uſque temporibus, quibus, ex Herodoto πρώτους Αἰγυπτίους ἀνθρώπων l.2.p.89
ἁπάντων ἐξευρέειν τὸν ἐνιαυτὸν, *omnium primi Aegyptii invenerunt annum*, veram eius periodum noverunt, & ad notationem temporum adhibuerunt. Quomodo potuit aliter credi, dum Macrobio teſte *anni certus modus apud ſolos ſemper Aegyptios* Sat.l.1.
fuit? Suſpicari forſan quis poſſet, horas ſex fuiſ- c.12.
ſe neglectas e Diodori loco, ubi Oſimandiae l.1.p.46
circulum memorat in ſpatia 365 diviſum; ſed idem ibidem docet, diei quadrantem a Thebaeis adiectum fuiſſe, atque interpoſitum. Vide & Strabonem lib. XVII. Sine anno certo & fixo qui potuiſſent per tot ſecula rerum & geſtorum memoriae conſignari? qui potuiſſent leges in vitae uſus ſingulis aptari tempeſtatibus? eodem enim menſe, modo ea Caeli conſtitutio arriſiſſet,

Qua rubicunda Ceres medio ſucciditur aeſtu, Georg.

modo illa cruduiſſet,

Cum nix alta iacet, glaciem cum flumina tradunt.

In haſce rerum perturbationes ob intercalationis defectum quis putet incidiſſe Aegyptios, de quibus Horus Apollo diſerte tradidit: τετραετηρίδος l.1.c.5.
περιοσὴν ἡμέραν ἀριθμοῦσιν· *quarto quoque anno ſuperaddunt diem.* At non de eiuſmodi anno heic agitur, neque de illo inſtituta diſputatio eſt. Gemini, egregii Auctoris, verba, quae protuli, non ſatis expenſa ſunt. Illa quidem, non ut eius auctoritate methodum longe poſt eum uſurpatam demonſtrarem, attuli, ſed ut de ratione, cur annum etiam peculiarem alium admitterent Aegyptii, quem retrogradum vellent, conſtaret. En ipſa verba. *Menſes enim duodecim* Cap.6.
triginta dierum conſtituunt, & dies quinque adiiciunt: quartam non ſuperaddunt, ut Feſta ipſis retrogradiantur. τὸ δὲ δ̄/ᾱ οὐκ ἐπάγουσι, ἵνα αὐτοῖς ἀναποδίζονται αἱ ἑορταί. Docet ibidem, ut alias ſcripſi, idem Auctor, non placere Aegyptiis, τὰς θυσίας τοῖς θεοῖς μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ γίνεσθαι, ἀλλὰ διὰ πασῶν τῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ ὡρῶν διελθεῖν, *ſacrificia Diis ſecundum idem anni tempus fieri, ſed per omnes anni tempeſtates procedere*, eaſque ſingulas ab illis paulatim, & ſenſim quodammodo conſecrari.

crari. Haec ergo methodus a religione oriebatur, & annum, non ad tempora dirigenda adhibitum, ſed religioſum, atque ut apud nos diceretur, eccleſiaſticum conſtituebat, Sacerdotibus propterea non Aſtronomis imputandum. Anni autem Aegyptii denominationem obtinebat, tum propter dignitatem religionis, tum quia Aegypto peculiaris erat, nec nationibus aliis communis.

Quiddam haud diſſimile liceat inter Hebraeos animadvertere. Eorum annus ſacer, & Eccleſiaſticus conſtans, & fixus pariter nequaquam fuit, nec eorum Feſta eadem ſemper anni die celebrabantur; primi enim menſis initium ab arbitrio Synedrii, vel Archiſynagogi dependebat. Optime Scaliger de Emendatione tempo-
p. 104. rum: *Conſiſtorium iudicum neomenias indicandi ius habebat, ad quod etiam pertinebat ius ἐμβολισμȣ̃, hoc eſt menſes intercalandi*: intercalatio autem e temporum varietatibus varie deſumebatur, ita ut modo contraheretur annus, modo intercalatione prorogaretur. In die *menſis Februarii ſecundi*, per emboliſmum additi videntur explicari poſſe verba החדש השני Samuelis lib. I. xx. 34. At proptereane anno fixo, ceteriſque gentibus communi ſtipulationes concipientes, aut hiſtorias conſcribentes Iudaei non utebantur? Contrarium perpetuo docent ſacrae paginae, Ioſephus, Philo. Colligi, ni fallor, ex his omnibus poteſt, ad rem noſtram non facere Dionis locum, cui hactenus Chronologi innixi ſunt. Quis enim credat, cum decrevit, non quidem *Caeſar Auguſtus*, ſed in eius honorem Senatus, diem, quo ab illo Alexandria eſt capta, ἀγα-
151 p. 457. θὴν τε εἶναι *fauſtum haberi*, καὶ εἰς τὰ ἔπειτα ἔτη ἀρχὴν τῆς ἀπαριθμήσεως αὐτῶν νομίζεσθαι, *& futuris annis eorum numerationem ab ipſo ſumi*; quis inquam credat, Aegyptiorum religionem Senatum infringere voluiſſe, & eccleſiaſticum eorum annum tollere, ac abolere? Nihil aliud eo decreto iniunctum eſt, niſi ut ab illo ſolemni die nova epocha ceteris adderetur, ita ut cum facti alicuius tempus referretur in acta, poſt conſuetam æram addi deberet, *& poſt Alexandriam ab Auguſto captam annis tot*. Sacerdotalem, & retrogradientem annum non Romani ſed Chriſtiana religio ab Aegypto expulit, & abolevit.

NOva altaris aedificatio, quae in Cathedrali Eccleſia modo Veronae fervet, marmoream hodie nobis arcam detegit, ad Chriſtianum uſum iampridem translatam. In eius facie nunc obverſa, maximis literis.

P. IVLIVS. APOLLONIVS
SIBI. ET ATTIAE. VALERIAE
CONIVG. OBSEQVENTISSIMAE

Inſerius literis minoribus, ac minus venuſtis.

✠ THEODORI CORPVS VERONE PRESVLIS ALMI
HOC IACET IN TVMVLO CONSCENDIT SPIRITVS ASTRA

Secundae inſcriptionis tempore figurae inſculptae ſunt, quae viſuntur ad latera. Tertia demum additur.

SIC. EST. VT. CLERVS. VIDIT. POPVLVSQVE. FIDE
LIS. MILIE. QVADRINGENTIS. NOVEM. ET
OCTOGINTA. SVB. ANNIS

Vide Ughellium ubi de S. Theodoro Epiſcopo. In averſa vero facie haec habentur.

P. IVLIVS. APOLLONIVS. SIBI
ET. ATTIAE. VALERIAE. CONIVG
OBSEQVENTISSIM. VIVVS. PARAVIT
EIVSQ.... CORP. IN. ARC. CONDIDIT. ET
LOCVM.... DEDIC

Ubi lacunas vides, literarum ſegmenta ſuperant, ex quibus aegre quaenam ſingulae fuerint, eruas. Ediderat Saraina EIVSQVE DEI. Inciſum videtur fuiſſe EIVSQ DEF. hoc eſt *Defunctae*. Verſu ultimo Saraina, Panvinius, Gruterus SERVIO. Vere ita ſculptum fuiſſe, literarum adhuc ſuadent reliquiae. Vide quae diximus pag. 165. Ibi *Viro ſuo Dicat*, idem eſt ac parat, deſtinat, dat. Heic autem *Locum Servio Dedicat*, idem eſt ac amico, aut conſanguineo locum in monumento permittit.

Romae.

M A R I V S. V I T E L
L I A N V S. P R I
M I T I V A E. C O
I V G I. F I D E L I S
S I M A E
A A I K C B B I N

Ave Anima Innocens, Kariſſima Coniux Bibas in Chriſto: pro *vivas*. Sic in Gruteriana 1110. I. *Petrei bibas*. Arca eſt pluribus animalium figuris, aliiſque ſculpturae ornamentis nobilitata. Nuper eruta extra Salariam portam in Coemeterio, ut recte coniicitur, Priſcillae. Miſit Cl. P. Mattheus Panizzonius S.I.

Vero-

Veronae in Confessione S. Ioannis in Valle.

AD.

ADDENDA
ET EMENDANDA

Ad quae ut recurrat humanus Lector rogatur, cum in aliquid minus probandum legendo incidit.

PAg. 36. *in fine*. praeſtantia. Regio fortaſſe, aut oppidum erat eponymis Diis conſecratum: ſic in Armenia τὴν Μαναΐτιν χώραν θεῷ τινὶ ἐπωνύμῳ ἀνακειμένην. Gentem τῶν Μοσυνοίκων memorant Strabo, & Diodorus. Dii Epichorii quandoque plurali numero: vide pag. 68.

P. 37. c. 1. Mirificum profecto videtur, fuiſſe

P. 43. c. 1. Nemeaeorum (vel Nemeorum velis.)

P. 55. c. 2. ut quaedam in iis detegerem, ac pernoſcerem,

P. 56. c. 2. abolere vetuſtas (mihi quoque iniuſſum carmen proſiluit) quatuor

P. 63. Oxonienſibus afferatur. Ab iis libris deceptus eſt nuperus quoque, & eximius Auctor in faſtis Atticis t. 2. pag. 143. Viri docti qui lapidem non inſpexere, minime penſitarunt, inter certantes curſu, ac lampade, & Coſmetas, ac Gymnaſiarchas coniunctionem interceſſiſſe nullam.

P. 77. c. 2. v. 9. Stephanus numquam diſtinguat.

P. 89. c. 2. Poſt MIRINI puto ſequebatur *L.* hoc eſt *libertus*.

P. 90. c. 2. *Dicite Pontifices*,

P. 100. prope finem: Λίπαξος. in Hiſpania ex Itinerario *Ilipa*, & *ad Lippos*. *In fine*: Conſimile Galbae Diploma, verum ſeptem aliis militibus datum, quod Neapoli Arnolfinius miſerat, & in Blanchinii adverſariis inveneram, edidi *Scrittori Veroneſi* pag. 170. Iterum in Novo Theſ. 307. 1. ſed illa omnia, *Duxerint ſinguli ſingulis. Deſcriptae, & recognitae, in via qua F fixa Romae in Capitolio ad arma*, dele, atque ut exhibui, & in hac noſtra quoque habetur, refige, & ſuis locis repone.

P. 110. c. 1. v. 48. perſcriptae ſunt

P. 116. c. 1. Meneniam vides, in qua Vicetini cenſebantur.

P. 123. c. 1. Legatarius fecit. Seſtertios nummos mille ducentos. Dele *duo millia*.

P. 125. c. 2. memorans legitima. Praeſtantiſſimae

P. 126. c. 1. Gruterus recte: *in*

P. 147. c. 1. v. 10. millia XII. alicui legat,

P. 166. c. 2. v. 22. videri voluit. Perſtare idem non videtur, qui tam benigne incoeperat pag. 92. *Deventum eſt ad par egregium Italorum &c.* Quamvis autem deſinere valde aveam, duo verba me adigit ſuperaddere, qui praeter Italicam, prolixam iterum eruditamque Cl. Muratorii Diſſertationem mihi oſtendit, qua Theſauri ſui tomum I. claudit. Maxima, quae me ſemper habuit, eius viri opinio, ut illas negligam, inobſervataſque tranſmittam, non
ſinit. Primum a Gutherii ſententia quantum
abſit mea, ipſe, oro, diiudicet. Gutherius: De iur. man. l.
opere tectorio ſepulcra exornare idem eſt, ac ſub 2. c. 28.
aſcia dedicare: deinde rurſus: *ex his facile intelligitur, ſub aſcia dedicare idem eſſe, ac opere tectorio marmorato vel albario ſepulcra exornare*. Ego vero, *nihil aliud ea formula, &*
aſciae figura ſignificari voluiſſe, dixi, *niſi ea* Gall. Ant. p.
monumenta de novo fuiſſe excitata, & nemini 54.
antea patuiſſe. Idemne praeſtat, qui murum dealbatum fuiſſe monet, ac qui monumentum pro defuncto illo aedificatum fuiſſe docet, nec illi *loca publica* adſignata, *inopum deſtinata*
funeribus, ut Aggenus Urbicus loquitur? Hinc p. 60.
ſatis iam conſtat, plurima contra me allata, ad rem non facere. Percurrantur tantummodo, Epiſtola inter Galliae Antiquitates undecima, quae in hac volumine interſeri debebat, & Obſ. tomus quartus p. 224. ubi aſciae figuram exhibui, quam P. Menetrierius comprobat, qui Lugdunenſes omnes ante oculos habuit. Nihil etiam faceret *Saxum dedicatum* pro ſepulcro, etiamſi legitima eſſet lectio, ut certe non eſt, lapidario ſtylo, & lapidibus omnibus refragantibus. Doctis Amſteldamenſi-
bus, & Lipſienſibus, qui ab Epiſtola ſupra- v. Obſ.
dicta *ſolutum aenigma* adſeruere, calculum ad- p. 239.
deret ſuum Salmaſius, ſic pronuntians: *dice-* ad Hiſt.
batur opus aliquod ſub aſcia dedicari, quod aſcia- Aug. p.
tum dedicabatur: hoc eſt perfectum, & per- 323.
politum: *paries tectorio politur*, Vitruvius. Dedicabatur, hoc eſt, eius inchoabatur uſus,
ut etiam Alexander Donatus iampridem ſic de Urb.
docuit: *hoc enim dedicare eſt, aliquod publice ſplen-* Ro. l. 3.
didum ac magnificum primo fabricae uſu exhi- c. 7.
bere. Nuper Boſii Romam Subterraneam evolvens, in tria Chriſtiana monumenta incidi aſciae figura inſignita: paganam ergo precem ea neutiquam involvebat, ſpinas, & virgulta extirpandi, ne gravarentur oſſa; ſed de novo conſtructum illi unice corpori monumentum dicatum eſſe, admonebat; quod etiam ab Evangeliſtis adnotari meruit. Sepulcra religioſum reddebant ſolum, hoc eſt a vomere, & a ligonibus ſecurum, & intactum: qui ergo fieri poterat, ut ligone identidem purgari vel-
lent? Praeponitur, *teſtibus* hoc confirmandum p. 542.
fuiſſe: at tot habeo teſtes, quot ſuperſunt lapides ſolemnem illam formulam praeferentes, *in fronte pedes tot, in agro pedes tot*: nihil ſcilicet aliud ea ſignificabatur, niſi quouſque ager ſacer eſſet, & a cultura immunis. Tul-

lib. 2. lius de Legibus : *cum multa in eo loco sepulcra fuissent, exarata sunt; statuit enim collegium, locum publicum non potuisse privata religione obligari*. Solum ergo quod aratro vertebatur, exsolvebatur a religione sepulcrorum; quid autem quoad religionem interfuisse putabimus, inter illos qui aratro verterent, & qui ligonibus foderent? Poetam reperit eruditus adversarius, qui colonum sic exorabat;

Ne patiare meis tumulis increscere silvas;

Idem ego epigramma Dertonae olim in Episcopio exscripsi, pro viro alio adhibitum, sed tres postremos versus non habens. Affert Gruterus, apud quem *Scilicet* loco *Sit licet*, & PE
1139. 13. ...NO, loco *P. F. Oculino*, & *T* sub finem redundante. Neque tamen carmen impugno, aut reiicio, sed illo *silvas*, quae tumulum occuluissent, conserere vetabatur. Propertium contrapono:

Et sit in exiguo laurus superaddita busto;

Tum Martialem :

Sed fragiles buxos, & opacas palmitis umbras
Accipe care puer.

Ac de iis, qui non secus vias in agris communibus, sed in privatis hortis tumulati fuerant, ligonibus attamen absistentibus, Ausonium:

Hippothoum, Pyleumque tenet gremio infima tellus,
Caulibus, & malvis terga superna virent.
Nec vexat cineres horti cultura quietos,
Dum parcente manu molle olus excoquitur.

de Asc. p. 216. De alterius viri clarissimi sententia, cui *haec sola significantia videtur vera, ut sub ascia idem sit, quod quamdiu asciae usus erat*; hoc est, *inter*
p. 243. *ipsum structurae opus mortuum ibi collocatum fuisse*; & id etiam monitum, *opus esse pontificio, aut principali permissu, ut monumentum illud reficiatur, hoc est finiatur*; non est cur post ea quae diximus, proloquamur. At ego quidem iam absisto

ad Aen. 12.375. P. 171. c. 1. v. 23. longas esse. Servius : *Li longa est, & accentum habet*.

v. 39. intelligere non est. Circumflexus occurrit numquam, quamvis eo quoque Romanos usos esse, indicet Servius : *on circumflectitur, nam cum per apostrapham apocopen verba patiuntur, is qui in integra parte fuerat, perseverat accentus*.

P. 179. c. 2. v. 24. fuit resarcire. Quartus habere etiam potuit, CVM EO FECIT, & quintus FILIVS.

v. *ult.* amandare praestat. Martyrem istum *Palmatium* non appello, ut sit in Epistolis Epigraphicis pag. 12. non solum quia Palmatia gens nondum innotuit, sed quia cum Consules unico verbo indigitantur, eorum proprium cognomen recitatur, non gentilitium pluribus commune nomen.

P. 186. c. 1. v. 52. vidisse non succurrit. *Deinde*, nullae nos docent.

P. 203. c. 2. v. 12. uteretur, mirantur quam plurimi;

P. ead. v. 16. *similem sui*. Non praetermittam &c. *quae intermediant delendo*.

P. 206. c. 1. v. 51. optimae ex eorum primo eruuntur.

c. 2. v. 34. quem ipse, puto, non vidit,

P. 207. c. 2. v. 44. in Italiam attulisse; oppida quibus Fori nomen datum est, iudiciorum sedes fuisse; Aegyptiam anni methodum Augustum abrogasse. Quid alia plura

P. 209. c. 1. inscriptiones quam multas.

P. 237. c. 2. fautores intellige ac benevolos, & obsequentes. Servius : *Dicitur etiam Obsequens* ad Aen. 1.724.
Venus, quam Fabius Gurges post peractum bellum Samnitium ideo hoc nomine consecravit, quod sibi fuerit obsecuta.

P. 239. c. 1. in fine *inducitis Deorum*: Cum viri docti iudicaverint legendum SILVANO, eruditus quidam ad Equitem &c. literas dedit, obtestans, *Caetera quae heic intermediant dele*.

P. 248. Insc. 2. Versus quintus praetermissus est, qui in Obs. t. 1. p. 203. apparet,

MVN. SEPT. APVL

& in adnotatione post *solent*, sequebatur. Nec Alba Iulia, nec Alba Augusta, antiquitus ei nomen fuit. Valentinus non *Municipii Patronus* dicitur, sed Collegii.

P. 258. Sub prima haec effugit ex operarum manibus adnotatio. Cum non defuerint qui elegantissima apud Gruterum carmina p. 1123. Poeta decimisexti seculi prognata dixerint, initia haec, quae in lapideae antiquae tabulae fragmento adhuc supersunt, accipe, & dubitationem omnem abiice.

Item haec erat sub proxime sequenti adnotatio: Novus Thesaurus *Posita, Exceden, Aequalis, Caecinae*.

P. 266. 3. QVARTAE SACRORVM Vide annotata ad 88. 1.

P. 270. 6. FECERVNT. CONIVGES. Vide quae diximus p. 148.

P. 276. c. 1. v. 4. PRAECESSIT IN. v. 7. CVM COMPARE SVO PAVLINO V.P. EX PRAS...

P. 311. 1. Versus quartus litera R desinere debet. Hanc epigraphem Novus etiam Thesaurus habet, quod post cusum folium animadversum est.

P. 313. c. 2. *in fine*: minio coloratis. Blanchinii schedae hanc suppeditarunt, imperfectam omnino, & confusam. Licinius, & Dalmatius Valerii fuere, sed ita coniunctos fuisse, aegre acceperim. Num privati sunt, qui ex *voto dederunt*, & quorum Dalmatius *Princeps Castrorum* fuerit?

P. 318. Splendidissimi in Imperatorum Palatio Balnei ichnographia, & orthographia, paucis ab hinc annis detectae, & summa cura, & fide elaboratae, debebant heic proferri. Illas respice, si placet erudite Lector, in Obs. Lit. tom. VI. ubi & Augustalis Palatii historiam reperies.

P. 331.

P. 331. v. 3. & quaedam. Ἐλαίου non pro Ἐλαίας est, sed a recto ἔλαιος. Ἔλαιον habet Theocritus Idyllio V. Errores literarum nullos haberi in apographo ad me misso praefracte non adseram, sed magnopere falleretur, qui ex communi Graecae linguae consuetudine verba singula putaret legenda.

P. 404. Ubi Placentinam tabulam attuli, unde habuerim non significavi, quod heic persolvere par est. Exemplum misit humanissimus Comes Io. Roncoverius Placentinae Ecclesiae Canonicus, qui eam domi habebat, & omni iure id facere poterat, cum dedisset nemini, & nemini promisisset. Ut eam fusius exponerem rogavit, quod non nisi summatim praestare potui. Sub praelo iam erat, cum Comes Antonius Costa, eiusdem Ecclesiae Canonicus, & Theologus, qui tabulae exscriptor fuerat, de hac editione admonitus, ut castigatius prodiret, emendationes misit, quas ad calcem adieci. Intellexi ex eius literis, difficiles inscriptionis locos, hoc est quomodo multiplices summas intelligere oporteat, acute ipsum expedire.

P. 412. 2. SENIORIS DOMOROM

P. 445. *sub quarta*. De Silentiariis vide Codicem utrumque, & Gothofredum ad Theodosiani tomum II. pag. 129. & Fabrettum Inscrip. pag. 207. Excubias peragebant, ubi Imperator degeret, & consisteret.

P. 455. c. 1. v. 10. *Procuratorem Quadragesimae Galliarum* in Africano lapide mox videbimus, cur enim inter munera, quae vir ille gesserat, debuisset id praetermitti? In Shavii volumine perperam *Quadrig.* At de Rhaetica inscriptione nostra

P. *ead.* Inscriptionis versu quarto MAXIMIANVS PIVS

P. 482. c. 1. v. 17. me hac ratione ostendisse.

Collectionem hanc ubi in hominum manus dare consensi, ad eius calcem de Romanorum notis commentarium, quem iamdiu supprimo, collocare statim constitui: hinc ad illum interdum in adnotationibus lectorem remisi. Sed libri moles paulatim, & sensim adeo excrevit, ut locus desit, & quidvis amplius addere typographo acriter reclamante non liceat. Seorsum ergo Deo favente is Tractatus prodibit. Idem dico de Asiaticis quam plurimis Graecis inscriptionibus: nam se ipsum valde incusat typographus, quod ærearum tabularum numero non satis perpenso, opus requirentibus, & praemercantibus pretium imposuerit expensas non aequans, quamobrem post trecentos descriptos, neminem amplius admisit.

Variae ubicumque inscriptiones collectae, mens erat, ut de novo prodirent singulae, ita ut earum in vulgatis collectionibus haberetur nulla; praeterquam ubi alicuius momenti, quamvis paucarum literarum, diversitas intercederet, velut *Marcia* pro *Marcella*, *Aneophilus* pro *Theophilus*, *Caes* pro *Eres* & in Novo Thesauro 808. 2. GALLVS, in hoc volumine 292. 9. GAL. nempe Galeria tribu. Verumtamen, quamvis ab iis, quibus haec perquisitio demandata erat, non minimum profecto diligentiae impensum fuerit, ultra triginta nihilominus heic recensentur, in magnis collectaneis iam recensita. Ex Indicum praesertim defectibus has anomalias interdum provenire, deprehensum est. Illis forsitan imputandum reor, quod in Novo Thesauro milliarium numerum excedant (si his, qui hunc calculum instituerunt, sit habenda fides) tituli ab aliis collectoribus antea emendate emissi. Hinc mirus ardor Seguierium meum incessit, utillimum huic studio, sed profecto arduum, & Herculeum opus aggrediendi, cuius tamen iam partem maximam intrepide, & egregie confecit. Editarum inscriptionum omnium Indicem universalem construit, ut non mille, sed liber unus tantummodo in posterum ei consulendus sit, qui an edita inscriptio aliqua fuerit, aveat cognoscere. Ordinem non ab unica incipiente dictione sumit, sed tot affert verba, quot opus est, ut ab aliis omnibus quaecumque secernatur, vel duobus prioribus postrema duo subiungit. Errores permultos corrigit ob primam literam in nominibus commutatam. Cuicumque autem inscriptioni quotcumque ferme ea ediderint, servato temporis ordine, apponuntur.

Museo Veronensi duo haec hodie accrescunt figurata marmora, in Monumentis Patavinis vulgata. Iteravit Reinesius, qui secundam Epigraphen ita reddidit: *Aeliae Philemationi*: ego vero redderem, *Monumentum Aeliae Philematii*. Philematium ὑποκοριστικῶς Graeco more, ut Philenium, Planesium, Erotium. *Mea Philematium* in Mostellaria. p. 815.

1 ΓΛΑΥΚΟΣ ΓΛΑΥΚΟΥ
ΧΡΗΣΤΕ ΧΕΡΕ

2 ΥΠΟΜΝΗΜΑ
ΑΙΛΙΑΣ ΦΙΛΗ
ΜΑΤΙΟΥ

Promiſſam pag. 188. doctiſſimi Aſſemani Arabicarum inſcriptionum interpretationem accipe.

SCIPIONI MAFFEIO

. . . .

IOSEPH SIMONIUS ASSEMANUS
BIBLIOTHECAE VATICANAE PRAEFECTUS
S. P. D.

QUae quatuor ad me miſiſti monumenta orientalibus literis exarata, Marchio Maffeie, non minus generis nobilitate, quam editis tot voluminibus, clariſſime, ea tum accepi, quum in lecto decumberem, moleſtiſſima febre correptus. Quamobrem vix dulciſſimam epiſtolam tuam legere potui; eos vero Lapides, Arabico antiquo charactere conſcriptos, in quibus non modo Puncta Vocalia, ſed etiam Diacritica deſiderantur, & paſſim truncatae aut deformatae literae viſuntur, ſtudioſius perſcrutari volentem, graviſſimi vis morbi nequaquam permiſit. Ut igitur reſponſum tibi darem, ſimulque eorum monumentorum interpretationem quamprimum tranſmitterem, mecum quidem in animo propoſueram; verum quum id exequi pro viribus non liceret, quumque, ut fieri ſolet, tum Epiſtola tua, tum ea monumenta a te typis impreſſa, una cum aliis meis ſchedis, in pluteo chartis ſcriptis referto diu iacuiſſent, factum eſt, ut poſt tres fere hebdomadas e lectulo, Dei ope, conſurgens, ad alia, quae tunc urgebant, manus ſtatim admoverim; eius autem verſionis, quae omnium prima tibi a me iure debebatur, memoria e mente mihi prorſus exciderit. Hanc velim credas fuiſſe cauſam, cur reſponſum hactenus diſtulerim. Tandem dormitantem, nihilque minus cogitantem excitavit noſter Blanchinius, tui amantiſſimus, quem ego ob morum ſuavitatem, rerumque divinarum & humanarum ſcientiam plurimi facio. Accipe itaque, qua ſoles humanitate, & meam excuſationem, & iſtam qualemcumque trium Arabicorum Lapidum interpretationem: nam quarta Perſica Inſcriptio, quam tribus hiſce Arabicis ſubiungis, propter minutas literas tam foede, meo iudicio, exarata eſt, ut ſenſum nullum inde expiſcari vel Oedipus poſſit: tametſi mihi certum eſt, illam non eſſe lapidariam Epigraphen, ſed verſus heroicos, ut aiunt Perſae, re autem vera eroticos, ſive amatorios, ex recentiore quopiam libro deſumptos.

Hac itaque quarta praetermiſſa, ad tres priores Inſcriptiones accedo. Harum prima & ſecunda, Arabica quidem eſt; literis tamen antiquis quas vocant *Cuphenſes*. Sunt autem longe ante Mahometis pſeudoprophetae exortum ab Arabibus ad ſcribendum excogitatae, earumque uſus diu apud Saracenos obtinuit, donec inventus eſt hodiernus Arabicus character, qui Latino, & Graeco curſivo reſpondet: nam *Cuphenſes* literae perinde apud Arabes ſe habent, ac maiuſculae, ut appellant, apud Latinos, & Graecos. *Cuphenſes* autem ſunt dictae, ab urbe Arabiae, ſive Babyloniae (ad utramque enim provinciam a Geographis refertur, quum in confinio utriuſque ſit,) *Cupha*, de qua urbe Cl. Iacobus Golius notis in Alfergani Aſtronomiam pag. 123. *Cufa*, *Iracae Urbs*, inquit, *ad ramum Euphratis*, *ſub* 31. *grad.* 50. *minut. latitudine*: *ita nuncupata a rotunditate*, *ſive moeniorum*, *ſive montis*, *qui mediam occupat*. Hactenus recte Golius, *Iracam* provinciam vocans ex uſu linguae Arabicae, quam Graeci *Babyloniam* dicebant. Quae vero idem Golius ſubiungit, *condita fuit iiſdem auctoribus*, *quibus Baſra*, *uno circiter anno poſt*: nimirum anno Hegirae 15. uti paulo ſuperius pag. 120. de Baſra ſcripſerat, inquiens: *Omar filius Chatab*, *ſecundus Califa*, *partibus illis potitus*, *& hunc locum praeſidio muniendum cenſens*, *urbem extrui iuſſit*, *nimirum anno Hegirae* 14; haec, inquam, quae vir doctus ſubiungit de Cufae, & Baſrae conditu, repugnant antiquis rerum Babylonicarum & Arabicarum Scriptoribus, qui Cufam & Baſram, duo antiqua oppida, Mahomete ipſo vetuſtiora faciunt: quod & advertit Herbelotius in Bibliotheca Orientali pag. 277. ubi, poſtquam opinionem Khondemirii de Cufa ab Omaro ſecundo Califa extructa *anno Hegirae* 17. (non 15. uti Golius habet:) retuliſſet, haec addit: *Les Perſiens diſent cependant que ce fut le Roy*, *Houſchenk de la premiere dynaſtie*, *nommèe des Piſchdadiens*, *qui jetta les fondemens de cette ville*: etſi enim pro fabula habendum ſit, quod apud eumdem Herbelotium pag. 464. de Huſcenki Perſarum Regis aetate a Perſis narratur; a vero tamen non abludit illum ante Alexandri Magni tempora vixiſſe: ac proinde Cufam urbem tempòribus Mahometicis longe priorem fuiſſe. Hoc ipſum Herbelotius quoque pag. 278. confirmat, dum characteres Arabicos omnium vetuſtiſſimos vocat *Cuphenſes*, his

verbis

verbis: *Les plus anciens caracteres que les Arabes ayent connu, portent le nom de Coufites. Il est rapportè dans l' histoire de Tamerlan, par Ben Arabschah, que lorsque l' on fouilla dans les ruines de la vielle ville de Samarcand, on y trouva des drachmes, & autres monnoyes d' argent marquèes de caracteres Coufiques. J' ay parmi mes livres un manuscrit ecrit en ces caracteres qui sont fort differens des modernes.* Haec de characteris forma, quae in antiquis Chalipharum, tum Babyloniorum, tum Aegyptiorum nummis obvia est.

Nunc transitum facio ad Inscriptiones ipsas. Ante caetera Abbatis Io. Bapt. Carusii Historiam Saracenico-Siculam inspexi; qui in Praefatione ad Chronicum Cantabrigiense docet in eo *Chronico mentionem fieri Principatus Salem, seu Sallam, eiusque victoriae supra Agrigentinos, cum duobus Arabicis exaratis Lapidibus, qui in Collegio Societatis Iesu Panormi a longo tempore delituerant, & a Prorege Comite Annibale Maffeio Veronam transmissi fuerunt consanguineo suo Scipioni Marchioni Maffeio, talium monumentorum collectori celeberrimo. Eorum* (inquit Carusius) *Lapidum exemplaria Arabicis characteribus fideliter exarata, & Latine per versus exscripta, ante Saracenica monumenta, universorum curiositati hic exponere curavimus.*

Hactenus Carusius, qui recte quidem ad Museum tuum Panormitanos eos lapides transmissos narrat, sed fallitur eosdem putans ab ipso exponi, nam diversae omnino inscriptiones sunt, quarum ille & Arabicum textum, & Latinam versionem affert. Antequam verterem, e Cuphensibus literis in Arabicas hodiernas utramque transtuli. Latine autem ad verbum sic primam reddo.

1. IN nomine Dei misericordis miseratoris, & benedicat
2. Deus prophetam Mohammad, & ipsius familiares, atque domesticos,
3. Et salutem plurimam ipsis dicat. Et non est Deus, nisi Deus unicus,
4. Perpetuus, non gignit, neque generatur, neque eum quispiam capere potest.
5. Hic Tumulus est, quem siquis violaverit, aerario publico poenam certam dabit.
6. Anima, postquam mortem gustavit, sistitur compulsa ad Iudicem
7. In die Resurrectionis. Qui vero non haesitaverit, Ignem vere existere, & similiter
8. Paradisum, hic beatitudinem consequitur. Quaecumque autem in mundo apparent,
9. ea fallacia sunt. Hoc Sepulcrum est
10. Ibrahimi, filii Calaph, Dibagaei. Obiit nocte feriae quartae, mediante mense
11. Giomada priore, Anni sexagesimi quarti supra quadringentesimum, quum
12. Protestaretur, quod non est Deus, nisi Deus solus, non habens socium, & quod Mohammad est
13. Servus eius atque Apostolus. Et quod Paradisus est verus, & Ignis est verus: & quod
14. via est vera: & quod de Hora non est dubitandum: & quod
15. Deus longe facit a sepulcro sepulcrorum. Ita credens vixit, & ita
16. obiit, atque ita abscedit, Deo volente. Misereatur Deus eius, qui pro ipso precatur
17. Misericordiam & veniam. Amen, Deus seculorum.

Habemus hic consuetam Mahometanorum formulam, qua Deum invocant misericordem, miseratorem, unicum, sempiternum, generationis & productionis tum activae tum passivae incapacem: adeoque non Patrem, non Filium, non Spiritum Sanctum: nam Trinitatem Personarum, Iudaico furore abrepti, omnino negant; affirmant autem, Mohammad sive Mahometem esse Dei servum & Apostolum & Prophetam, quem proinde salutant una cum asseclis, familiaribus, & domesticis, idest, non modo cum iis, quos Impostor ille in suo falso Apostolatu socios habuit & familiares, sed etiam cum universis eiusdem superstitionis sectatoribus. Quam fidei Mahometicae formulam, Ibrahimum quoque, sive Abrahamum, Calaphi filium, Dibagaeum, coluisse, dum viveret; credidisse praeterea in reliquos eius sectae articulos, Paradisum scilicet, & Infernum (quem ignem sive Gehennam vocant) & semitam, qua e sepulcro itur ad Tribunal Iudicis, & horam Iudicii universalis in die Resurrectionis, in sex postremis huiusce Inscriptionis versibus diserte exprimitur. Additur & solennis illa pro mortuis Precatio, quam in ore habent Mahometani, quotiescumque eorum fit mentio, qui iam ex hac vita migrarunt. De Tumuli autem ipsius incolumitate solliciti iidem Mahometani, poenas aerario publico persolvendas iis infligunt, qui sepulcrum violaverint: qua in re Romanos & Graecos imitantur. In ultimo versu, verba illa, *Amen, Deus seculorum*, perinde sonant, ac apud Hebraeos in fine Psalmorum, *Fiat, fiat:* idest, *Ita fiat per Deum utriusque seculi dominum*, sive rerum visibilium & invisibilium creatorem. Hoc ipsum Christianis quoque Arabice loquentibus, familiare est votum.

Annus, mensis, & dies, quibus Abrahamus decessit, disertis verbis traditur. Respondet autem epocha illa Mahometanorum, quam *Hegirae* appellant, anno Christi 1072. nam annus Hegirae 464. incepit die 29. Septembris anni Christi 1071. quod etiam ex Pagio, & Setho Calvisio constat: ac proinde mensis Giomada prior, quo mediante, idest, cuius die decimaquinta Abrahamus obiisse dicitur, quum sit quintus mensis anni Arabici, inciderit oportet in mensem Martium anni Christiani 1072. Haec de primo Lapide Arabico.

 Secun-

Secundus Lapis Latine ad verbum sonat.

1. IN nomine Dei misericordis miseratoris,
2. Et benedicat Deus prophetam suum Mohammad,
3. et Familiares eius, & salutem ipsis dicat. Pretiosa (*subintellige*, *Anima*:)
4. postquam mortem gustavit, sistitur ad Iudicem
5. compulsa in die Resurrectionis. Qui vero
6. non haesitaverit de Igne, & crediderit Paradisum esse verum,
7. hic beatitudinem consequitur. Quaecumque autem in mundo apparent,
8. ea fallacia sunt. Hoc Sepulcrum est Abd-
9. Al-Hamidi, filii Abdarrachmani, filii
10. Saidi. Obiit feria quarta
11. mediante Dilcada mense
12. benedicto, anni septuagesimi supra
13. quadringentesimum, quum protestaretur, quod
14. non est Deus, nisi Deus, & quod Mohammad
15. est Apostolus Dei. Atque ita credens...

Caetera desunt. quae ex primo Lapide suppleri possunt: quemadmodum & postremos duos versus ex eodem nos Lapide supplevimus, quum eorum vestigia, in nonnullis, quae supersunt, literis adhuc appareant. Annus Hegirae 470. incepit die 25. Iunii, anni Christiani 1077. adeoque quum mensis Dulcada, cuius die decimaquinta Abdalhamidus, Abdarrachmani filius, Saidi nepos, obiisse scribitur, undecimus sit anni Arabici, sequitur, mense Aprili anno Christi 1078 illum decessisse.

Pergo ad tertium Lapidem. Est iste Arabicis hodiernis literis exaratus, quae Latine sonant.

1. Migravit misericordiam consequuta
2. Bochte filia
3. Hasani in
4. Epocha
5. Anni
6. 971.

Hic annus Hegirae 971. inchoatus est die 20. Augusti anno Christi 1563.

Deliberaveram statim huic epistolae finem imponere. Verum difficultatem, quae ex memorata in tribus Lapidibus Epocha oritur, dissimulare nec debeo, nec volo. In primo Lapide Ibrahimus ex hac luce migrasse dicitur anno Hegirae 464. hoc est, Christi 1072. In secundo Abdalhamidus anno Saracenico 470. Christiano 1078. In tertio Bochte Hasani filia anno Mahometanorum 971. Christi 1563. Et primi quidem duo Tumulum habuisse perhibentur *Panormi* in Sicilia; tertia vero in insula *Melitae*. Atqui Melitam quidem insulam iam tum ab anno Christi 1529. Caroli V. Imperatoris beneficio ab Equitibus Hierosolymitanis possessam, eo quo dictum est, Hegirae anno Solimanus Turcarum tyrannus arcta obsidione cingebat: Panormum vero primariam Siciliae urbem Robertus & Rogerius fratres anno Christi 1072. Saracenis ereptam, in suam potestatem redegerunt, teste Roccho Pyrrho in Chronologia Regum Siciliae, cuius verba haec sunt in Sicilia Sacra Tom. I. pag. VIII. editionis Panormitanae anni 1733. *Post plura hostium millia caesa fugataque saepe, Robertus & Rogerius anno* 1064. *Panormum totius Regni caput iunctis copiis tres menses obsidione premunt. Anno demum* 1071. *iidem simul fratres maiori quam antea militum machinarumque apparatu, secunda fortunae aura adspirante, Panormum redeunt oppugnatum. Hic enimvero victoriae cardo, se pellendos e tota Sicilia, atque ea, quae tantus hactenus labor peperisset, brevi sibi extorquenda, facile intelligebant Northmanni, si suae ditionis arcem Saraceni retinerent. Obfirmato eadem ex causa animo, quinque mensium obsidionem sustinent Barbari, donec tandem effracto carcere prorumpentibus, strenueque rem gerentibus Christianis intra urbem, factoque simul ab Northmannis impetu, duplici moenium loco in interiorem recepti urbis partem, Saraceni anno* 1072. *Kalendis Iulii extimam hostibus reliquere*. Hucusque Rocchus Pyrrhus. Igitur quum Panormus anno Christi 1071. (ut scribit Pyrrhus pag. 54.) vel Kalendis Iulii anno 1072. (quemadmodum idem, sui immemor, loco citato asserit:) in potestatem Christianorum devenerit: quumque Melitam insulam nobilissimi Hierosolymitani Equites anno Christi 1563. Hegirae 971. tametsi obsidione a Solimano cinctam, in sua tamen ditione retinerent: quonam pacto fieri potuit, ut in Insula, & Urbe Christianis subiecta, sepulcrum Mahometanis Ibrahimo, Abdalhamido, & Bochtae, cum Inscriptione a sacris Christianis aliena, erigeretur?

Verum est apud omnes in confesso, Militensium insulam, ex quo ab Hierosolymitanis Equitibus occupata fuit, captivis Saracenis numquam non refertam fuisse: ac proinde illis, servitutem licet in ergastulo servientibus, ibidem suae sectae usum, mortuisque ius sepulturae, semper concessum. Ad Panormitanos vero quod attinet, quamquam idem de ipsis, ac de Melitensibus municipiis dici possit, peculiarem tamen rationem nobis suppeditat idem Pyrrhus, qui quum subactam a fratribus Roberto & Rogerio Panormum narrasset, haec subiungit. *Iam tum ergo Christiano restituta nomini dicitur Sicilia, quamquam aliquot ab urbibus Saracenicum adhuc imperium, veluti non succisis fibris, nondum avulsum*. Ac proinde non modo in Christianis Siciliae urbibus post eum Christi annum complures Saraceni captivi reperiri potuerunt; verum etiam non pauca oppida in ipsorum Mahometanorum ditione permanserant.

Haec acerrimo tuo iudicio submittenda censui: in quibus explicandis si longior fui, quaeso ut ignoscas mihi, & de rebus Arabicis, Syro Arabice loquenti homini, fusius differenti, quae tua est humanitas benignitasque, non nihil largiaris. Vale. Romae e Bibliotheca Vaticana Idibus Ianuarii MDCCXLIX.

IN-

INDICES

Α Γαθεινὸς 59.
Μ. Αγρίππας 40.
Κο. Αλβίδιον 373.
Αλ. Ευφρόσυνα 373.
Μ. Αλεξάνδρῳ 448.
Αμμία 57.
Ανδραγόρας 14.
Α'νθεα 414.
Αντίοχε 53.
Αντίοχος 318.
Απολλονιᾶται 36.
Απολλώνιος 57.
Αργενίδας 47.
Λ. Αρις. 317.
Αριςείδης 42.
Μ. Αρτώριος 47.
Αρχάγαθε 57.
Αρχέλαος 37.
. . . ἅς ἀγωγάς 11.
Ασκληπιάδη 51.
Αυρ. Διόδοτος 59.
Αυρ. Τρύφαινα 59.
Αυρ. Χάρμον 46.
Αφροδισία 53.
Κο. Βαλέριος 38.
Βασιλείδης 65.
Βλάςη 61.
Γαΐος Σίλιος 47.
Γερμανικὸς 41.
Γῆ 51.
Γλαῦκος 477.
Γλυκερῆνα 61.
Γλυκυτάτη 363.
Γναῖος Κλαύδιος 316.
Γραμματεὺς 60.
Γράψαντες 35.
Δαίμοσιν 316.
Δέκιμος 340.
Δημήτριος 374.
Δημῷ 53.
Διομήδης 468.
Διονύσιος 374.
Διονυσίκλειος 30.
Ε'δοξε τοῖς Αλειφομένοις 45.
Ειπὲ κύων 68.
Ε'ις εἰκόνα 67.
Ελευθερίας 57.
Ελθὲ Κύπρι 67.
Ενθάδε κεῖμαι 315.
Ενθάδε κεῖται 479.
. . . ἐν σῶμα 363.
Επὶ Θέωνος 49.
Επὶ Ιεραπόλει 329.
. . . ἐπιςᾶται 441.
Ε'σπερος 443.
Ερεχθεΐδος 407.
Εςὼς 318.
Ετεάνωρ 36.
Ετοίμη 49.
Ε'τους ΝΕ Φαῶφ 326.
Ευδαίμων 64.
Ε'υκλεια 49.
Ε'υτυχος 62.
Ευφρόσυνα 60.
Ε'φορος 435.
Εχρῆν 229.
Ζήσας 375.
Ζώσιμος 374.
Ζωσίμη 51 & 60.
Η Βουλὴ καὶ 442 & 373.
Η Κύπριδος 67.
Η πόλις ἡ τῶν Αλεξανδρέων 41.
Ηραῖος 60.
Ηράκλεια 53.
Θεοῖς Καταχθονίοις 315.
Θεοῖς Πατρίοις 39.
Θεόφιλαν 374
Θεόφιλος 37.
Ιυλίαν 480.
Ιυλ. Ποντάρχης 441.
Κλαύσατε 317.
. . . καὶ Αφροδίτης 469.
Γ. Καλπούρνιος 479.
Τι. Κλαυδ. Φοῖβος 46.
Κοΐντῳ 226.
Μ. Κόκκειος 479.
Λ. Κορνοφίκιος 60.
Κρινὼ 47.
Λαμπάδα 63.
Λαοδίκην 443.
Π. Λικίνιος 39.
Μάξιμος 318.
Μέμμιος 61.
Μένανδρος 229.
Μενέλαος 318.
Μηνόφιλος 352.
. . μοθενίδι 443.
Λ. Μούρδιος 49.
Νάνιον 443.
Νέαιρα 57.
Νεικομήδης 442.
Νέρα 42.
Ο δῆμος 373. 374.
Ολυμπικῦ 49.
Ο πότε 315.
Μ. Οππίῳ 374.
Ουαλεντίλλα 66.
Μ. Ουαρῆϊος 51.
Κ. Ο'υλ. Νικήτης 60.
Ο'υλ. Κυδίμη 421.
Οὔλπια 47. 316.
Πάνφιλος 47.
Παραμύθι 318.
Παρθενὶς 317.
Πενθεσιλῆα 468.
Α. Πετρώνιος 60.
Πο. Πετρώνιος 444.
Πιςοὺς 68.
Πλείςην 63.
Πόλλα 53.& 61.
Γ. Ποςούμιος 373.
Πρίσκῳ 444.
Ρόδων 53.
Σαβείναμ 373.
Σεβαςὴν 41.
Σεκοῦνδα 443.
Σεμνὴν 314.
Σεουήρῳ 479.
Σεραπίων 374.
Σῆμα 61. & 63.
Σμινθεῖ 36.
Σοιξίλδας 57.
Συλπίκια 316.
Τ. Στατίλιος Τιμοκράτης 43.
Συρίων 61.
Τραϊανῦ 443.
Τάδε ἔπραξαν 429.
Τελεσφόρος 443.
Τὴν σεμνῶς 363.
Τιμάσπων 60.
Τίτῳ 315.
Τὸν πάντα 35.
Υπόμνημα 53. & 57. 477.
Φιλίςα 61.
Φίλη πιςὴ 226.
Φιλόδημος 441.
Τ. Φλαβίῳ 478.
Φλαούιος 316.
Φλῶρος 54.
Φράζε 375.
Χαρῖνος 60.
Ψήφισ. 414.
Ψυχρὸν 318.

VOTIVA

ABundantia 40.
Aesculapio 38.
Aesculapio & Hygiae 249. 4.
Asclepius 210. 7.
Anubidi 37.
Apollini 37. 456. 5. 477. 6.
Apollini Smintheo 36.
Aquis Aponi 89. bis.
Arna 360. 2.
Avicantus 313. 1.
Benaco 89. 5.
Bergimo 89 6. & 109.
Bonae Deae 310. 6.
Caelesti Aug. & Aesculapio 239. 1.
Cereris Antiatinae Sacrarium 82. 2.
Ceres Proserpina Bacchus Diana 40.
Concordiae 380. 6.
Cupidini Caelesti 55.
Cuslano 89. 4.
Deae Diae lucus 321. 4.
Deae Nehaleniae 449. bis
Dei Liberi Sacrarium 254. 1.
Deo Herculi 238. 5.
Invicto Mithrae 82 1.
Marti 446. 10.
Sancto Marti 446. 8.
Silvano 249. 6. 319. 1.
Silumio 239. 3.
Soli Invicto 353. 4.
Dianae 125. 5. 266. 4. 379. 7. 356. 6.
Conservatrici 81. 8.
Luciferae 69. 3.
Reginae 248. 7.
Sanctae 294. 1. 454. 6.
Signum Dianae 125. 5.
Dii Tribules 479. 3.
Dioscori 479. 1.
Dis Conservatoribus 91. 7. 380. 4.
Deabus 91. bis. 446. 1.
Manibus 87. ter. 254. 7.
Manibus Communibus 292 7.
Patriis 39.
Feroniae 80. 3. 471. 1.
Fonti 253. 1. 369. 7.
Fortunae 65. bis 360. 2. 4.
Memori 286. 1.
Praenestinae 471. 2.
Reduci 380. 3.
Frugibus 88. 3.
Genio Carthaginis, & Daciarum 239. 1.
Centuriae 239. 2. 267. 1. 309.
Genio & Fortunae Tutelaeque 313. 3.
Genio & Honori 145. 230.
Genio Imp. Gordiani 249. 2.
Municipj 210. 3.
Pagi 75. 3.
Praetorii 249. 3.
Harpocrati 37.
Herculi 248. 9. 369. 4. 446. 7. 452. 4. 457. 3.
& Iunonibus 85. 6.
Servatori 349. 1.
Histriae 88. 2.
Heroes 17.
Iovi 379. 1. 446. 6.
Apenino 79. 5.
Conservatori 79. 4.
Monitori 248. 1.
I. O. M. Aeterno 236. 3. 248. 2.
I. O. M. 79. 189. 1. 191. 6. 210. 1. 236. 247. 292. 5. 353. 3. 357. 1. 377. 4. 446.
I. O. M. Ceterisq. Dis. 237. 4. 247. 5.
Conservatori 247. 6.
& Dis Deabus & Genio loci 237. 3.
& Dis Penatibus 235. 5.
Dolicheno 69. 2. 471. 3.
Iunoni Reginae Minervae 237. 2.
& Matronis 369. 3.
& Mercurio reduci 353. 1.
Paterno 237. 1.
Iovi Herculi Victoriae 455.
Iunoni Minervae 80. 1.
Summo Superantissimo 248. 3.
Sancto 79. 2.
Victori 79. 3.
I. S. Aug. 262. 2.
Isidi 84. bis.
Isidi Serapi 84. 3.
Iunoni 69. 3. 470. 6.
Faustinae 475. 7.
Feroniae 80. 2.
Lanumvinae 262. 3.
Reginae 426. 3.
Iunonibus 86. bis. 189. 3. 191. 7. 378. 7.
Laribus Aug. & Genis Caesarum 101.
Aug. & Nemauso 413. 1.
Dominorum 104.
Libero & Liberae 84. 4.
Lunae 69. 3.
Marti 81. bis. 191. 9. 248. 5.
Amico & Consentienti 237. 7.
Conserv. 248. 4.
Patri Conservatori 238. 3.
Marti & bonae Victoriae 238. 1. 2.
Matre Matuta 470. 7.
Mat. 378. 8. Matrib. 418. 4.
Matri Deum 83. bis
& Isidi 82. 3.
& Navisalviae 252. 4.
Mercurio 81. 9.
Consentienti 238. 4.
Minervae 69. 5. 80. 4. 81. 1. 380. 7.
Mithrae 248. 8. 262. 1.
Musae 14.
Navi Salviae 90. 1.
Nemauso 413 bis
Nemesi Rhamnusiae 57.
Neptuno 81. 5. 236. 6. 456. 1.
Numinibus Aug. 447. 2.
Num. Aug. & Gen. Col. 445. 9.
Nymphae Sanctae 307. 2.
Nymphis 75. 3.
Nymphis novis 241. 4.
Omphale 288. 8.
Palaemoni 40.
Pantheo 91. 1.
Parcis 86. ter
Pluto 39.
Priapo 87. 4.
Iussu Proserpinae 84. 5.
Revino 478. 9.
Romae & Aug. 87. 5.
Sancio 90. 2.
Saturno 81. bis. 456. ter.
Conservatori 81. 4.
Silvano 84. 6. 85. 1. 211. 5. 238. bis 249. 7.
Salutari 85. 2.
Sancto 287. 11.
Soli 307. 3.
Invicto 446. 9.
Invicto Mithrae 312. 5.
Soli & Lunae 81. 10.
Sypilena 59.
Vdisnae 89. 3.
Veneri Caelesti 55.
Veneri Felici 271. 11.
Victoriae 85. 5. 413. 2. 457. 1.
Antonini Aug. 240. 6.
Armeniacae Parthicae Medicae 457. 2.
Imp. Commodi 272. 10.
Victoriae & Genio Collegi 238. 5.
Viribus 210. 2.
Vno Deo Vero Phosphoro 249. 5.
Vrbi Romae aeternae 458. 4.
Vrniae 413. 1.

IMPERATORIA

DIvo Iulio 350. 1.
Auguſtus 95. ter. 307. 3. 379. 8. 427. 12. 458. 3. 465. 4.
Divo Auguſto 350. 1.
Divae Auguſtae 350. 5.
Auguſtus & Tiberius 365. 2.
M. Agrippa 40. 1.
Caius Caeſar 96. 364. 5.
Tiberii mater 41.
Tiberius 95.
Druſus 96. 1. 313. 1. 478. 6.
Antonia Druſi 96.
Germanicus Caeſar 41. 96. 353. 2. 478. 7.
Diva Druſilla 210. 4.
Antonia Ti. Claudii mater 350.6.
Ti. Claudius 210. 5. 350. 3. 441. 5. 453. 6.
Divus Claudius 96. 218. 2.
Iulia Agrippina 350. 4.
Galba 93.
Veſpaſianus 239. 6.
Flavia Domitilla 350. 8.
Titus 350. 7.
Divi Titi & Claud. 218. 3.
Domitianus 82. 2. 254. 5.
Domitia 350. 9.
Nerva 213. 5.
Traianus 210. 6. 240. 1. 2. 254. 5. 381. 424. 8. 425. 2.
Divo Traiano 210. 7.
Divo Traiano & Divae Plotinae 251. 1.
